M. TVLLI CICERONIS

EPISTVLARVM LIBRI SEDECIM

EDIDIT

LVDOVICVS MENDELSSOHN

ACCEDVNT TABVLAE CHRONOLOGICAE
AB AEM. KOERNERO ET O. E. SCHMIDTIO CONFECTAE



LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCXCIII





LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO.

M. Tullium Tironem una editione grandi omne quod tum supererat Ciceronis commercium epistulare praeter litteras ad Atticum datas paullatim in publicum protulisse post egregias *L. Gurlittii* quaestiones omnes hodie consentiunt.[1]) cuius editionis ex reliquiis longe gravissimum est id corpus quod sedecim libris comprehensum hodie tenemus. quod corpus ut formam iam habet non antiquam — veteres enim has epistulas monobiblis comprehensas lectitabant, non coactas in volumina —, ita re quin fere referat Tironis operam dubium non est: quae enim ex his epistulis inde ab antiquissimis temporibus adferuntur particulae, eae ad idem quod hodie est redeunt fundamentum. ipsae autem eae particulae si coniunguntur cum vestigiis quibusdam ad codices plures hodie deperditos spectantibus, nullo saeculo prorsus fuisse oblitteratam harum epistularum memoriam haud temere licet suspicari.

antiquissimum igitur ex eis quae supersunt testimoniis est *Senecae* patris (suas. I, 5 p. 524, 5 Müll. : Cic. ad fam. XV, 19, 4), e memoria quidem id prolatum eoque paullo immutatum — id quod alii quoque fecerunt scriptores. secuntur *Quintilianus* et *Suetonius* adferentes ille (instit. or. VIII, 3, 35) ep. ad fam. III, 8, 3, hic (de gr. et rhet. 14 p. 111 Reiff.) ad fam. IX, 10, 1. *epistolographi* deinde Romani inde a *Plinio minore* (v. ep. IX, 2) — alia nimirum Senecae causa est — usque ad extrema labentis imperii tempora et lectitabant has epistulas et imitando si res ferret exprimebant, veluti *Fronto*, *Ambrosius*, *Sidonius Apollinaris*, alii. idem studium tenuit

1) Cf. Gurlittii diss.: 'de M. Tulli Ciceronis epistulis earumque pristina collectione' ed. Gottingae a. 1879 quaeque postea idem vir eruditus exposuit in ann. philol. 1885 p. 561 sq., 1888 p. 863 sq. et in progr. Steglitiensi a. 1888. praeterea videndae relationes W. Schirmeri (Philol. XLV p. 133 sq.), C. Lehmanni ('Iahresber. d. Berliner phil. Vereins' X p. 1 sq.), Iw. Mülleri (in Bursiani rel. ann. 1882 II p. 1 sq.) al. — ceterum valde probabile eos libros in quibus nimis apparebat Ciceronis infestus Caesari Caesarianisque animus — ut apparet v. c. in epistulis ad Cassium datis (XII, 1 sq.) —, vivis etiam tum Augusto et Tiberio non potuisse vulgari a Tirone, sed esse editos — ex Tironiana quidem ordinatione — post mortem et illius et Tiberii (v. F. Leo ind. schol. Gotting. 1892 p. 3).

grammaticos doctrinaeque omnigenus amatores: adferuntur epistulae a *Gellio, Nonio* — vel potius Nonii auctoribus —, *Macrobio, Charisio,* aliis. itaque potest fere dici re comprobatum iudicium illud quod de eis facit Fronto — cuius tamen ipsius epistulae perlegenti nauseam movent —: 'omnes autem Ciceronis epistulas legendas censeo, mea sententia vel magis quam omnes eius orationes. epistulis Ciceronis nihil est perfectius' (ad Anton. imp. II, 5 p. 107 Nab.).[1])

insecuta deinde quae vocatur media aetas quamquam Tullianorum studiorum, quatenus colebantur, alias partes fovit inque epistulis componendis suas secuta est regulas, varias eas quidem pro aetate scriptoris proque genere epistulae sed a Tullianis semper diversas[2]), tamen ne ipsa quidem Ciceronis epistularum umquam plane est oblita: nec qui legerent defuerunt nec qui transcribendo propagarent. una acciderat formae conversio: quarto enim quintove saeculo facta erat mutatio illa qua dispersi libelli compacti sunt in voluminum vincula natumque sedecim librorum corpus. quot libros initio volumina singula tenuerint incertum: non tamen improbabilis L. Gurlittii (ann. phil. 1885 p. 562) coniectura qua quaternos statuit. hanc, si fuit, formam excepit octonaria, quae dubia non est (v. infra).

ut igitur saeculorum seriem sequamur, adhuc haec epistularum memoria innotuit (v. praeterea Orellii praef.² p. VI sq.).[3]) sexto saeculo

1) tamquam sermocinandi normam eas proponit etiam *Iulius Victor* (art. rhet. c. 26 p. 447 Halm): 'multum ad sermonis elegantiam conferent comoediae veteres et togatae et tabernariae et Atellanae fabulae et mimofabulae, multum etiam epistolae veteres, in primis Tullianae', v. ib. c. 27: 'de epistolis'. — ceterum equidem et legi epistolographos Romanos et attuli si quid haberent servatis verbis ipsis desumptum ex Cicerone. non tamen aut volui aut potui indicare si quae illic extarent Tullianis aut casu aut consilio similia — qualia v. c. apud Plinium et Frontonem multa congeri possunt —: labor enim infinitus et unde emendationi nihil fructus accrescat.

2) haud parvus quidem extat epistularum numerus Monumentis Germaniae Historicis paullatim inserendarum (v. Wattenbach et Gundlach 'neues Archiv d. Ges. f. ält. deutsche Gesch.' XII. 1887. p. 241 sq., p. 455 sq.), sed quemadmodum ex editis adhuc epistulis nihil redundavit ad haec nostra studia, ita exigua spes ponenda in novis. nec plus proficitur adsumptis 'dictandi artibus' illis quae inde a saec. XI in Italia primum componi sunt coeptae: cognovi quidem et quae huc pertinent disputationes et quae editiones (v. Wattenbach in 'Archiv f. Kunde oesterr. Geschichtsq.' XIV. 1855. p. 29 sq., Rockinger Sitz.-Ber. d. bayer. Akad. 1861 I p. 98 sq., idem 'Briefsteller u. Formelbücher des XI.—XIV. Iahrh.' in 'Quellen z. bayer. u. deutschen Gesch.' IX. 1863, Nat. Valois 'de arte scribendi epistolas apud Gallicos medii aevi scriptores rhetoresve' diss. Paris. 1880 p. 24 sq., H. Bresslau 'Handb. d. Urkundenl.' I. 1889. p. 624 sq.), sed cum fructu perexiguo: unum huc facit frustulum (v. p. IX sq.).

3) post Orellium ipse quoque haud paucos medii aevi scriptores perscrutatus sum, maxime eos apud quos propter aliorum Ciceronis opusculorum notitiam etiam epistularum memoriam quaerere licebat. quaerendi tamen labori fructus non respondit. velut ex hominibus doctis aevi Carolini, quod tamen praeter Sedulium et Lupum Ferrariensem tulit (v. infra) et alios 'saecularis

confecta est epitoma quaedam, qua quidem ex epitoma superest folium unum *palimpsesti Taurinensis* (v. ad VI, 9). nono deinde saeculo cum *Sedulius Scottus* has epistulas legit[1]), tum earum fit mentio, ut videtur, a *Servato Lupo*, homine eruditissimo (v. Ebert 'Literatur d. Mittelalters' II p. 203 sq., Traube Sitz.-Ber. d. bayer.

---

litteraturae' amatores, nihil quod huc pertineat habent Alcuin (Alc. ep. p. 144 sq. ed. Iaffé), Einhart, Hrabanus Maurus, Paschasius Radbertus (patrol. Lat. ed. Migne t. 120), Astronomus ('vit. Hludowici': Mon. Germ. Hist. Script. t. II p. 604 sq.), ac ne ipse quidem Hadoardus, cuius Tulliana studia nuper illustravit P. Schwenke (Philol. suppl. V. 1889. p. 399 sq.). nec magis norunt Ciceronis epistulas ex posterioris aevi hominibus litteratis Gunzo Novariensis ('ep. ad Augienses fratres': patrol. Lat. t. 136 p. 1283 sq.), Ruotger ('vit. Brunonis'), Widukind ('rer. gest. Saxon.'), Ratherius Veronensis (patrol. Lat. t. 136 p. 146 sq.), Gerbert (op. ed. Olleris p. 3 sq.), Heriger (patrol. Lat. t. 139 p. 999 sq.), Richer ('hist. libr. IV'), Thietmar, episcopus Merseburgensis ('chronic.' ed. F. Kurze 1889), Wipo ('gest. Chuonradi II'), Adamus Bremensis ('gest. Hammaburg. eccl. pontif.'), Lambert Hersfeldensis ('annal.' ed. Hesse et 'vit. Lulli', Monum. Germ. Script. t. XV p. 132 sq.), Bruno ('de bello Saxon.'), scriptor vitae Henrici quarti, Conradus Hirsaugiensis ('dial. sup. auctores' ed. G. Schepss Wirceb. 1889), Herbord ('vit. Ottonis, ep. Babenb.'), Otto Frisingensis et Rahewin, Helmold ('chronic. Slav.') et Arnold continuator, Gulielmus, archiep. Tyrius ('hist. rer. in part. transmarin. gest.'), alii. quod autem M. Manitius sibi persuasit epistularum lectionis vestigia adparere apud Astronomum, Widukindum, Lambertum, Rahewinum (v. 'neues Archiv' t. XI p. 71 et 62, XII p. 382 et 368), fallitur: locis quos adfert rei similitudo fallacem quandam peperit verborum similitudinem — prorsus aliter ac factum videmus a Liudprando, qui reapse illas legit (v. infra). atque omnino universa Manitii in excutiendis medii aevi scriptoribus ratio non potest probari. denique ne quis putet Brunonem ('de b. Sax.' 92: 'ut de eo vere posset nasci proverbium, quia tam vigil rex esset, ut in regno suo numquam vidisset somnum') ipso Cicerone (ep. VII, 30, 1) usum esse, recte Wattenbach ex Macrobio (II, 3, 6) haec fluxisse adnotavit — qui quidem Macrobii locus, ut hoc addam, Vincentio quoque Cracoviensi ('chron. Polon.' p. 22 ed. a. 1862) obversatus est. haec igitur hactenus de scriptoribus, possuntque conferri etiam ea quae Att. Hortis exposuit 'M. T. Cicerone nelle opere del Petrarca e del Boccaccio' (Tergeste 1878) p. 13 sq. — praeter scriptores autem cum maximi momenti sint catalogi antiqui, perlegi cum singulares quotcumque nancisci potui, tum versavi quae ad manum erant collectiones maiores, velut 'Serapei' volumina, Hartwigii 'Centralbl. f. Bibliothekswesen' 1884 sq., Leopoldi Delisle 'Cabinet des Manuscrits' al. immensae tamen molis illius, quae ne ipsis quidem pinacographis tota iam est nota (v. Th. Gottlieb 'über mittelalterl. Bibliotheken' Lips. 1890 praef.), fontes ipsi cum maximam partem non potuerint suppeditari a bibliotheca nostra, non mirabor si posthac maior epistularum notitia illinc effodietur. [unum iam nunc addere possum testimonium. quippe cum iam pridem esset absoluta haec nostra praefatio, Novembri m. huius anni adfertur musei Rhenani t. XLVII supplementum, in quo M. Manitius laudabili sane opera scriptorum Romanorum ex catalogis antiquis memoriam collegit universam. Tullianam igitur Manitii partem (p. 14 sq.) cum contenderem cum opella mea, vidi fuisse saec. XII apud Massilienses in monasterio S. Victoris 'epistolas Tullii' (v. Champollion-Figeac 'documents historiques inédits' I. Parisiis 1841. p. 663 n. 188).]

1) extant in codice Cusano C 14 saec. XII excerpta varia in eisque etiam duae Ciceronis epistularum miscellarum particulae: XV, 6, 1: 'ea est iocunda laus, quae ab his proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt' ap. Kleinium — quem tamen origo fugit — p. 117, et XVI, 26, 1: 'huius culpae non effugies penam' ap. Kleinium p. 111 et p. 118. redire autem excerpta illa ad Sedulium post Mommsenium (Herm. XIII p. 298 sq.) liquido nuper demonstravit Traube ('o Roma nobilis' p. 68 sq. sive 'Abhdl. d. bayer. Ak.' I cl. vol. 19, 2 p. 364 sq. a. 1891).

Akad. 1891 p. 389 sq., 402 sq.), Ferrariensis coenobii tum abbate. qui ep. 69 Sept. m. a. 847 data (p. 137 ed. Paris. a. 1888) Ansbaldo, monacho Prumiensi, haec scribit: 'Tullianas epistolas, quas misisti, cum nostris conferri faciam, ut ex utrisque, si possit fieri, veritas exculpatur.' quibus verbis si, ut probabile duco, designantur miscellae Ciceronis epistulae — alias enim Lupus novisse non videtur[1]) —, sequitur ut medio saeculo nono illarum unum exemplum fuerit Prumiae Germanorum, alterum Ferrariae Gallorum.[2])

quodsi haec probabilia, non certa sunt, certissimum est eodem saeculo alicubi extitisse id epistularum miscellarum exemplum quo inter s. IX et X confinia usi sunt *Medicei codicis* 49, 9 librarii: is enim codex circa illa tempora conscriptus est (v. infra).

decimo porro saeculo *monasterium S. Nazarii Laureshamense* haud parvam habuit Ciceronis epistularum copiam. in catalogis enim codicum (v. A. Wilmanns mus. Rhen. XXIII p. 385 sq., G. Becker 'catal. bibl. ant.' p. 82 sq., 120 sq., C. Bursian 'Gesch. d. cl. Phil.' p. 34 sq.) memorantur: 'Epistolarum ciceronis lib. XVI in uno codice; Epistolae ciceronis in quaternionibus (epistolae ciceronis diuersae *inter versus catal. A, om. B*); item epistolae ciceronis diuersae; item marcii tullii ciceronis epistolarum lib. IIII. in uno cod.' quattuor qui his verbis indicantur epistularum codices L. Gurlitt (ann. phil. 1885 p. 562) ita distinxit ut primus habuerit epistulas ad Atticum datas, secundus ep. ad fam. I—VIII, tertius ep. ad fam. IX—XVI, quartus ep. ad Brutum datarum l. nonum, ad Quintum fr. I—III, ep. ad Octavianum. haud displicet coniectura universa: eodem tamen iure putari possunt in secundo codice — qui fuit 'in quaternionibus', h. e. non ligatus, v. Wattenbach 'Schriftwesen' p. 330² — fuisse

1) equidem certe dum omnes perlego Lupi epistulas, bis significatas inveni epistulas miscellas et libros quidem I—VIII: Lupi ep. 1 (a. 830) p. 45: 'sed semel pudoris transgressus limitem' (cf. Cic. ep. V, 12, 3: 'qui semel verecundiae fines transierit') et p. 46: 'item eiusdem auctoris de rhetorica tres libri in disputatione ac dialogo de Oratore' (cf. Cic. ep. I, 9, 23), alias numquam. — addo coniecturam. epistula Lupi prima scripta est non Ferrariae sed Fuldae, quo ille a. 829 missus erat. qua quae proditur Ciceronis epistularum notitia, ea potest sane fieri ut a Lupo comparata fuerit Ferrariae ubi educatus erat, potest ut Fuldae. quamquam enim unicum quod ad Ciceronis epistulas Fuldae olim servatas hodie ducit vestigium incertissimum est — ex catalogo a. 1812 vulgato Orelli attulit: '25. epistolae Cic.' —, tamen per se nihil obstat quin in ditissima olim bibliotheca Fuldensi (v. A. Ruland Serapei t. XX p. 273 sq., F. Specht 'Gesch. d. Unterrichtsw. in Deutschland' p. 296 sq. al.), quam minima ex parte hodie cognitam habemus, Ciceronis epistularum fuerit codex.

2) Prumiense monasterium cum et a. 882 et 892 a Normannis sit concrematum (v. E. Dümmler 'ostfränk. Reich' III² p. 159 sq., p. 351) probabile est altero utro incendio absumptum esse codicem illum. nec dubito quin similis fortuna saevis illis temporibus adflixerit coenobium Ferrariense, quamquam accurata aliqua mihi non est praesto memoria.

l. IX—XVI inque tertio l. I—VIII: illis enim, non his praescripta est in Mediceo saltem et Harleiano 2682 codicibus nota 'Liber I'. quod ad Laureshamensium illorum codicum fata attinet, cum probabile admodum sit — v. testimonia a C. Lehmanno 'Wochenschr. f. klass. Philol.' 1890 p. 1412 collecta — Cratandrinae epistularum ad Atticum datarum editioni adhibitum esse Laureshamensem codicem ab Io. Sichardo repertum, plane incerta est ceterorum fortuna. qua de re duae infra proponentur coniecturae, una qua is codex Laureshamensis qui l. IX—XVI tenuit, idem fuisse ponatur atque Cratandri 'vetus' — libris I—VIII boni codices in ea editione non sunt adhibiti —, altera qua ad eundem codicem Laureshamensem referatur origo eius qui superest codicis Harleiani 2682.

eodem saeculo miscellas Ciceronis epistulas lectitavit *Liudprand*, homo ut temporibus illis litteratissimus (cf. Ebert l. c. III p. 414 sq., Wattenbach 'Geschichtsqu.' I[5] p. 391 sq.): distinxit ille luminibus cum aliunde tum ex his epistulis petitis Antapodosin suam, id quod optime nuper docuit Fr. Koehler ('n. Arch. d. Ges. f. ä. d. Gesch.' VIII p. 70 sq.).[1])

undecimo saeculo confectus est qui extat *codex Harleianus* 2682 (*H*. v. p. XX), tenens is libros posteriores octo — cui qui similes fuerunt ceteri huius partis codices vetusti, velut is qui adhibitus est conficiendo *Erfurtensi* (v. p. XXI), alter unde derivatus est *Palatinus* 598 (v. p. XXIII), tertius — si quidem fuit diversus a secundo —, ex quo fluxit *contaminatum quoddam genus* (v. p. XXVI), perierunt ut cuius fuerint saeculi non constet. ineunte autem saeculo undecimo quae epistularum Ciceronis fit mentio a *Godehardo*, abbate tum Tegernseensi, in epistula ad Nideraltahenses missa (ap. Pezium 'Thes. Anecd. nov.' VI, 1 col. 133 sive Mabillon. 'vet. Analect.' Paris. 1723 p. 435): 'mittite nobis librum Horatii et epistolas Tullii', ea quamquam cum probabilitate ad epistulas miscellas referetur, incerta tamen est.[2])

quo plura et certiora vestigia ducunt ad saeculum duodecimum. ex codicibus superstitibus qui l. I—VIII tenent eo scripti sunt *Har-*

1) loci a Liudprando imitando expressi cum desumpti videantur omnes ex l. I—VIII — non enim crediderim verbis 'artis ac studii similitudo' (Antap. I, 14, p. 13 ed. Dümmler) reddi Tulliana (ep. XV, 4, 16): 'societas studiorum atque artium' (Koehler p. 71) —, conicere fortasse licet non habuisse illum harum litterarum nisi partem priorem. codex autem unde illi obtigerit prorsus incertum: ut potest fuisse Italicus, sic nihil obstat ne fuerit Germanicus: Francofurti enim ille exul degens a. 958 instituit scribere historiam (Antap. III, 1).

2) ceterum 'monasterium Altahense post cccc. edificationis suae annum IIII. Non. Martii (a. 1033) cum caeteris edificiis igne consumitur': ann. Altah. mai. p. 19 ed. Oefele a. 1891. quodsi post factam transcriptionem epistularum codex illuc remissus erat, incendio illo ipse quoque videtur absumptus esse.

leianus 2773 *(G)* et *Parisinus* 17812 *(R)* — ex hoc exeunte saeculo transcriptus *Turonensis* (v. infra). porro tum confecti sunt ei codices ex quibus singula hodie supersunt folia, *Freierianum* (cf. ad II, 1, 1), *Hamburgense* (cf. ad V, 10ª, 1), *Heilbronnense* (cf. ad XII, 19, 1). quae folia num singulos octonorum librorum codices referant ambiguum est: probabile id de Freieriano, Hamburgense vero et Heilbronnense — quod tamen ipse non inspexi — possunt videri esse desumpta ex codice quodam universos libros sedecim olim complectente. accedit Gallicorum duorum codicum memoria: in catalogo enim *bibliothecae Cluniacensis* qui inter annos 1158 et 1161 confectus videtur (v. Delisle 'Cab. des ms.' II. 1874. p. 458 sq.), bis memorantur hae epistulae, ita tamen ut integra an dimidiata fuerint exempla haud liqueat.[1]) eidem denique saeculo *Cusanus* ille codex (cf. p. V adn. 1) quem ad *Sedulium* redire vidimus tribuitur.

ac ne hominum quidem doctorum qui huc pertineant prorsus deest memoria.[2]) certa est *Ioannis Saresberiensis*, doctissimi illius

---

1) Delisle l. c. p. 478 n. 490: 'volumen in quo continentur epistole Ciceronis ad Publicum (*sic*) Lentulum proconsulem et ad Curionem et ad Appium aliosque multos' et n. 493: 'volumen in quo continentur epistole Ciceronis ad Publicum Lentulum et ad alios multos ut supra'. quorum codicum fata persequi quod equidem non possum quam maxime doleo: poterunt fortasse homines docti Parisini. quibus auctor sum ut praeterea curent eiusdem bibliothecae n. 492: 'volumen in quo continentur libri epistolarum Ciceronis ad Atticum XVI': quippe e tenebris iam emergit 'familiae Gallicanae' alterius collectionis testis et antiquus et ab omni suspicione liber, ut necessitas iam existat retractandae totius illius quaestionis quae est de 'Tornaesiano' Lambini deque Bosii et 'Decurtato', hoc quidem 'ex bibliothecae cuiusdam sacrae direptione servato', et Noviodunensi. fuisse Cluniacensem unum ex his codicibus si apparuerit, equidem non mirabor — nam 'Decurtatum' et Noviodunensem ut cum M. Hauptio e Bosii capite ortos esse putem multa me impediunt, recteque oblocutus est Hauptio D. Detlefsen (ann. phil. suppl. III. 1857. p. 113 sq.): sed surdis cecinit. — ad epistulas miscellas ut redeamus, idem Delisle duos alios codices Gallicos memorat, incertae tamen utrumque aetatis incertaeque rationis. prior extat in *Ricardi de Fournival*, cancellarii Ambianensis (c. a. 1250) 'biblionomia', ubi est in 'tabula tercia areole phylosophice' libros rhetoricos continente: 'eiusdem (Ciceronis) liber epystolarum, in uno volumine': Delisle II p. 525 n. 29. qui liber num Ricardi umquam fuerit plane latet: 'il serait difficile de dire si tous ces volumes ont jamais été réunis ailleurs que dans l'imagination de Richard de Fournival' (Delisle p. 520). [v. nunc Manitius mus. Rhen. XLVII suppl. p. 1 sq.] alter codex memoratur in catalogo *collegii Sorbonici* a. 1338 confecto (ap. Delislium t. III p. 8 sq.) his verbis: 'epistole Tullii, ex legato eiusdem (*magistri G. de Abbatisvilla*). incipit in 2° fol. *Pompeius*, in pen. *te iubet*. precium XII sol.' (p. 61 n. 28). videtur sane fuisse harum epistularum exemplum, cuius folium secundum coeperit a verbis 'Pompeius cupere videatur' (I, 1, 3) vel etiam 'Pompeius reduceret' (I, 2, 1), sed folii paenultimi principium ('te iubet') frustra quaesivi. de ipso homine h. l. satis est excerpsisse quae breviter refert U. Chevalier 'répertoire des sources historiques du moyen âge' p. 848: 'Gérard d'Abbeville, archidiacre d'Amiens, théologien à Paris, controvers(iste), teste 1271'. [v. praeterea p. IV adn. 3 extr.]

2) *Petri Venerabilis*, abbatis Cluniacensis, epistulas cum et propter Richardi fratris elogium ('qui epistolari stilo pene Tullium imitaris': Monum. Germ. Script. t. XXVI. 1882. p. 77) et propter Cluniacensium illorum codicum memo-

saeculi hominis (cf. 'hist. littér. de la France' XIV p. 89 sq., Schaarschmidt mus. Rhen. XIV p. 200 sq.): ille quin posteriores saltem libros octo noverit dubitari non potest.[1]) minus certa duorum aliorum causa est, cum universe memorentur Ciceronis epistulae. prior est *Reinaldus, praepositus Hildesheimensis*, cuius haec extat epistula — scripta ea inter annos 1147 et 1156, v. J. Janssen 'Wibald von Stablo und Corvey' Monast. 1854 p. 283 — ad *Wibaldum abbatem Corbeiensem* (ap. Iaffeum 'monum. Corbeiens.' p. 326): 'quamvis Tullii libros habere desideres, scio tamen christianum te esse, non Ciceronianum ..... Libros igitur, qui apud nos sunt, Tullium de lege agraria et Philippica et epistolas eius, vobis transmisissemus; sed non est consuetudinis apud nos, ut sine bonis monimentis aliqui alicui concedantur.' quae 'bona monimenta' cum proxima epistula Wibaldus Reinaldo obtulerit, probabile est Hildesheimensem illum epistularum Tullii codicem transcribendum missum esse Corbeiam.[2]) — alter est *homo Italus*, 'dictandi' quae tum florebat artis

riam perlegerem — extant ap. Mignium patrol. Lat. t. 189 —, nihil quod huc faceret inveni: ex antiquis scriptoribus unius fere Horatii ille studiosus est, sermo ipse aetati consentaneus.

1) locos ab Ioanne ex epistulis ipsis excerptos praeter unum indicavit Orelli (praef.[2] p. VII sq.). sunt autem quattuor hi: ep. 169 (patrol. Lat. t. 199 p. 162 Migne): Cic. ep. XV, 16, 3; ep. 179 (p. 176 M.): Cic. ep. IX, 10, 3; ep. 186 (p. 196 M.): Cic. ep. XV, 11, 2; ep. 188 (p. 199 M.): Cic. fil. ep. XVI, 21, 7, ut videtur. quae praeterea apud Ioannem extat Ciceronis epistularum memoria, eam aliunde fluxisse vere dixit Orelli: nam Metal. I, 21 (p. 851 M.) refert Quintilianea I, 7, 34, Policrat. III, 14 (p. 509 M.) Macrobiana II, 4, 13, Policrat. VIII, 12 (p. 759 M.) Macrobiana III, 14, 11. quali autem ex codice quove tempore nata sit epistularum illa notitia, eo difficilius in Ioanne dictu quod is excerptis potissimum usus opera sua conscripsit (v. Schaarschmidt l. c. p. 221). iam sunt epistulae illae datae ab Ioanne e Gallia ubi tum, i. e. a. 1166, exul degebat locique Tulliani desumpti ex posterioribus epistularum miscellarum libris. itaque si quis dixerit Gallicum aliquem librorum IX—XVI codicem tum primum Ioannis in manus venisse, is non potest redargüi, nec magis si quis putaverit Ioanni iam tum cum adulescens in Gallia sub magistris ex parte saltem antiquitatis amantibus litteris operam dabat (v. Metal. II, 10 p. 867 M.), has epistulas innotuisse. eodem tamen iure ille putari potest eas excerpsisse alibi, i. e. per itinerum multiplicem varietatem: nam 'Alpium iuga transcendit decies, egressus Angliam, Apuliam secundo peragravit, dominorum et amicorum negotia in ecclesia Romana saepius gessit, et emergentibus variis causis non modo Angliam, sed et Gallias multoties circumivit' Metal. III prol. p. 889 M., quae verba primo a. 1160 scripta indicant itinera inter a. 1148 et 1159 ab illo suscepta (v. R. Pauli 'Zeitschr. f. Kirchenrecht' XVI. 1881. p. 272 sq.). in medio igitur res relinquenda. de Anglico tamen codice non cogitaverim.

2) Corbeienses Ciceronis 'opera universa, quantacunque inveniri poterunt, in unum volumen confici' voluerunt (l. c. p. 327), exemplo haud raro, velut in catalogo bibliothecae Ottonis, episcopi Pataviensis, a. 1251 est: 'item Marcus Tullius Cicero in uno volumine' (Serap. t. XXV p. 245) erantque eodem saec. XIII apud Lemovicenses 'omnes Tullii' (Delisle l. c. II p. 502 n. 223). voti illi ut sint compotes facti, incertissimum tamen est num quid hodie ex collectione illa operum Ciceronis supersit. quod enim post alios Wattenbach ('Schriftwesen' p. 454[2], 'Geschichtsquellen' II[5] p. 241) statuit *Erfurtensem*, nunc Berolinensem, codicem (*F*, v. infra) esse ortum ex Wibaldi illa opera, id multam

magister, qui Tullianum genus eis qui epistulas componere vellent commendavit. quis fuerit incertum: *Aginulfum* (c. a. 1100) putat Wattenbach ('Arch. f. Kunde österr. Geschichtsq.' XIV p. 36), *Albertum Samaritanum* (c. a. 1115) Rockinger (Sitz.-Ber. d. bayer. Ak. 1861 I p. 124). utut est, opusculum ipsum quod homo ille contra Albericiani dictaminis barbariem (ap. Rockingerum 'Briefsteller' p. 29 sq.) ad antiqua exempla composuit, cum perierit, uberius de eo disputari non potest.[1])

exeunte saeculo duodecimo vel ineunte tertio decimo confectus videtur qui ad nos pervenit *codex miscellaneus Berolinensis, olim Erfurtensis* (*F*), cuius quam dubia sit origo modo dictum est (v. p. IX adn. 2).

habet dubitationem. neque enim certis argumentis codicis illius origo Corbeiensis potest demonstrari, et, ut possit, scriptura mihi quidem visa est ad s. XII/XIII potius ducere quam ad med. s. XII. itaque equidem hoc unum concesserim videri posse eum ultimo gradu redire ad collectionem illam Wibaldianam. — nec minus incerta origo *codicis Hildesheimensis* quem Corbeienses expetebant. potest is fuisse Italicus, i. e. e larga copia librorum quos Otwin episcopus (954—984) in Italia comparatos scholae cathedrali Hildesheimensi donaverat (v. Specht l. c. p. 343), potest adportatus esse a Godehardo episcopo (1022—1038) quem a. 1001, dum Tegernseense coenobium regit, 'epistolas Tullii' describendas petiisse vidimus a Nideraltahensibus, multo tamen probabilius eum post annum 1046 comparatum esse. quippe eo anno 'Hildenesheimense templum insigne et maxima pars urbis consumitur igne': ann. Altah. mai. p. 41 ('nostrum monasterium in dominica palmarum 10. Kal. Aprilis miserabili incendio periit, simulque tota pene civitas et maxima pars villae interiit': Wolfher vit. Godehardi post. c. 33 Monum. Germ. Script. t. XI p. 215), ut interiisse tum videatur vetusta bibliotheca. plura dicere equidem non possum, cui ne Lüntzelii quidem de urbe illa adire licet librum.

1) ipsum fragmentum quod ex uno codice Tegernseensi 1411 (cod. Monac. 19411) antea notum erat, pluribus usus libris ita repraesentat Rockinger: 'prius ostendendum est non eas naenias deberi inquiri quas Albericus in libro dictaminum finxit, et quidam nugigeruli per latum spargunt: scilicet qualiter per indicativum ceterosque modos et impersonalia fieri decet epistolas. Tales enim reciprocationes et barbaras inusitationes sapientes et nostri saeculi potentes spernunt. Sed hoc praeteriti morem fuisse credimus. Sed artis analogiam a Prisciani constructionibus quotidie fingendo et usitando et a ceteris doctoribus addiscas. Usum vero et stilum epistolas scribentium et maxime Tullii Macrobii Boicii Salustii et Terentii sumas. Quorum lectione allectus exempla capias et similia condas. Quos quantum potuimus in hoc opusculo imitati sumus. Imitamini ergo et vos pervigili cura.' invenit tamen Albericus qui eum contra importunum hunc antiquitatis admiratorem acriter defenderet: quippe et in Aginulfo et in Alberto Samaritano 'temeritatem et indisciplinatae doctrinae novitatem' notat Hugo Bononiensis (ap. Rockingerum 'Briefsteller' p. 53). — addi fortasse possunt haec. fragmenti illius, ex uno ut dixi codice Tegernseensi ante Rockingerum noti, auctorem 'scholasticum' Werinherum, hominem haud obscurum, post Günthnerum posuerunt cum olim F. Kugler ('de Werinhero, saec. XII monacho Tegernseensi' diss. Berol. 1831 p. 34) tum nuper Specht (l. c. p. 377). quae opinio stare iam non potest. atque omnino nulla Tulliani commercii epistularis notitia comparet nec in aliis epistulis Tegernseensibus (ap. Pezium l. c. VI, 1 et 2) nec in Froumundi (v. Seiler Z. f. deutsche Philol. XIV. 1882. p. 385 sq. et Schepss ib. XV. 1883. p. 419 sq.), quamquam probabile est codicem fuisse in coenobio illo — inde a Godehardi saltem temporibus (v. supra p. VII).

hinc autem longum de his epistulis silentium — sicut omnino bonarum litterarum tum oblanguere studia —, idque non interruptum ante quarti decimi saeculi exitum. quae enim usque ad nostra tempora duravit opinio, nisa ea Flavii Blondi et P. Victorii testimoniis, qua *Francisco Petrarcae* Ciceronis epistulae miscellae credebantur fuisse notae illiusque manui tribuebatur antiquissimum Medicei codicis 49, 9 (***M***) apographum (*cod. Med.* 49, 7: *P*), eam oblivioni prorsus esse tradendam post *Georgii Voigtii* (Ber. d. sächs. Ges. d. Wiss. 1879 p. 41 sq.) et *Antonii Viertel* (cf. Wiederauffindung von Ciceros Briefen durch Petrarca' Regim. 1879) disputationes inter omnes iam convenit. evidentissimis enim illi usi argumentis evicerunt nihil Petrarcae cum his epistulis fuisse commercii, sed illius operam se continuisse in transcribenda altera collectione, epistulas ad Atticum, Quintum fratrem, M. Brutum Octavianumque ea tenente, cuius vetustissimum quendam codicem a. 1345 (cf. A. Viertel ann. phil. 1880 p. 232) Veronae repererat. Petrarca igitur cum prorsus hinc sit amovendus — non minus quam amicus eius idemque discipulus Boccatius —, a. 1389 demum epistulae miscellae e tenebris denuo emergunt et ad perpetuam quidem lucis usuram. eo enim anno *Colucius Salutatus*, cancellarius Florentinus, qui Mediolanii esse Ciceronis epistulas audierat — alterius quidem, ut rebatur, collectionis, nam epistulas miscellas extare nemo tum suspicabatur —, precibus suis a *Pasquino de Capellis*, collega Mediolanensi, impetravit ut eae transcriberentur sibique mitterentur. accepto demum volumine ille intellexit insperatum sibi thesaurum obtigisse: miserat Pasquinus volumen epistulas miscellas complectens.[1]) quod quidem

1) eius rei testimonio est epistula a Colucio ad Pasquinum data, quae legitur in codicibus Riccardianis 898 f. 109^r et 845 f. 16^r — in hoc tamen non integra. edidit ex illo usus Mommseni apographo M. Haupt (opusc. II p. 113 sq.), postea contuli ipse. est igitur sic concepta: 'Pasquino de Capellis, cancellario comitis Virtutum. Nescio, vir insignis, frater optime et amice carissime, nescio siquidem unde sumam initium. tanto etenim me munere felicitasti, quod vix pre gaudio apud me sim, et scribere gestienti nunc referendarum gratiarum officium se ingerit, nunc tam excellentis doni tui, quo non solum voti compos, sed beatus effectus sum, commendatio subit, nunc moveor ut tecum explicem quanta consolatione delibutus sim legens quas misisti tam munifice tamque liberaliter epistolas Ciceronis. quodlibet enim horum adeo infinitum est adeoque vires transcendit meas quod nec possum mente concipere nec valeo stili mei ariditate, quo tamen soleo satis exprimere quod in mentem inciderit, enarrare. — — tu me, quod summis semper desideriis concupivi, fecisti Tullianis epistolis locupletem, amplitudine muneris faciens quod reddar ad gratias pauperrimus et egenus. quantas tamen aut mente concipere valeo vel lingua proferre vel calamo designare, ex toto corde et ex totis viribus meis ago, affectu tamen illas cunctis temporibus habiturus ut nulla prorsus officii vicissitudo me possit huius obligationis nexibus liberare. tu quidem ingens illud volumen ingentioris auctoris ingentissimam eloquentiam epistolis complexum, quod semper quaesivi, mihi multa rescriptum diligentia transmisisti. o me

volumen non minus hodie superest quam liber archetypus unde ductum est: nimirum illud est qui ad Petrarcam falso referebatur *cod. Med.* 49, 7 *(P)*, hic *Med.* 49, 9 *(M)*. annus igitur 1389 harum epistularum quasi natalis novus dicendus est Coluciusque quasi pater adoptivus: M enim ceterique codices vetusti cum etiam postea diu remanerent abditi publicove usui denegati, Coluciano ex apographo numerosa paullatim provenit proles, ex qua epistulae illae hominibus doctis per quinti decimi saeculi decursum innotuerunt.

haec igitur adhuc dici possunt de Ciceronis epistularum miscellarum per medium aevum propagatione, ad quae ut nova eaque certa addantur testimonia valde optandum est.[1]) supersunt autem

felicem tanto talique dono, Pasquine, nam cum ex libris et orationibus Ciceronem meum mihi iam non incognitum venerarer, nunc ipsum mihi totum hoc tuo munere tradidisti. vidi qualis in re p., quantus inter amicos et Romani nominis principes antecessit. video quam audax bello, quam avidus glorie, et quibus artibus tam ipse quam ceteri Romanorum fame splendorem commendationisque preconia venerentur ('venentur' coni. Viertel). vidi tuo munere bellorum civilium fundamenta et quid caput illud orbis terrarum de libertate populica in monarchiae detruderit *(sic)* servitutem. vidi Ciceronem meum quam in familia mitis, quam deceptus in filio, quam desperatus in adversis, quam timidus in periculis quamque fuerit in prosperis sibi blandiens et securus. multa denique vidi que mihi tante laetitie fuerunt quantam unquam habere posse nec credidi nec speravi. quid enim mihi iocundius esse potest quam cum Cicerone loqui, quam tot procerum, scientissimorum virorum, quos volumen illud, munus scilicet tuum ymo divinum habet, vidisse tum eloquentiam tum mores tum virtutes tum casus varios et affectus? nescio de aliis, de me autem verissime testari possum me nunquam aliquid aliud speculativum vel hystoricum tam avide tamque cum laetitia perlegisse. simul enim, quod rarissimum est, rerum novitas atque varietas, eloquentiae splendor et scribentium auctoritas delectabant. unde donum, si mensuretur rebus, non potuerit esse maius, si fructu, reperiri non possit utilius, sin autem affectu, delectabilius nequeat cogitari. ergo, mi Pasquine, tuus virtutibus tuis eram, nunc autem tali et tanto munere me taliter devinxisti quod fateri oporteat me fore, quod vix dici potest, sine rerum controversia plus quam tuum. omnia siquidem, crede mihi, quae fortuna ymo dei dispositio (nam fortuna nihil est) posuit in manibus meis non servus sed verus dominus possideo praeter libros. illorum, fateor, servus sum tenacissimusque possessor et avarus ac insatiabilis appetitor.' — — —

1) summa tamen hic opus est cautione ne titulis verbisve ex fontibus notis desumptis decipiamur: v. quae exposuerunt de *Petro Blesensi* et *Gualtero Burley* ('de vita et mor. philos.' p. 318 sq. ed. Knust) Orelli praef.[2] p. VIII sq., de *Gulielmo de Pastrengo* Detlefsen ann. phil. 1863 p. 553. sic mihi quidem valde dubia causa duorum hominum doctorum Gallorum a *G. Voigtio* huc arcessitorum, *Ioannis de Monsterolio* et *Nicolai de Clemangiis*. quod enim ille (mus. Rhen. XXXVI. 1881. p. 475 sq.) suspicatus est utrumque usum esse harum epistularum codice aliquo qui non pependerit e Mediceo, id vereor ut iam teneri possit — quamquam plenam iudicandi nondum nacti sumus materiem. constat igitur hodie (v. A. Thomas 'de Ioannis de Monsterolio vita et operibus' diss. Paris. 1883 p. 8. 89) Ioannem illum — vitam eius universe enarravit Voigt Humanismi t. II[2] p. 347 sq. — fuisse iam a. 1395 in Italia, i. e. quinque sexve annis postquam Colucius miscellas Ciceronis epistulas nactus est. itaque nihil obstat quin ad eum in Italia commorantem Coluciique dudum studiosum aliqua de thesauro illo fama pervenerit habendique cupiditatem accenderit. non tamen videtur Colucium, cuius ipsius et appetebat et accipiebat epistulas (v. Thomas p. 101. 102. 104. 110) de Cicerone sollicitasse, sed reversus in Galliam usus esse interposita aliorum opera. extant saltem (ap. Thomam p. 102) eius ad

ex eis quos memoravimus codicibus hi: utriusque partis *Med.* 49, 9, prioris *Harleianus* 2773 et *Parisinus* 17812, posterioris *Harleianus*

nobilem quendam Italum litterae, quibus 'plures Ciceronis orationes' — praeter Ligarianam quam Florentia modo acceperat — 'ac epistolas suas quanticunque constiterint' expetit. deinde ipsa illa quam exhibet miscellarum epistularum notitiam, per verborum quidem conformationem ad Mediceum fontem potest haud aegre referri. ut enim mittamus frustulum ex ep. XIV, 3, 5 decerptum (ap. Thomam p. 57, 2), quae in epistula ad Ioannem Gersonem data (ap. Thomam p. 107) ex Cic. ep. I, 9, 19 ab illo excitantur verba ('at vero, insignis praeceptor mi, occasione certa data ut ad ligandum impresentiarum committerem ejusdem Ciceronis epistolarum portionem cum nonnullis sue industrie aliis operibus, ad conspectum meum sese casu ipsius Ciceronis injecerunt ista verba: Cum Vatinii defendendi stimulus michi esset, de quo in judicio cum illum defenderem, dixi — denique par pari referto, quod eam mordeat'), ea notabilem a Mediceo differentiam habent hanc unam quod in ultimo versu 'pro' voc., quod extat in M, ab Ioanne omittitur. at cave ne omissioni nimium tribuas: sat multa enim M apographa eodem modo peccant. ab Ioanne autem, familiarissimo suo, potest epistulas illas accepisse Nicolaus de Clemangiis, homo antiquitatis et ipse studiosus (v. Voigt l. c. II² p. 352 sq.). id certum de una Ciceronis epistula — potest fortasse cogitari de litteris ad Octavianum datis, ex quibus frustulum ('Octaviani autem avus argentarius, pater nempe astipulator fuit', sicuti haec Tullius certa occasione oborta ad eundem Octavianum scribens improperat) ipse adfert Ioannes ep. 45 (ap. Martene et Durand 'vet. script. et mon. ampl. coll.' t. II p. 1408): Pseudocic. ep. ad Oct. § 9 —, quam cum Galtherus quidam furto sibi ab Ioanne ablatam esse indignaretur, is ita se purgat (ap. Thomam p. 61): 'Copiam nescio cujusdam epistole Ciceronis audes temerarie dicere furtim me et infideliter retinuisse! . . . Verius vero ipse, ut bene appellas, vas eloquentie, immo decus, gloria et ornamentum nostrum noster de Clamengiis in Ambrosini receptione litterarum casualiter erat mecum, qui predictam Tullii epistolam, ob quam sic objurgans turbaris et ineptis, asportavit et illam hercle habebat temporis intersticio quo tibi rescripsi' — ubi notandum 'Ambrosini' nomen, i. e. Itali hominis, a quo Ioanni epistula Ciceronis illa transmissa erat. utut est, utrique homini docto miscellae Ciceronis epistulae notae erant a. 1407. eo enim anno (v. Voigt mus. Rhen. XXXVI p. 475) Lingona scribit Ioanni Nicolaus (op. ed. Lydius. 1613. ep. 23): 'Iohanni suo charissimo Nicolaus salutem dicit. Nosti suas Ciceronem epistolas tali more ordiri, quas penes te pro magna portione habes . . . . . . Cum tamen Cicero ipse ad reges, ad consules, ad summa imperia scribens illo loquendi genere usus inveniatur' — quae verba non possunt referri nisi ad has epistulas — et Gonthero Colli, regio secretario (v. Thomas p. 80), ep. 26: 'sed quoniam de familiaribus rebus contemnendas adeo putes litteras aut scripta de illis edita, lege Tullianas epistolas, et illas maiore ex parte videbis de sua aut amicorum suorum re domestica conscriptas, et tamen illae epistolae pluris apud plerosque aestimantur quam epistolae Annaei Senecae, qui suo brevi' cet. — quo loco equidem 'plerorumque aestimationem' nolim nimium premi. quot uterque noverit libros incertum, nisi quod ex primo et quarto decimo particulas adfert Ioannes, ut is videri possit libros I—XVI habuisse. ut igitur etiam hoc in medio relinquatur, non inutiliter scriptura quam in ep. I, 9, 19 Ioannes sequitur, componetur et cum Mediceo 49, 9 et cum Harleiano 2773 (G) Parisinoque 14812 (R), quo pateat eam, cum omnino non possit derivari ex G, a M non magis recedere quam a R, qui tamen non tenet nisi libros octo priores. est igitur haec: defendendi *GRIo.* ς (ς: apographa e M facta), defendi *M* ‖ quom illum] quam i. *MG*, cum i. *Io.*, quando i. *R* ‖ quiddam *MR*, quidem *Io.*, *om.* *G* ‖ nominabit *RIo.*ς, nominauit *MG* ‖ si quando illa dicet phaedriam *MRIo.*, si quod illam phedriam *G* pamphilam *MGRIo.*, tu p. *aliquot* ς ‖ par pro pari *MR*, par pari *GIo.* ς. — ceterum in ep. 64 ad amicum quendam incertum quo tempore data (ap. Martène l. c. p. 1435) Ioannes expetit 'orationes Tullii vel ipsius aut Lactantii et Cypriani epistolas', clauditque litteras hoc modo: 'vale meque diligas et tibi, ut Ciceroniano utar verbo, persuadeas te a me fraterne amari': Cic. ad Att. I, 5, 8.

2682, *Erfurtensis, Palatinus* 598. accedunt in priore parte particulae servatae in *foliis Taurinensi, Freieriano, Hamburgensi,* in altera praeter *folium Heilbronnense* manca *codicis Cratandrini* notitia. haec autem omnis codicum memoria quin excepto folio Taurinensi ad eundem fontem primitivum ultimo gradu reducenda sit non potest esse dubium: summa enim in re eandem habent verborum conformationem eundemque epistularum ordinem ac numerum. quae stirpis communio etiam minoribus quibusdam proditur indiciis. quo pertinet quod et in Mediceo et in Harleiano 2682 nono libro praefixa est nota: 'Liber I', quasi in Mediceo quoque novum illinc ordiatur volumen. deinde perquam memorabile prioris partis Harleianum 2773 — Parisinus paullo ante desinit — finiri eisdem verbis ('puto etiam, si ullam spem': VIII, 9, 3) quibus Medicei quaternionem quintum decimum. haec igitur cum evidenter ducant ad priscum quendam codicum nostrorum nexum, altera ex parte plura sunt quae diversam primitus originem videantur indicare. nam mirum in primis quod unus Mediceus universos habet libros sedecim, ceteri omnes — mitto enim incertas foliorum singularium rationes — octonos. deinde quamquam, ut dixi, summa in re ubique eadem est verborum conformatio, tamen singuli quique loci tantum habent differentiae ut nemo non possit videre et in priore et in posteriore parte codices dimidiatos cum oppositos esse Mediceo tum artiore quodam vinculo inter se conexos. denique alterius partis codicibus adnexa est ad Octavianum quae fertur missa epistula, quam non habet Mediceus.

quae codicum superstitum et consonantiae et discrepantiae ad qualem viderentur libri archetypi ducere speciem diu quaesivi, adscita etiam amissorum codicum quod eius fieri poterat memoria. ac maxime quidem indagare studui qui quandoque divisio illa, cuius fortasse iam apud Sedulium et Lupum extant vestigia, evenerit. tandem a me quidem haec aenigmata solvi non posse intellexi. cum enim ex eis quae supra exposita sunt pateat in tribus minimum regionibus, Gallia Germania Italia, extitisse has epistulas transcribendoque esse propagatas cumque nemo possit dicere amissorum codicum aut ambitum aut numerum, nulla coniectura qua superstitum codicum inter se iungantur rationes, tam firma est quin alia possit opponi. itaque omissa omni singula rimandi curiositate hoc unum dixerim videri mihi eum quidem librum ad quem superstites codices vetusti ultima stirpe redeant, et duobus constitisse voluminibus quorum utrumque octonos tenuerit libros et unciali fuisse scriptum litteratura. epistulam ad Octavianum missam utrum

ipse habuerit an ea alteri volumini aliunde accesserit postquam id
a priore in plerisque exemplis prorsus seiunctum est suasque habuit
vicissitudines, obscurum: hoc tamen mihi probabilius.

quae cum ita sint, consultius mittere omnino incerta et redire
ad certa, i. e. ad eos quos habemus codices. ei autem cum praeter
Mediceum octonos singuli habeant libros, seorsum utraque pars
spectanda est, quo qualis utrobique memoriae traditae sit ratio
appareat. initium autem faciendum a Mediceo codice, ut qui utrique
parti sit adhibendus.[1]) extat igitur in bibliotheca Laurentiana *codex
Mediceus* 49, 9 (olim n. 309): *M*, alt. cent. 23, lat. 20, foliorum 270. *M*
quaterniones sunt XXXIII, quorum numeri in fine singulorum qua-
ternionum additi. scriptus est codex, ut mihi Caesarique Paoli
visum — alii in saec. IX provehunt —, s. IX/X, indeque expli-
candum quod litterae modo speciem vetustam habent — velut saepe
in a littera — modo recentem: superatur certe aetate a Taciti Me-
diceo I. scriptus est a manibus pluribus. correctiones insunt pluri-
mae tam vetustae quam recentes. ego eas correctiones quae sunt
a librariis ipsis profectae, M^1 nota significavi, alias quae sunt factae M^1
a manibus pluribus saec. X—XII, M^c nota, denique alias quae sunt M^c
illatae post a. 1389, i. e. post scriptum apographum antiquissimum
Med. 49, 7 (P, v. infra), M^r. has correctiones coniecturae loco ha- M^r
bendas esse patet, M^c contra diligenter uno quoque loco examinandae
sunt utpote ex parte haustae ex memoria vetusta, M^1 plurimi fa-
ciendae. saepe autem M^1, M^c, M^r non satis dignosci possunt, maxime
ubi una littera mutata est aut puncta lineaeve superpositae: ac ne
ex P quidem certa diiudicatio semper peti potest, quoniam primi
eius librarii (P^1) non omnes mutationes a M^1 vel M^c factas cura-
verunt sed neglexerunt et posterae demum manus (P^2) eas in apo-
grapho notaverunt. — fuit codex olim Vercellis, Florentiam qua
ratione quove tempore venerit latet, factum id tamen post a. 1389
et ante a. 1406, i. e. ante mortem Colucii.[2]) ultimae paginae pars

1) [duae epistulae (VIII, 16 et IX, 14) extant etiam in collectione epistularum ad Atticum datarum. quibus epistulis equidem non potui adhibere praeter meos codices nisi librum Mediceum 49, 18: sero enim ad me adlatae sunt C. A. Lehmanni cum retractatio editionis Hofmannianae tum ampla 'de Ciceronis ad Atticum epistulis recensendis et emendandis' commentatio, extremo ea a. 1892 edita. damnum tamen haec editio sic non est passa: nam nec nostra epistulae VIII, 16 conformatio notabili ulla in re differt a Lehmanniana et quae universe de epistulis miscellis hac in praefatione disputavi aliena sunt ab illa commentatione.]

2) *Vercellis* codicem olim fuisse certum est (cf. ann. phil. 1884 p. 852), incertum et quando illuc venerit et unde. potest fieri ut advectus sit ab Attone episcopo (924—961) quem sat litteratum fuisse scimus (cf. Iul. Schultz 'Atto von Vercelli' diss. Gotting. 1885 p. 62 sq.), quamquam illius in editis saltem opusculis (ap. Mign. patr. Lat. t. 134) nec Ciceronis nec ullius scriptoris pagani

inferior cum abscisa sit, possessorum nulla superest memoria.[1]) descripsit codicem, admixtis tamen erroribus, Bandini ('cod. Laur. Lat.' t. II p. 465 sq.), simulacrum affabre factum nuper curavit E. Chatelain ('paléogr. d. class. lat.' tab. 34). contuli a. 1875, relegi a. 1884.

P pauca deinde de *apographo Med.* 49, 7 (*P*) dicenda. est codex chartaceus alt. cent. 26, 5, lat. 20, 5, foliorum 266. scriptus est a. 1389 (v. supra p. XI) a librariis pluribus, ita tamen ut illi, excepto uno qui unum quaternionem scripsit, diligenter adaequarent paginas quaternionesque apographi paginis et quaternionibus Medicei

---

fit mentio. ad originem quod attinet, O. E. Schmidt (mus. Rhen. XL. 1885. p. 612) coniecit ortum fortasse codicem esse ex Lupi Ferrariensis illa opera de qua supra (p. V sq.) dictum: quae coniectura mihi quidem non probatur — ne propter eam quidem quam de codicis aetate concepi opinionem. Vercellis deinde missus est iubente Io. Gal. Visconti, comite Virtutum, Mediolanium ibique a. 1389 transcriptus in usum Colucii (v. supra p. XI). illo inde a tempore quae libri pretiosi fuerint fata indagare studuimus et ego (ann. phil. 1884 p. 849 sq.) et O. E. Schmidt (l. c. p. 611 sq.). cum autem quibusdam de rebus inter nos non conveniat, hic non ponam nisi quae videantur certa. dubium igitur iam non est quin vivo etiamtum Colucio codex venerit Florentiam ab eoque adhibitus sit emendando P apographo. publicam tamen in notitiam non venit, sed a possessoribus tam arte custodiebatur ut ex omnibus saeculi quinti decimi hominibus doctis qui certo novisse eum dici possit sit unus Angelus Politianus, cuius temporibus servabatur in bibliotheca Medicea privata. nec mutata ea condicio est ante Petrum Victorium, qui editionis a. 1536 emissae fundamentum primus fecit codicem antiquissimum. ea igitur quae per saeculum quintum decimum in Italia facta sunt harum epistularum exempla, non sunt ducta ex M ipso sed ex P apographo. in M autem cum accidisset quaternionum quaedam inversio, qua quaterniones se excipiebant 14. 16. 17. 15. 18, fuit ea inversio primitus etiam in P et hinc, non illinc propagata est in codices novellos plurimos (v. ann. phil. 1884 p. 845 sq.).

1) cum tamen O. E. Schmidt (l. c. p. 613) Colucii nominis reliquias vidisse sibi visus esset ('bei der Untersuchung des M 9 habe ich auf dem letzten Blatte deutliche Spuren davon wahrgenommen, dass dort ein Besitzvermerk ausradirt worden ist; ich glaube aber an dieser Stelle mit Hilfe der Lupe das Wort 'Stignano' im Ductus Coluccio's zu erkennen (vgl. den Vermerk unter M 18: hic liber est Colucii Pyeri de Stignano). haben mich meine Augen nicht getäuscht, so ist damit bewiesen, dass M 9 doch im Besitze — usum, non dominium statueram ego — Coluccio's gewesen ist'), Hieronymum Vitelli, amicum Florentinum, quid rei esset nuper interrogavi. respondit vir oculatissimus haec: 'nell' ultimo foglio del Laur. 49, 9 in luogo del marg. inferiore reciso fu incollato un pezzo di pergamena immediatamente sotto alla sottoscrizione M (*evan.*) TVLLI etc. In questo pezzo di pergamena incollato, all' estremo margine vi è scrittura erasa, illegibile, a rovescio. Per mezzo di reagenti il Dr. Rostagno ed io leggiamo:

. . . .

ni fere ?   per manus

. . . .

ego P . . . . . ?

Credo di poterti assicurare che Coluccio non c' è. E poi giacchè la scrittura è a rovescio, se mai vorrebbe dire che quel pezzo di pergamena aveva appartenuto a Coluccio.'

49, 9. scriptura admodum vulgaris est (v. effigiem ap. Chatelainium tab. 36), indoctique librarii multa perperam scripserunt quae postea plures manus posteriores (P^2) correxerunt, in quibus agnoscitur P^2 etiam Colucii, qui M ipso usus est (v. supra). ceterum singulas manus correctrices non distinxi, nisi ubi eodem loco apparebant. descripsit codicem Bandini l. c. p. 464, contuli ego a. 1875 et 1884 ita ut maxime attenderem ad rationem inter M^1, M^c, M^r et P intercedentem.[1])

praeter M autem prioribus libris octo cum maxime sint adhibendi Harleianus 2773 et Parisinus 17812 codices — perexiguus enim foliorum singularium, Taurinensis Freieriani Hamburgensis, est usus —, singillatim de illis est disputandum.[2])

est igitur hodie in museo Britannico *codex Harleianus* 2773: *G*, membr. s. XII, alt. cent. 28, lat. 19, 5, binis columnis scriptus. *G* insunt fol. 1^r lexicon latino-graecum Servii grammatici, fol. 5^r Diomedis ars grammatica (cf. H. Keil G. L. I p. XXXIII), fol. 32^r Ciceronis

1) deducti sunt ex P eiusque apographis per quintum decimum saeculum cum codices permulti, alius alio nequior, tum *florilegia varia* quae scholarum usui servirent. quas sordes percensendo cum operae pretium non fiat, unam verbo attingam anthologiam eam quam LIX epistulas ex l. I—VII excerptas complectentem ex cod. saec. XV protulit Wrampelmeyer (progr. gymn. Clausthaliens. 1881 p. 31 sq.). quam quod putavit Streicher (diss. Ienens. III p. 126) non redire ad fontem Mediceum sed ad codicem aliquem GR librorum similem, id stare non potest. quod enim principale illius argumentum est — alterum ex excerptis modo libris prioribus petitum leve est, cum diversis modis fierent chrestomathiae illae alio aliud spectante ludi magistro — ep. I, 9, 3 illic eodem loco abrumpi ubi in GR littera capitali novae epistulae initium notatum sit, id quidem MP codicibus inspectis corruit: utrobique enim eadem ratione atque in GR epistula nona scinditur. ipsa anthologiae illius verba nullius esse auctoritatis utpote foede interpolata cum ipse Streicher recte docuerit, secure possumus illam mittere (v. etiam Schmalzii in Bursiani rel. ann. 1884 II p. 36 sq. de illo eiusdemque farinae aliis quibusdam codicibus disputatio). — addo propter Tyrrellium ex P deductum esse etiam *codicem Harleianum* 2591 saec. XV — in catalogis in s. XI perperam provehitur — eoque in posterum esse omittendum.

2) de *tertio quodam prioris partis codice* olim poterat disputari, hodie non potest: deletus quippe hoc saeculo est, idque non a barbaro homine sed a philologo, Fr. Kritzio. qua de re haec traduntur a W. Schumio ('beschr. Verzeichniss d. Amplonianischen Hds.-Sammlung z. Erfurt' Berol. 1887 p. LI): 'bei Uebernahme der Bibliothek — agitur Amploniana collectio — fand Kritz 45 Codices (14 in 2°, 14 in 4°, 16 in 8°, 1 in 12°) seiner Meinung nach unter den Einflüssen des letzten Aufbewahrungsortes in der Himmelspforte so durch Moder und Fäulniss beschädigt vor, dass er deren vollständige Vernichtung mit gutem Gewissen beantragen und ausführen konnte; mit Ausnahme eines Bandes, der die ersten 8 Bücher der Epistolae ad familiares des Cicero enthielt, sollen es nur Werke scholastischer Philosophie und Theologie gewesen sein, die jenem Schicksal anheimfielen, und selbst jener Classiker-Codex kann den von mir angestellten Vergleichungen nach nicht zu den von Amplonius ursprünglich geschenkten Exemplaren gehört haben' —, deest scilicet in Amplonii catalogo autographo circ. a. 1412 confecto (ap. Schumium p. 785 sq.). alibi codicis illius num notitia ulla extet nescio: acta saltem illius bibliothecae non plus quam in libro suo rettulisset de eo habere ipse Schum per litteras me edocuit.

epistularum I, 1, 1—VIII, 9, 3, fol. 60^{v} carmina latina medii aevi. ut totum codicem, sic Ciceronis epistulas manus plures scripserunt. correxerunt item plures et in epistulis quidem cum librarius ipse
G^1 (G^1), tum corrector quidam aequalis qui codicis scripturam contulit
$G^2 G^3$ cum archetypo (G^2), tum correctores plures recentiores (G^3). possunt tamen singulae manus, in primis G^2 et G^3, non ubique satis discerni. in re orthographica summa varietas, quapropter non excerpsi nisi graviora quaedam. dixerunt de hoc codice, qui postquam in Britanniam venit diu ibi latuit, olim Graevius, nuper Th. Oehler (ap. Baiterum Cic. op. IX p. V), Fr. Rühl (mus. Rhen. XXX p. 31 sq.), O. Streicher (dissert. philol. Ienens. III p. 112 sq.), R. Tyrrell ('the correspondence of Cicero' I^2. 1885. p. 77 sq., II. 1886. p. LXI sq.). contuli a. 1882.[1])

R alter est *codex Parisinus* 17812 (olim *Nostradamensis* 178): *R*, membr. s. XII, alt. cent. 34, 5, lat. 25, binis columnis a pluribus librariis scriptus (cf. Chatelain l. c. tab. 35). insunt fol. 1^{r} Ciceronis Academ. pr. l. II, fol. 13^{r} de natura deorum libri tres, fol. 46^{v} de fato opusculum, fol. 51^{r} epistularum I, 1, 1—VIII, 8, 6, fol. 92^{r} Dares de historia Troiae. epistulae et scriptae sunt a manibus
R^1 pluribus et correctae: multa librarius ipse emendavit (R^1), alia
R^2 plures manus saec. XII ex. (R^2), alia manus quaedam saec. XIV/XV
R^3 (R^3). rei orthographicae in hoc quoque codice summa varietas. primus codicem epistulis adhibuit F. Hofmann ex Th. Mommseni collatione, postea accurate de eo disputavit Fr. Rühlii usus copiis O. Streicher (l. c. p. 106 sq.). contuli a. 1882.[2])

1) Servii opusculo inscriptum est: 'iste liber est Hospitalis S. Nicolai prope Cusam', dubium tamen an totus codex illam originem habeat: videtur potius saec. demum XVIII illud opusculum cum ceteris esse compactum (v. A. C. Clark 'neue Heidelberger Jahrbücher' I. 1891. p. 248). Ciceronis epistulis illis primus usus est *Graevius*, cui 'primus' codex est (cf. eius praef. Cic. ep. et v. Philol. XLV p. 150), emptus quidem ab illo 'olim Coloniae Ubiorum in taberna libraria'. quae taberna fortasse ea est quam in ep. 119 (ap. Burmannum syll. ep. IV p. 161) ad Heinsium a. 1673 data sic depingit: 'antiquos codices Coloniae propositos inveni in taberna vilissima, quae est ad portam Pontificum (Pfaffen port), proxima Kalcovii typographi non ignobilis aedes. ponderantur ibi membranae, non aestimantur. libra duodecim aut tredecim, nisi fallor, obolis est.' possedit autem codicem illum Graevius iam a. 1669, v. ep. 59 (p. 81): 'epistolas ad familiares committo cum duobus non valde vetustis voluminibus, altero chartaceo, altero membranaceo, qui mei sunt. et sane fero pretium operae' — ubi 'chartaceus' est quem 'secundum' appellat in editione, nunc *Harleianus* 2470. ille post Graevii mortem (a. 1703) cum reliquis codicibus Graevianis asportatus est in bibliothecam electoralem Dusseldorpiensem, hinc migravit a. 1725 in collectionem Harleianam, unde a. 1753 translatus est in museum Britannicum (v. Clark l. c. p. 238 sq.).

2) epistulae primitus quidem in illo codice non videntur fuisse coniunctae cum ceteris Ciceronis opusculis — nova quippe illis adhibita est quaternionum numeratio —, antiquis tamen iam temporibus, ut ex aliis patet indiciis, omnia sunt conglutinata. de fatis codicis pauca adhuc nota. donatus igitur est a. 1680

iam GR codices quin eundem ultimo gradu habuerint patrem
(X) dubium potest esse nemini qui apparatus nostri paginas ali- X
quot perlustraverit maximeque attenderit ad lacunarum communionem (v. etiam Streicher p. 112 sq.): quot tamen gradibus illi distent a parente communi qualive inter se sint iuncti cognationis vinculo definiri iam non potest, ab eo quidem qui stemmatum fallacem speciem aspernetur. X deinde si contendimus cum M, idem dicendum, h. e. patet cognatio ipsa, latet gradus, idque eo magis quod omnino ubi quandoque ortum sit dimidiatorum codicum genus nescimus. quodsi missis inanibus his curis subsistimus in comparanda ipsa M et X codicum scriptura, non prorsus quidem inutile hoc genus esse videmus: possunt hinc lacunae quaedam, quae in M acciderunt, sarciri (velut IV, 12, 2; V, 2, 7), possunt singulares quidam loci recte iam constitui (v. etiam Streicher p. 132 sq.). universam tamen utriusque generis bonitatem si spectas, longo intervallo distare X a M non poteris non intellegere, eaque M praestantia tam manifesta est ut ne exemplorum quidem confirmatione egeat. quae cum ita sint, fundamentum horum librorum emendandorum manet omnino situm in M, nec alius X generis usus quam supplementi. denique si quid singulare extat aut in G aut in R — frequentissime enim in utroque codice, magis tamen in G, vocabula singula plurave transponuntur, deformantur, omittuntur —, id si severe agere volumus, omnino excludendum est utpote refutatum et a M et ab altero codice, commemoravi tamen saepius quo lectoribus iudicandi ipsis fieret potestas, sed sine constantia legeve ulla. contra

bibliothecae Nostradamensi a Claudio Joly, cuius avus Antonius Loisel, advocatus celeberrimus (1536—1617), eum possederat (v. L. Delisle 'cab. d. manuscr.' I p. 431, 3, A. Franklin 'les anc. bibl. de Paris' I p. 32): is unde habuerit nescitur. in bibliothecam maximam Parisinam, tum regiam, una cum plerisque codicibus Nostradamensibus venit a. 1756. — ceterum ex Parisino codice vel potius ex eius apographo aliquo derivatus est *codex Turonensis* 688 saec. XII XIII, cuius extat descriptio in Car. Thuroti libello singulari a. 1874 Parisiis emisso. quem virum eruditissimum latuisse eam quam dixi Parisini et Turonensis codicum rationem mirum non est: scilicet latuerat eum ipse Parisinus. cuius collationem a me factam cum a. 1882 contenderem cum ipso Turonensi, res tam liquido apparuit ut statim hunc prorsus abicerem: v. quae exposui in 'Mélanges Graux' p. 169 sq., quae si opus sit, facile possim augere. ceterum *alter codex Turonensis* quem ex Haenelio attulit Orelli (praef.[2] p. LII): 'saec. XIV. membr. fol.', hodie illic non extat: furto illinc plurimi codices a Gulielmo Libri post Haenelii tempora sunt abstracti (v. L. Delisle 'Notices et Extraits' t. XXXI, 1. 1884. p. 159 sq.). vix autem ille fuerit saec. XIV, sed potius XV, i. e. descriptus ex Med. 49, 7. atque omnino diffidendum aetatis definitionibus quas exhibent catalogi vetustiores: velut quem saec. XII adscripsit Haenel *codicem Biturigensem* 257 (v. Orelli l. c.), is reapse saec. XV scriptus est (v. E. Chatelain revue de philol. VII. 1883. p. 95). quod taedium mihi ipsi per itinera mea subeundum fuit decepto eiusmodi numeris, id cum lectoribus communicare cum nolim, haec non persequor, quamvis ampla sit materies.

ex M omnia ubique a me allata sunt et bona et mala ne pusillis quidem erroribus omissis, nisi quod in memorandis rebus orthographicis certi erant tenendi fines (v. infra).[1])

quodsi prioris partis rationes criticae satis planae sunt, multo difficilior res est in octo libris posterioribus. hic enim cum plures quam illic praeter Mediceum extent codices, tum dubitandi qua ex parte dux sit eligendus maior est libertas. praeter *folium enim Heilbronnense* in censum veniunt *Harleianus* 2682, *Erfurtensis, Palatinus* 598 codices et is liber vetus qui adhibitus est *editioni Cratandrinae.* ac singulorum quidem codicum hae sunt rationes.

H in museo Britannico extat *cod. Harleianus* 2682: *H*, membr. s. XI, alt. cent. 35, lat. 25, tricenorum senorum versuum columnis scriptus (imaginem mox dabit Chatelain l. c.). insunt fol. 1^r^ epistularum l. IX—XVI, fol. 52^r^ ep. ad Octavianum, fol. 53^r^ Q. Ciceronis de pet. cons. commentariolus, fol. 57^r^ Laelius, fol. 64^v^ Cato maior, fol. 71^r^ orationes Philippicae cet. (cf. Fr. Rühl mus. Rhen. XXX p. 26 sq. et E. Maunde Thompson ap. Clarkium 'Anecd. Oxon.' class. ser. VII (Oxon. 1892) p. 1 sq.). scripserunt codicem librarii plures, in epistulis quidem — ut mihi visum — ita ut singuli singulos quaterniones vel etiam singula folia perscriberent.[2]) correxerunt

1) quae supra posui non omni ex parte conveniunt cum opinionibus *Streicheri*. cuius commentatio ut docta est et laboriosa, ita plura habet quae mihi quidem non probentur (v. etiam Schmalz in Bursiani rel. ann. 1884 II p. 39 sq.). velut codex Turonensis mihi omnino eliminandus videtur utpote derivatus e Parisino (v. p. XVIII adn. 2); hunc autem multum abest ut tantopere Harleiano equidem cedere putem quantopere voluit ille (p. 120). omnino autem iniuste illic prae novis codicibus tractatum esse Mediceum censeo eiusque auctoritatem plurimis locis vindicandam contra Streicherum, sive quod is veterem scripturam novae sine causa posthabuit sive quod spretis codicibus omnibus ad coniecturam sine necessitate confugit. sed, ut dixi, magna laude dignus labor et doctrina scriptoris.

2) ne quid omittatur quod ad efficiendam plenam codicis imaginem faciat, ex Thompsonis descriptione haec excerpuntor. 'The ruled lines are drawn on one side of the leaf with a hard point. The vellum is coarse. The writing is in minuscules of German type of the latter part of the 11th century. Titles are in small rustic capitals. There are 36 lines of writing to the page. The hand changes with the third quire — quat. 3: fol. 13—20 —, the scribe beginning in a large style, which however he abandons after writing two pages (f. 13), after which the letters revert to the normal standard. The lower half of f. 20^b^ is left blank. The last leaf of the fourth quire, f. 30^b^, was also left blank, but on it were inscribed in the 12th century some verses, 'De sum et non sum, De non sum et fui', etc. Quires V—VIII — i. e. inde a f. 31^r^ usque ad extremum Q. Ciceronis opusculum — are nearly entirely in a new hand. It begins in line 5 of f. 32 and runs on to f. 56. It is more sloping, rather larger, and more loosely written than the normal style of the MS.' — addita libro Clarkiano est tabula Milonianae orationis particulas repraesentans. — ad originem codicis quod attinet, docent vel spatia vacua relicta inter plures librarios eodem tempore praestitutas particulas conficientes fuisse dispertitum scribendi laborem. quod cum fere fieret ita ut quod transcribendum erat exemplum archetypum dissolutum traderetur librariis (v. Wattenbach 'Schriftwesen' p. 368 [2]),

epistulas cum unus quisque librarius si quid a se peccatum vidisset (H^1), tum corrector quidam aequalis cui praesto erat exemplum H^1 archetypum (H^2), tum aliquotiens manus quaedam saec. XV (H^3). $H^2 H^3$ non tamen ubique H^1 et H^2 certo distinguere potui, fallente saepe musei Britannici per Martium mensem luce. rei orthographicae nulla constantia, quapropter huc pertinentia multa omisi. fuit codex olim *Coloniae* in ecclesia cathedrali, ubi eum contulit intercedente Melchiore Hittorpio Ianus Gulielmius — qua ex collatione '*Hittorpiani*' libri scriptura adfertur in editionibus Gruteriana et Graeviana —, postea per aliquot annos in bibliotheca Graevii. dixerunt post Oehlerum (l. c.) nuper de eo Rühl (l. c.), Tyrrell (ed. t. I² p. 74 sq., II p. LXVI sq.), Clark (l. c. p. IV sq.). contuli a. 1882.[1])

Harleiano hoc cum codice componendus est qui varia tenet Ciceronis opuscula *Erfurtensis*, nunc *Berolinensis* lat. fol. 252: *F*, *F* membr. s. XII/XIII, alt. cent. 49, lat. 31, binis columnis versuum

ultro memoriae se offert Laureshamensis ille qui reapse erat 'in quaternionibus' (v. p. VI). quem Harleiani fuisse patrem ut nequit demonstrari ita putari nihil vetat: patria certe eadem, i. e. occidentales Germaniae partes.

1) esse eundem Harleianum hunc atque 'Hittorpianum' Gruteri et Graevii post Clarkii quaestiones (l. c. p. V sq.) pro certo dicere licet. abicienda igitur etiam Tyrrellii (Cic. ep. II p. LXXIX sq.) opinio qua vir eruditus propter differentias quasdam inter Harleiani scripturam et Graevii de Hittorpiano testimonia intercedentes statuit hunc ex illo esse transcriptum (v. infra). ceterum de Grutero et Graevio addenda haec. Hittorpiani codicis collatio Gulielmiana repetita est et a Grutero — vel potius Gebhardo, is enim hanc editionis partem curavit — et a Graevio, ab illo quidem ita ut selectas quasdam ex Gulielmii materie satis haberet adferre adnotationes. nec magis Graevius in epistulis ipsum contulit codicem, ne eo quidem tempore quo eum domi habebat, sed ipse quoque recurrit ad veterem illam Gulielmii collationem, ex qua tamen Hittorpiani scripturam multo frequentius adfert quam Gebhardus. quae collatio qui sibi obtigerit ipse aperit praef. ed. 1677 et 1693 p. 3 haec scribens: 'editionis Lambinianae cum variis antiquis libris a politissimo illo Iano Guilielmio et cum Palatinis a Grutero compositae copiam mihi fecit vir amplissimus Ioannes Sixius, scabinus Amsterodamensis gravissimus et doctissimus': ipsum igitur illud Ciceronis exemplum, in quo codicum varietatem adnotaverant Gulielmius posteaque Gruter quodque hic bibliothecae Amsterodamensi destinaverat (v. eius adn. ad Cic. de or. II, 47), Graevio utendum permissum est. quae Graevii ratio facilem habet explicationem in priore epistularum editione a. 1677 emissa — frustra enim laboraverat ut codicis Coloniensis inspiciendi daretur potestas, v. ep. 113 (p. 151 Burm.), 123 (p. 169), 124 (p. 171), 125 (p. 174) —, minus expeditam in altera a 1693 prodita: quippe ille inde ab anno 1688 domi habebat ipsum Coloniensem codicem adhibebatque Ciceronis orationibus (v. Clark p. X). quodsi in iterata epistularum editione denuo usus est vetere illa collatione, non nova sua, ratio rei nos fugit: probabile tamen post specimen sumptum Gulielmii illam operam tam accuratam visam Graevio ut totam recognoscere nollet. utut est, in Graevii epistularum editionibus Hittorpiani scriptura refertur non ex propria sed ex Gulielmii collatione, et refertur magna cum neglegentia. quae neglegentia cum multo magis cadere videatur in Graevium quam in Gulielmium (cf. Clark p. VII sq.), illius, non huius peccato evenisse dixerim eam quae Tyrrellium offendit inter Graevii adnotationem et Harleiani scripturam discrepantiam. — ceterum codex ne post mortem quidem Graevii Coloniensibus est redditus, sed eadem deinceps fata habuit atque Harleianus 2773 (v. p. XVIII adn. 1).

quadragenorum septenorum in epistulis saltem scriptus. fuit olim foliorum 298, ex quibus tamen 95 dudum amissa (v. Wunder 'var. lect.' p. IX). epistulae scriptae in fol. 176r—186r, quas excipiunt litterae ad Octavianum datae. insunt autem ep. XII, 29, 2; 21; XIII, 78; 79; XIV, 1—24; XV, 1—6; 9; 7; 8; 10—21; XVI, 5; 7; 1; 2; 3; 4; 6; 8; 9; 11; 12; 10; 15; 14; 13; 16; 17—27, hoc ordine, qui quidem ordo in libro XV ex glutinatoris neglegentia ortus est. redire haec excerpta ad codicem similem eius ex quo fluxit Harleianus 2682 manifestum est cum alias propter res, tum propter summam conformationis similitudinem.[1]) dixerunt de hoc codice post alios E. Wunder ('var. lect. ex cod. Erfurt. enot.' Lips. 1827 p. VII sq.) qui sat diligenter contulit, et L. F. Hesse (Serapei t. XXVII. 1866. p. 49 sq.) qui fatis libri enarrandis operam dedit.[2]) contuli a. 1882.

hi igitur duo codices cum supersint, minus benignam fortunam alii sunt experti. quippe prorsus interiit is liber unde ductus est *Palatinus* 598, paucaque sui vestigia reliquit id exemplum unde plura in editionem suam transtulit *Andreas Cratander*. quibus de rebus haec adnotanda.

Romae[3]) nunc est (v. H. Stevenson 'cod. Palat. Lat.' I p. 201 sq.)

1) ex ipso Harleiano esse transcriptas codicis Erfurtensis orationum Verrinarum particulas quod adfirmat Clark (v. l. c. p. XV, LXIII et 'Transactions of the Oxford philological society 1888 89' p. 5), id num verum sit non mihi quaerendum est. quippe epistulae quin illinc non fluxerint dubium esse non potest: v. adn. crit. ad XII, 21: erit id *Fmh*, erit *MHD*, ib.: legatione libera *FLD²mh*, legatione libera *MD¹*, legiones liberare *H*, 29, 3: deque eo scripsi ad te recenti *Fmh*, ut tum de eo scripsi recenti (r *H² ex* d) *H*, XIII, 78, 1: est *MDF*, *om. H*, 78, 2: tua *MDF*, *om. H*, XV, 4, 9: castra *MDF*, *om. H*, XV, 14, 4: recenti victoria *MDF*, recenti gloria vel victoria *H*, XVI, 14, 1: nihilo sum *M*, nullo sum *FD*, nullo modo sum *H*, XVI, 24, 2: hirtium *MD*, hyium *F*, *om. cum spat.* 6—7 *litt. H* cet. equidem cum omnem eiuraverim de codicum nexu primitivo coniecturam, ne id quidem quaeram cur in ep. XII, 21 et 29 *F* maxime conveniat cum *mh*, i. e. cum eo harum litterarum exemplo quod in MH repetitum extat post ep. XIII, 77.

2) liber Erfurtensis, quamquam incerta eius sunt et origo et natales (v. p. IX adn. 2), dubium non est quin mature fuerit Corbeiensium. ad Erfurtenses quando pervenerit incompertum: donatoris enim tempora ('contulit Dominus Doctor in medicinis Solco Bohemus': Hesse l. c. p. 52) ne W. Schumio quidem nota. certa tamen codicis extat memoria in 'registro liberarie in domo universitatis Studij Erdfordensis', inter annos 1480 et 1485, ut videtur, eo confecto, v. H. O. Lange 'Centralbl. f. Bibliotheksw.' II. 1885. p. 283. hominibus doctis innotuit ceterisque opusculis Tullianis adhibitus est inde a medio saeculo sexto decimo, v. Hesse l. c. epistulae tamen ante Wunderum a nullo sunt excussae: certe nec apud Gruterum nec — quod mirere — apud Graevium earum fit mentio. post Wunderum denuo iacuerunt, Orellii maxime culpa (v. infra), donec resuscitavit Fr. Bücheler (Q. Cic. rel. 1869. p. 11, ubi tamen ex Meynckii iudicio codex in saec. XI/XII provehitur).

3) Vaticanam quae hodie est bibliothecam compertum iam est non habere fere codices ante saec. XV comparatos: quippe partim perierunt partim alio devenerunt antiquiores pontificum collectiones, cum Bonifatiana tum Avenio-

Heidelberga a. 1623 illuc asportatus *cod. Palatinus* 598 chart. saec. XV/XVI miscellaneus, fol. 233: *D*. epistulae Ciceronis incipiunt inde a fol. 49[r] sed inverso ordine.[1]) correctae sunt et a librario ipso (D^1) et postea ab alio homine (D^2) qui comparavit exemplum quoddam quod ex Mediceo 49, 9 erat ductum praetereaque varie corruptum, ut D^2 fere abiciendus sit. usus est hoc codice dum Heidelbergae est Gruter, cui est 'Palatinus sextus', Gruteriana collatione postea Graevius. mihi a. 1885 diligentissime contulit *A. Mau* Romanus. *D* *D^1D^2*

esse hunc Palatinum quamvis recentem 'ex optimo libro descriptum' iam a Grutero recte est adnotatum (ad XIII, 28, 3), potestque de ea re nulla esse dubitatio: quippe haud pauca quae in Mediceo libro aut omissa sunt aut minus recte conformata, in D sanam integramque formam habent eandem quae hodie quoque est in H, fuisse olim conici potest in *Cratandri* '*antiquo*'.

Andreas enim *Cratander* Basileae a. 1528 emisit omnium Ciceronis epistularum editionem, multis nominibus eam notabilem. atque in epistulis quidem miscellis ei obtigit ut posteriore saltem in parte uti posset codice aliquo vetere, qui ut discrepabat a Mediceo

nensis cf. Müntz-Fabre 'la bibliothèque du Vatican au XV[e] siècle' Paris 1887 p. II [quae Bonifatianam praecessit vetusta pontificum bibliotheca, quamquam habuit etiam profanos scriptores (v. I. B. de Rossi 'cod. Pal. Lat.' I. Romae 1886, p. LXXXIII sq.), in hac quaestione omittenda est utpote parum nota]. quibus in collectionibus num fuerint Ciceronis epistulae difficile est dictu: desunt certe in indicibus ab Ehrlio adhuc vulgatis. veluti cum plurima Ciceronis extent scripta in recensione librorum Gregorii XI a. 1375 facta (ap. F. Ehrlium 'hist. bibl. Rom. pontif. tum Bonif. tum Avenion.' I. Romae 1890 p. 541) — qui quidem papa cum maxime Ciceronis opera apud Parisinos conquiri iusserat (v. ib. p. 142) —, epistularum omnis deest memoria.

1) operae pretium est adnotare quae accurate, ut solet, de ea re rettulit A. Mau: 'fol. 49 (fehlt nichts) XI, 1 – 27, 4 p. 205, 10 Orelli[2]: offitium (fol. 54[r]). der Rest des Briefes ist dann von m. 2, d. h. später von derselben Hand, hinzugefügt. dieselbe Hand hat auch am Anfang von ep. 27 beigeschrieben: A quere epistolam hic deficientem in libro ad cornifitium ad tale signum. — fol. 54[v] XII, 1 – 16 (fol. 59[v]). Rest der Seite leer. — fol. 60 IX, 1—26 (fol. 67[v]). dann ist der Rest von 67[v] und 68[rv] leer. – fol. 69 (neues Heft) X, 1 – 17 (fol. 73[v]). folgt ohne Lücke 26 – 29 bis quam ego (p. 184, 23 Or.) = fol. 74. in derselben Zeile folgt Nulla esse, d. i. X, 20, 3 (p. 177, 19) und weiter bis X, 25, 3 sed tu (p. 182, 29). in derselben Zeile folgt X, 29 illi mihi (p. 184, 23) und weiter bis zum Schluss des Buches = fol. 78[v]. — fol. 79[rv] XII, 17—21 von m. 2, d. h. von derselben Hand mit etwas anderer Tinte. dies scheint ein eingelegtes einzelnes Blatt, doch nicht sicher zu constatiren. — folgt neues Heft. man. 1 fol. 80 XII, 22 – 30 (fol. 82[r]). – fol. 82[v] 83[r]: m. 1: XI, 28. am Anfang: deficit hec epistola circa finem epistularum. T. eo libro qui inscribitur ad brutum ubi tale est signum A. Rest der Seite und 84[rv] leer. — 85[r], in demselben Heft, m. 1: XIII, 1. von da an ist uno tenore weitergeschrieben, in der früher angegebenen Reihenfolge' — scilicet illic quoque epistulae l. XVI, ut ubique, falso ordine positae sunt. desunt igitur ep. X, 18; 19; 20, 1 – 3 (— quibus certe), XI, 29. addit Mau: 'über den Ursprung der Umstellungen kann ich nichts ermitteln. z. Th. sind ja wohl Blattversetzungen im Spiel, aber nicht in dieser Hs., sondern in einer älteren'.

ita proxime accedebat ad HD. quo factum ut Cratandrinum exemplum et in ipso verborum contextu et in margine multa habeat a M discrepantia quae HD codicibus iam sunt firmata, sive lacunis expletis (velut IX, 15, 1; X, 23, 5; XII, 14, 3; XV, 2, 5) sive vera servata scriptura. simul tamen nemo potest non videre non perpetuam illam virtutem esse aut illibatam, sed variam et adulteratam: haud parvus enim est eorum locorum numerus ubi vitiosa sive manca Medicei libri, non emendata HD scriptura, repraesentetur a Cratandro, velut X, 18, 2; XI, 13, 1 al. quam ob rem cum curiosius in exempli illius rationes inquirerem ascitis et codicibus aliquot novellis et editionibus vetustioribus, mox intellexi Cratandri scripturam cum continuam tum marginalem conflatam esse partim ex editionibus Ascensianis a. 1511 et 1522, partim ex codicibus, uno bono illo et vetusto, pluribus recentibus et malis, eoque natam esse illam quam dixi conformationis varietatem. iam cum bona Cratandrini exempli nulla sit scriptura quae non extet in HD codicibus continuis, ego re saepius pensitata totam illam farraginem abiciendam putavi utpote dubiam et inutilem.[1])

iam eorum qui restant codicum FHD et mutuus nexus definiendus est et ratio universa comparanda cum M. manifesta igitur cum sit FH stirpis communio (v. supra p. XXII et adn. 1), tum ne is

1) vides igitur a me teneri ipsam 'antiqui' codicis Cratandrini memoriam. porro haudquaquam veri dissimile fuisse unum ex Laureshamensibus illis de quibus supra disputatum (v. p. VI sq.). postulat tamen veritas ut addantur quibus et antiquitas illi detrahenda videri possit et auctoritas omnis. etenim aegre poterit redargui si quis praeter editiones vetustas nil nisi codices saec. XV scriptos Cratandro in his epistulis praesto fuisse sibi persuadeat non excepto ipso illo 'antiquo'. scilicet hunc fuisse *ex contaminatorum genere* (v. infra p. XXVI), eoque explicandum quod prioribus in libris octo Cratander pendeat ex uno M vel potius P, in octo posterioribus modo consentiat cum M modo cum classe altera. non igitur neglegentia collatoris sed ipsius codicis 'antiqui' vitio factum esse ut multa Medicei et menda et lacunae extent etiam apud Cratandrum. — ego tamen, ut dixi, his quidem in libris antiquum fuisse 'antiquum' illum credere malo. librorum tamen I—VIII partes omnino deserendas ego quoque puto. est quidem in illis et contextus et marginis ratio eadem atque in parte posteriore commemoraturque illic quoque interdum 'codex antiquus' (I, 5ª, 2; 9, 4; 9, 23; II, 3, 1; 16, 3; III, 4, 1; IV, 5, 4). itaque per se nihil obstat quo minus vel Laureshamensis vel alius aliqui librorum I—VIII codex vetustus Cratandro obtigisse putetur. quae tamen illinc adferuntur et pauca sunt et admodum levia, i. e. nota omnia ex Medicei apographis, nec quicquam in parte illa est quod ducere possit ad G vel R codices eorumve similes: lacuna Medicei nulla expleta est, mendum nullum emendatum. itaque huius quidem 'antiqui' patrocinium ne ego quidem suscipere velim. ceterum quae apud Orellium maximeque apud Baiterum ex 'Cratandro' adlata invenies, noli putare esse eius omnia: permulta in Ascensianarum editionum aut contextu aut margine occupata invenies, desumpta illic scilicet ex editionibus cascis codicibusve varie interpolatis. possint igitur, si quis hoc agat, uni cuique fere Cratandri scripturae sive bonae sive malae alia substitui testimonia eaque certiora.

quidem liber unde transcriptus est D, illinc divelli potest: tanta summa in re inter FH et D intercedit similitudo. itaque hoc prorsus licet adfirmare fuisse olim librorum IX—XVI exemplum quoddam (Y), unde varios per ramos descenderint ei qui non sint ducti ex Medicco codices. quot tamen illinc derivati fuerint codices ignoramus: certa causa est FHD et Cratandrini antiqui, si quidem vera eius est vetustas, incerta folii Heilbronnensis, codicis Cusani, libri quo usus est Ioannes Saresberiensis; denique fortasse aliud illius stirpis sumi posse exemplum quod mixtum postea cum M contaminati cuiusdam codicum generis extiterit origo, mox videbimus (v. p. XXVI). *Y*

quodsi de ipso Y non dubitamus, nec prolem eius possumus omnem definire nec patriam aut aetatem. aequalem Mediceo si quis dixerit non equidem repugnabo, nec si quis natu minorem: maiorem tamen non facile putabo. aetatis igitur utrum M an Y dandus sit principatus cum obscurum sit, restat ut quaeramus utri nobilior multo palma debeatur praestantiae.

iam cum M extet ipse, Y componendus sit ex FHD — mitto nunc particulas alibi servatas —, perspicuum est cum M non posse contendi nisi ea quae habeant et FH et D, coniecturaeque loco ducendum nec Y ascribendum si quid singulare in uno extet codice. quapropter praeter orthographica singulares multas eiusmodi lectiones sciens omisi utpote ad Y restitutionem non facientes, et si quas attuli — ex H maxime, utpote libro vetusto —, feci non quo utiles arbitrarer sed ut res ante oculos poneretur. restitutum igitur ex FHD codicum consensu Y si comparamus cum M, in rem incidimus variae dubitationis plenam. una enim ex parte dubium non est quin possint ex Y et sarciri Medicei lacunae haud paucae — velut IX, 15, 1; 16, 7; X, 18, 2; 23, 5; XI, 13, 1; XII, 14, 3; XIII, 28, 3; XV, 2, 5 — et multorum locorum scriptura partim emendari partim iustam in suspicionem vocari. quae cum ita se habeant, actum videri possit de Medicei principatu. verum enim vero altera ex parte in Y sunt et lacunae quibus explendis unus adhiberi possit M — velut X, 32, 4; XII, 4, 1; 26, 2; XIII, 7, 1. 4; XV, 4, 14; XVI, 15, 2 — et amplus variorum vitiorum numerus quae non compareant in M. iam cum restent loci haud pauci qui et diverse utrobique conformati sint et ita comparati ut per se spectata et M scriptura possit admitti et Y, equidem rebus omnibus quae momentum faciant saepe ponderatis eo adductus sum ut dubia ubi res esset et incerta, M, veterem ducem, sequi mallem quam Y. sic factum ut altera quoque pars, quamvis saepe emendata ex Y, summa in re

conformata sit ex Medicei libri auctoritate. nec dubito quin idem sensuri sint alii qui non soleant arripere nova propter novitatem quique accuratam habeant sermonis epistularis notitiam.

ac si voluissem, facili opera potuissem codicum qui in libris IX—XVI non omni ex parte pendeant ex M, magnum colligere numerum. quos codices cum sciens prudensque omiserim, tamen ne omissione ea videar consulere voluisse Medicei gloriae et detrahere de Y auctoritate, haec subicienda.

sunt igitur indicia multa quae ducant ad *contaminationem quandam*, qua saec. XV inter se commissi sint M vel potius P et Y. extant enim codices haud pauci tam librorum I—XVI quam posterioris partis solius, in quibus libri IX—XVI impressa habeant modo certissima P vestigia modo non minus certa Y classis indicia, idque tam in lacunis quam in scriptura universa. quod mixtum genus cum me diu lusisset, existimantem scilicet tertiam illo effici in l. IX—XVI classem, diversam eam et a M et a Y ideoque gravissimam, tandem deprehendi eam quam dixi contaminationem. qua intellecta quaerere institui quod Y generis exemplum illic fuerit adhibitum, unumne ex eis quae supersunt an ignotum aliquod. quo in examine mox patuit de Harleiano 2682 quidem cogitari nullo modo posse: etenim et epistulam IX, 18 quae tota deest in illo, et singulares locos multos, in quibus ille lacunosus est, integros contaminati codices habent, sic quidem ut praeter M adhibitum sit Y genus. Cratandri autem ‘antiquum’ illum cum vix liceat hic advocare, utpote qui videri possit non tam faciendae inserviisse contaminationi quam ortus ipse ex iam facta, restat is codex (*Z*) unde transcriptus est Palatinus 598 (D). quo ex codice si quis dicat diversis temporibus fuisse derivatum et D et aliud exemplum (*E*) ita, ut D simpliciter transcriberetur, E vero conficiendo praeterea adhiberetur Medicei 49, 7 apographum aliquod, porroque progeniem E, cum ipse quoque multiplicaretur, varias subiisse corruptiones, is non caret argumentis quibus eam defendere possit opinionem. nam contaminati illi et in verbis multa habent quae artam cum D cognationem indicare videantur et cum confusa fuerint ex Mauii testimonio (v. p. XXIII adn. 1) in Z folia, fuit foliorum quaedam confusio etiam in contaminatorum fonte. obstat altera ex parte quod contaminatorum confusio diversa est a D: in illis enim libri dumtaxat tertii decimi epistulae confuso ordine se excipiunt, cum recto currant in D. porro extant in contaminatis quae desunt in D epistulae X, 18; 19; 20, 1—3; XI, 29, ita quidem eae conformatae ut pelluceat praeter Mediceum Y. possunt quidem eae epistulae

fuisse in Z et omissae esse in D demum conficiendo, possunt primitus illic defuisse. quae cum ita sint, equidem quamvis ipse magis eo inclinem ut eundem fontem fuisse censeam et D et contaminatorum, rem in medio relinquendam puto. quaecumque autem contaminatorum fuit origo, sive Z sive ignotum aliquod Y generis exemplum eis adhibitum est, certam utilitatem mixtum illud genus habet nullam, certam suspicionem plurimam. quae enim illic cum FHD concinunt, ea inutilia sunt utpote nota ex intemeratae fidei testibus, quae autem in uno alterove exemplo — magna enim in singulis codicibus verborum est varietas — discrepant et a M et a FHD, ea semper metuendum est ne provenerint ex corruptela novicia, non ex fonte primitivo. his de causis ego consilium cepi eliminandi totius illius sterquilinii. rara ubi eius extat memoria, factum id propter certas causas. ceterum sciendum occupasse nequam hoc genus iam priscas epistularum editiones, principem Sveynheymii, Venetam a. 1469, Romanam a. 1470, alias, quas olim Parisiis licuit inspicere.[1])

1) ex codicibus qui huc pertinent superstites plerosque ipse examinavi, reliquos meum in usum inspexerunt alii. contaminati igitur habendi *Dresdensis* 112 (Benedicti 'Dresd. tertius'), *Guelferbytani* 226 et 228, *Parisini* 14761 et 7783, simillimi quidem hi inter se, *Oxonienses Canoniciani* 210 et 244 et *cod. Corp. Christ.* 283, alii. quibus ex codicibus nullus saeculum XV excedit: quod enim eius Oxoniensis codicis quem ultimo loco posui epistulas — mutilas ceteroqui eas et pessime corruptas — saec. XIII/XIV tribui posse censuit H. Nettleship, ei iudicio ipse vetuit vir egregius nimium dari. fluxerunt quidem, ut dictum, illi codices omnes ex communi quodam fonte in quo tertii decimi libri epistulae propter foliorum inversionem erant inter se confusae, ceteris vero in rebus inter se valde discrepant, alio scilicet magis ad P alio magis ad Y inclinante, diversam praeterea singulis expertis corruptionem. quae singillatim persequi cum nolim, de uno tamen huius generis codice paullo explicatius dicam, non propter ipsum sed propter L. Gurlittium. is enim cum identidem peculiarem locum adsignasset *Canoniciano* 244 (v. Wochenschr. f. klass. Philol. 1885 p. 561, Berl. phil. Wochenschr. 1886 p. 919, ann. phil. 1885 p. 562, Philol. suppl. V. 1889. p. 621), rogavi nuper *Henricum Nettleship*, ut codicem illum, quem ipse cum Oxonii essem inspectum abieceram utpote procul dubio contaminatum, secundum certa indicia a me suppeditata accuratius pervestigaret. quod cum officiosissime ab illo esset factum simulque addita epistularum aliquot collatio, intellexi — id quod expectabam — esse irritam Gurlittii illam opinionem. scilicet cum M omissa illic sunt verba X, 18, 2: 'exercitu concordi ac bene de rep. sentiente', 23, 5: 'numeroque hostis habueram', XI, 13, 1: 'aquilam perisse nesciebam', XII, 14, 3: 'quam revera furere inveni. quod vero aliquid de his scripsi', XIII, 28, 3: 'tibi confirmo', XV, 2, 5: 'et tamen adulescentem essem', et servata XVI, 15, 2: 'et te visus est', quae omittuntur et a FHD et a plerisque contaminatis. altera ex parte cum extent illic ex Y desumpta quae desunt in M, velut IX, 15, 1: 'curam meam valetudinis tuae quam tibi', codicis natura non potest esse dubia. quo cum accedat varia interpolationum et glossarum foeditas — sensit eam in paucarum epistularum collatione ipse Nettleship, cum hanc controversiam ignoraret —, Canoniciano illi 244 honestus ne inter eiusdem quidem generis codices locus adsignari potest: multo meliores Parisini. — ad priorem illius partem quod attinet, incipit codex ab ultimis verbis ep. I, 7 ('diligit — habemus') ipsasque epistulas vulgari prorsus modo conformatas exhibet, i. e. ductas ex malo aliquo Medicei 49, 7 apographo

ex eis quae adhuc disputata sunt, non inutilem esse novam harum epistularum editionem quae instrumentum criticum teneat omne, elucere puto. quod magis etiam apparebit ex brevi adumbratione casuum quos hae epistulae post renatas litteras expertae sunt. priscae enim editiones, i. e. eae quae inter annos 1467 et 1536 prodierunt, magis minusve impurae sunt omnes, cum ductae sint ex codicibus novellis, interpolatis, maculosis. quapropter grande est *P. Victorii* meritum, qui et sordes illas aspernari est ausus et fundamentum editionis suae ponere in Mediceo 49, 9 (cf. Orelli[2] p. XXXII sq.). quamquam enim sic perierunt quae bona habebant editiones illae expletis maxime haud paucis Medicei lacunis, amplam ille attulit compensationem cum accurata codicis vetustissimi collatione tum iudicii prudentia ac maturitate.[1]) non tamen movit eius exemplum aut aequales aut iuniores, sed vel vivo illo rursus grassari coepit quamvis modestius illa quam memoravi confusio, alio alias ex libris noviciis admiscente maculas. quo a vitio ne *Manutius* quidem aut *Lambinus* quamvis egregie ille enarratione hic emendatione de his epistulis meriti prorsus immunes: praeter Mediceum viles utique erant quibus uterque utebatur codices.

varia deinde supellex quam ad Ciceronem emendandum collegerat *Ianus Gulielmius* (v. Bursian 'Gesch. d. class. Phil.' p. 240 sq.) cum post varia fata (v. Hesse Serap. XXVII p. 86 sq.) pervenisset ad *Gruterum*, ea summa in re epistulis saltem non multum profuit. scilicet in parte priore congeries extat lectionum ex Medicei apographis ductarum, in altera sunt bona mixta malis, ita quidem ut et *Gruterum* qui verba recensuit et *Gebhardum* qui adnotationem digessit prorsus ignorasse appareat quid distarent aera lupinis. praesto illis erant praeter Mediceum Hittorpianus, i. e. Harleianus 2682, et Palatinus sextus, i. e. Pal. 598, a Grutero ipso excussus, quo melius instrumentum ne hodie quidem habemus. tantum tamen abest ut lacunae saltem Medicei illinc sint expletae, ut plerumque ne

---

corruptasque proprio librariorum peccato. — nomen habent Canoniciani a M. L. Canonici Veneto, S. I. (1727—1805), cuius codicum collectio a. 1817 pervenit in Bodleianam (v. Macray 'Annals of the Bodleian Library' Lond. 1868 p. 223 sq.). ipsa illa collectio ex parte constitit codicibus qui Mantuae olim fuerant (v. Gottlieb 'mittelalt. Bibl.' p. 208, 2).

1) ipse continuum Victorii editionum — altera prodiit a. 1558 — usum non habui, sed praeter excerpta foris facta primas eius secundasque curas — tertias a. 1840 progr. Turicensi repetiit Orelli, sine magno tamen litterarum emolumento — cognoscere debui ex Graevii et Orellii adnotatione. quapropter si quid in apparatu minus recte a me de Victorio relatum est, aequum mihi ignosci. atque eadem venia, ut hoc subiungam, mihi de aliis criticis superiorum temporum impertienda est: sero enim nactus sum Lambinianam editionem a. 1565, ut in ipso opere antiquissima quam perpetuo consulere liceret Gruteriana fuerit anni 1618.

sint indicatae quidem. eadem et neglegentia et iudicii hebetudo cum in singulorum locorum tractatione deprehendatur, omissa plerumque bona scriptura, allata futtili interpolatorum contaminatorumve codicum discrepantia, patet cur Gruteriana opera, cum in magno apud aequales posterosque fuerit honore, nullius hodie sit usus.

multo illis prudentior *I. G. Graevius.* quamquam enim sordes tralaticias ne ipse quidem sprevit sed auxit novis excussis libris vilibus, tamen vere promovit emendationem: quippe priori parti primus adhibuit Harleianum 2773 inque altera Hittorpiani et Palatini sexti scripturam cum attulit multo frequentius quam a Gebhardo erat factum (cf. p. XXI adn. 1), tum ubi res ferret suscipere non dubitavit. quodsi ille et abiecisset codices novellos et vetustos ubique ex severioris artis regulis tractasset, nihil magnopere in eius opera desiderares, quae tamen vel sic et priores omnes superat et posteriores.

scilicet post illum non progressa est harum epistularum emendatio quae quidem pendeat ex codicibus, sed regressa: rursus nullo facto discrimine excutiebantur codices novicii editionesque vetustae augebaturque confusio. pertinent huc *Io. Aug. Ernesti*, *T. F. Benedict*, *Al. Martyni-Laguna*, alii, quos per homines paullatim res eo est deducta ut nemo sine nausea posset has epistulas adire: tantum erat mare diversae scripturae undecumque collectae. nec melior rei criticae condicio in magna *Schützii* editione, quamvis hominis iudicio non carentis. tandem exortus est qui denuo auderet rem praecidere, *Io. Casp. Orelli:* is in editione Turici a. 1829 emissa — emendata ea ab illo et *Baitero* a. 1845 est — revertit ad Victorii sententiam abiecitque farraginem illam omnem, utpote profectam ex corruptis Medicei apographis. nec negari potest utilem fuisse et plausibilem Orellii illam operam: verba ut hiabant interdum et offendebant, ita summa in re erant genuina. quamquam Orelli magno opere eo peccavit quod praeter codices novicios abiecit non solum Graevianos omnes, sed etiam Erfurtensem (F) tum primum a *Wundero* protractum: quae enim commentus est ut verba XV, 2, 5 ('et tamen adulescentem essem') a Wundero ex F recte vindicata in interpolationis suspicionem vocaret, ea homine docto non erant digna. persuasit tamen cum aliis tum *Baitero*, qui cum suam harum epistularum editionem a. 1866 emitteret — valde utilem ceteroqui eam et propter novam Medicei collationem et propter editoris in re critica factitanda prudentem sobrietatem — opinioni illi tam firmiter inhaesit ut Harleianos codices 2773 et 2682 iam a. 1839 Orellio a *Th. Oehlero* indicatos levi significatione praetermittere non dubitaret.

mutata tandem res est a. 1874. nam eodem fere tempore et *Fr. Rühl* Harleianos illos codices Londinii examinavit recteque aestimavit (v. mus. Rhen. t. XXX p. 26 sq.) et *Car. Thurot* codicem Turonensem (v. p. XVIII adn. 2) non posse derivari ex Mediceo pronuntiavit. quo cum accederet Wunderi iudicium de libro Erfurtensi, plane id iam confirmatum, haud dubia extitit necessitas totius rei penitus perscrutandae. quapropter ego, qui a. 1875 Mediceum librum exploraveram, etiam ceteros codices, postquam societas olim cum Rühlio inita exitum non habuit, mihi excutiendos sumpsi profectusque a. 1882 in Europae partes occidentales et puros libros qua potui diligentia contuli et examinavi contaminatos. haec igitur editio prima habet has epistulas ad omnes qui in censum veniunt codices exactas: nam quae ipsa quoque novos libros adsumpsit omnium Ciceronis epistularum editio *Tyrrelliana* ad finem nondum pervenit.[1])

in ipsis igitur verbis tractandis quem ad modum versatus sim ex eis quae supra de codicum rationibus exposita sunt satis elucet. in priore igitur parte evidens omnino et manifesta Medicei codicis prae ceteris est bonitas, in altera cum illius causa minus certa videri possit, ego quamquam suscepi ex Y quae suscipienda erant, primarium denuo libro vetustissimo tribui locum. omnino autem ceteros codices tanto opere posthabui Mediceo in parte orthographica ut plurima eorum vitia scripturae — velut 'e' pro 'ae', 'c' pro 't' quaeque alia id sunt genus medii aevi peccata — silentio praetermiserim. quamquam hac in parte inconstantiae sic quoque accusari possum, idque propter ipsius Medicei his in rebus inconstantiam. scilicet quamvis multa in illo extent genuinae Tullianaeque scripturae vestigia, haudquaquam desunt formae vel imperatoriae aetatis vel barbarae. has nimirum eieci, in illis minus fui severus. quippe ante omnia in opera hac critica id agendum censui ut primarii ducis imago talis qualis esset lectoribus proponeretur, ideoque tradita lineamenta nimis nolui conturbare. sic factum ut in hac editione modo extet 'epistola' modo 'epistula', 'cum' et 'quom', 'abs' et 'aps', 'benevolus' et 'benivolus', 'quamtus' et 'quantus', 'recipero' et 'recupero', 'paullum' et 'paulum', 'opportunus' et 'oportunus', 'prosus' et 'prorsus', alia. constat tamen ne ipsam quidem

---

1) dolendum quod in magna illa utilique opera soli codices Britannici denuo sunt excussi, ceteri adlati ex aliorum relationibus. ita nec rationes codicum satis possunt perspici et singulis in locis aegre vitatur error. in nova igitur editione Turonensi codici erit substituendus Parisinus, omittendus Harleianus 2591, ubique adsumendus Palatinus 598, tota denique adnotatio critica recognoscenda.

bonam aetatem his similibusque in vocabulis putidam adfectasse aequabilitatem. alia quae certo abhorrerent a Ciceronis consuetudine correxi. indicata plerumque Medicei scriptura.[1])

iam autem cum nulla codicum memoria tam sit bona ut integra omni ex parte servarit scriptoris alicuius verba, consentaneum est ne post auctum quidem instrumentum criticum in his epistulis posse careri ea quae per divinationem fiat emendatione. quamquam coniecturae multo minores hic esse partes quam putaverunt cum veteres critici tum nuper *Wesenberg*, sagacissimus is quidem homo, hodie negabit nemo. scilicet per viginti annos quibus haec editio distat a Wesenbergiana, laetissime efflorüerunt studia cum universi Latini sermonis tum epistularis. illa in parte sufficit commemorasse nomina *F. Bücheleri*, *C. F. W.* et *Iwani Müllerorum*, *I. H. Schmalzii*, *E. Wölfflini*, quorum virorum opera quantum incrementi ceperit haec disciplina norunt omnes. ipsis autem his in epistulis cum eidem illi quos modo nominavi elaborarunt homines docti, tum alii singularia in eis posuerunt studia, velut *C. A. Lehmann*, *O. Streicher*, *F. Becher*, *F. Burg*, *A. Köhler*, alii. sic effectum est ut permulta quae prioribus criticis, ac maxime quidem *Lambino* ac *Wesenbergio*, adsuetis eis scilicet polito operum rhetoricorum et philosophicorum Ciceronis sermone, incredibilia atque corrupta visa sunt, hodie aequo animo ferantur ab omnibus. quapropter, ne nimis obrueretur adnotatio critica, constitui non omnes quae umquam factae sunt coacervare coniecturas, sed earum exhibere delectum quendam. quo in delectu fieri quidem non potest quin modo memoraverim immemorabilia modo omiserim probabilia: relegens tamen adnotationem videor mihi neutram in partem plus peccasse quam quod possit ignosci. atque omnino hae editiones fiunt veterum causa, non nostra: illorum igitur qui ipsa scripta reliquerunt honori consulendum est, non nostrae gloriolae. quapropter si quando accidit ut coniectura aliqua recens falso nomini sit ascripta, non capitale id equidem duco facinus, expectans scilicet idem in meis fatum.

haec igitur hactenus de ipsius editionis rationibus. ad adpendicem deinde quod attinet, temporum in singulis epistulis recte constituendorum quanta esset non modo utilitas sed necessitas cum me numquam fugisset, hanc quoque partem ab initio studiis meis complexus sum. sed distento tamen tot aliis curis gratissimum accidit promissum quod et fecerunt nuper et praestiterunt duo viri

1) non est ea adnotata in formis quales sunt 'caeteri', 'seculum', 'incolomis', 'sumtus', 'scribsi' sim.

harum rerum peritissimi, *O. E. Schmidt* Dresdensis, nunc Misniensis, et *Ae. Körner* Chemnitiensis. qui quas in se receperunt tabulas chronologicas cum ad me misissent, recognovi et si qua in re ab illis dissentirem verbo adnotavi. de ipsis tabulis cum in epistula praemissa satis exposuerit O. E. Schmidt, unum addo numeros uni cuique epistulae praefixos spectare ad adpendicem illam.

iam nihil superest nisi ut et venia petatur operis longi maculis — sive eas incuria fudit sive humana parum cavit natura — et gratiae agantur eis hominibus doctis qui hanc editionem vel hoc vel illo modo adiuvare voluerunt. obstrinxerunt autem me beneficiis suis cum *G. Goetz*, *G. Gundermann*, *Th. Mommsen*, *H. Nettleship*, *Fr. Schoell*, *H. Vitelli*, *C. Zangemeister*, tum *O. Hirschfeld* et *I. H. Schmalz*: utriusque et promptissimus animus et summa doctrina praesto mihi ubique fuerunt. qui homines docti studiis suis haud prorsus indignum extitisse librum si iudicaverint, amplum hic editor sibi videbitur laboris cepisse praemium.

Scr. Dorpati K. Iun. a. 1892.

L. Mendelssohn.

INDEX CODICVM.

L. I—VIII.

M : Mediceus 49, 9 (v. p. XV) ⎫
G : Harleianus 2773 (v. p. XVII) ⎬ Ω
R : Parisinus 17812 (v. p. XVIII) ⎭

M[c] : correctiones in M saec. X—XII factae (v. p. XV).
M[r] : correctiones in M post a. 1389 factae (v. p. XV).
P : Mediceus 49, 7 ex M a. 1389 transcriptus (v. p. XVI).

I : fragmentum Hamburgense (v. ad V, 10[a], 1).
S : fragmentum Freierianum (v. ad II, 1, 1).
T : fragmentum Taurinense rescriptum (v. ad VI, 9, 1).

L. IX—XVI.

M : Mediceus 49, 9 ⎫
D : Palatinus 598 (v. p. XXIII) ⎬ Ψ
H : Harleianus 2682 (v. p. XX) ⎭
F : Erfurtensis, nunc Berolinensis lat. fol. 252 (v. p. XXI)

M[c] ⎫
M[r] ⎬ ut supra
P ⎭

L : fragmentum Heilbronnense (v. ad XII, 19, 1).
Cratander : editio Basiliensis a. 1528 (v. p. XXIII).

ALIAE NOTAE.

ϛ : codices novelli editionesve vetustae.
¦¦ : rasura.
| : finis versus vel paginae.

Kleyn : H. A. Kleyn 'observationes criticae in Ciceronis epistolas ad familiares' Lugd. Bat. 1860.
Lehmann : C. A. Lehmann 'quaestiones Tullianae pars prima de Ciceronis epistulis' ed. Pragae et Lipsiae a. 1886.
Streicher : O. Streicher 'de Ciceronis epistolis ad familiares emendandis' dissert. Ienens. t. III (ed. Lipsiae a. 1884) p. 97—214.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. 1, 12 : *comma post* Pompeium et *nescio quomodo in chartam puram irrepsit.*
p. 3, 21 *adn.* : *del.* [*ante* sententententiam.
p. 27, 2, 3 : senati consulto *scribendum* (senatuconsulto *M*). *et sic similibus in locis.*
p. 75, 2 *adn.* : suspicio *M legendum.*
p. 146, 16, 7 : *comma inter* Pansa Hirtius *intercidit.*
p. 342, 17 (*ep.* XIII, 6, 3) : incredibili] incredibile *H sec. Tyrrellium, bene.*
p. 342 *adn. ad vs.* 3 : *M addendum post* praesset.

I.

1. (23.)

M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.

Ego omni officio ac potius pietate erga te ceteris satis facio 1
omnibus, mihi ipse numquam satis facio; tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum, ut, quoniam tu nisi perfecta re de me non conquiesti, ego, quia non idem in tua causa efficio, vitam mihi esse acerbam putem. in causa haec sunt: Hammonius, regis legatus, aperte pecunia nos oppugnat, res agitur per eosdem creditores, per quos, cum tu aderas, agebatur; regis causa si qui sunt qui velint, qui pauci sunt, omnes rem ad Pompeium deferri volunt, senatus religionis calumniam non religione, sed malevolentia et illius regiae largitionis invidia conprobat. Pompeium et, 2
hortari et orare et iam liberius accusare et monere, ut magnam infamiam fugiat, non desistimus; sed plane nec precibus nostris nec admonitionibus relinquit locum, nam cum in sermone cotidiano tum in senatu palam sic egit causam tuam, ut neque eloquentia maiore quisquam nec gravitate nec studio nec contentione agere potuerit, cum summa testificatione tuorum in se officiorum et amoris erga te sui. Marcellinum tibi esse iratum scis: is hac regia causa excepta ceteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore

1. *Inscribitur in G:* INCIPIVNT EPISTOLAE CICERONIS, *in R:* Marci Tullii Ciceronis epistolarum liber primus incipit ‖ 2. M. — 3. satis facio *in M rubricata* ‖ 2. S. D. | Salutem Dicit *plene Ω, quod amplius non notabitur* ‖ P. | *plene* Publio *MR*, Puplio *G, quod amplius non notabitur* ‖ PROCOS *M*, Proconsuli *G*, Procons *R*, *quod amplius non notabitur* ‖ 3. caeteris *M* ‖ 4. ipsi *G* ‖ 5. quoniam ς, qui *MR*, quod *G*, quia *alii* ‖ 6. conquesisti *G*, conquesti *R* ‖ 7. esse *om. G* ‖ hec *GR, quod amplius non notabitur* ‖ Ammonius ς. *cf. C. I. L. XIV* 2851 ‖ 11. 12. maliuolentia *GR* ‖ 12. regie *M* ‖ largitionis *ex* ones *M*[1] ‖ 13. et iam *M*, etiam *GR* ‖ 15. ammonicionibus *G*, admonicionibus *R*, *qualia amplius non notabuntur* ‖ locum relinquid (*sic*) *G* ‖ cottidiano *G*, *quod amplius non notabitur* ‖ 16. palam *om. R* ‖ 18. suma *M, corr. M*[c] ‖ 19. tibi | regi *vel* tibicini *quidam maluerunt, iniuria*

ostendit. quod dat, accipimus: quod instituit referre de religione
3 et saepe iam retulit, ab eo deduci non potest. res ante Idus acta sic est — nam haec Idibus mane scripsi —: Hortensii et mea et Luculli sententia cedit religioni de exercitu — teneri enim res aliter non potest —, sed ex illo senatus consulto, quod te referente factum est, tibi decernit, ut regem reducas, quod commodo rei p. facere possis, ut exercitum religio tollat, te auctorem senatus retineat. Crassus tris legatos decernit, nec excludit Pompeium, censet enim etiam ex eis, qui cum imperio sint; Bibulus tris legatos ex eis, qui privati sunt. huic adsentiuntur reliqui consulares praeter Servilium, qui omnino reduci negat oportere, et Volcacium, qui Lupo referente Pompeio decernit, et Afranium, qui adsentitur Volcacio, quae res auget suspicionem Pompei voluntatis, nam advertebatur Pompei familiaris adsentire Volcacio. laboratur vehementer; inclinata res est: Libonis et Hypsaei non obscura concursatio et contentio omniumque Pompei familiarium studium in eam opinionem rem adduxerunt, ut Pompeius cupere videatur, cui qui nolunt,
4 idem tibi, quod eum ornasti, non sunt amici; nos in causa auctoritatem eo minorem habemus, quod tibi debemus, gratiam autem nostram exstinguit hominum suspicio, quod Pompeio se gratificari putant. ut in rebus multo ante, quam profectus es, ab ipso rege et ab intimis ac domesticis Pompei clam exulceratis, deinde palam a consularibus exagitatis et in summam invidiam adductis, ita versamur: nostram fidem omnes, amorem tui absentis praesentes tui cognoscent; si esset in eis fides, in quibus summa esse debebat, non laboraremus.

---

2. sepe *GR, cf. ad p.* 1, 7 (hec) ‖ iam *om. G* ‖ rettulit ς ‖ 2. 3. facta est *G* (*om.* sic) ‖ 5. senatus M^1 *ex* senatu ‖ 6. reducas ς, deducas *Ω* ‖ commodo rei publicae ς, commodo rem *M*, commode rem *G*, commodius *R* ‖ 7. facere *om. G* ‖ 8. tres *G* ‖ censet *GR* (P^2), cesset *M* ‖ 9. eis] his *Ω*, iis ς. eis (*sive* is: *cf. Bücheler 'Grundr. d. lat. Declin.' p.* 131[2]) *raro in libris servatum est* ‖ tres *G* ‖ 10. *his Ω* sunt *Ω*, sint *alii* ‖ adsentiuntur *M*, assentiuntur *GR*, *qualia amplius non notabuntur* ‖ 11. uolcacium M^c*G*, uolgacium M^1, uolcatium *R. cf. C. I. L.* I 1105 12. adsentatur M^r ‖ 12. 13. uolcacio *ex* uolcatio M^1, uolcatio *GR* ‖ 13. pompeii *R*, -io *G* ‖ voluntatis, animadvertebatur *Baiter*, *qui ante* quae res *plene interpungit. verba* nam advertebatur — Volcacio *delebat Krauss* (*'Cic. epist. em.' p.* 10), *praeterea verba* quae res — voluntatis *Gurlitt* (*Philol. suppl. t.* IV. 1883. *p.* 580, 9), *quibus iure oblocutus est Schmalz* (*Berl. philol. Wochenschr.* 1884 *p.* 392) ‖ 14. pompeii *GR*, *qualia amplius non notabuntur* ‖ familiares ς ‖ adsentire *Ω* (ass. *GR*), -tiri ς ‖ uolcatio *R* ‖ 15. hypsei *M*, hipsaei *G* ‖ concursio *G* ‖ 16. *et* 22. pompeii *Ω* ‖ 16. studia *Anz* (*progr. Quedlinburg.* 1884 *p.* 3) ‖ 17. uolunt *R* ‖ 18. iidem ς ‖ causam M^1, *corr.* M^c ‖ 19. quod *M*, quo *GR*. quo ⟨plus⟩ *Streicher* (*diss. Jenens. t.* III *p.* 138). *at saepe* debendi *verbum absolute ponitur*, cf. VI, 11, 1, *Boot ad ep. ad Att.* III, 15, 4, *al.* ‖ 20. extinguit *GR*, *qualia amplius non notabuntur* ‖ 24. absens *M* (*corr.* M^r) ‖ praesentes tui *M*, praesentisue (pres. *G*) *GR* ‖ 25. eis] his *Ω*, iis ς ‖ debeat *GR* ‖ 26. laboremus M^1, *corr.* M^c

II. (24.)

⟨M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.⟩

Idibus Ianuariis in senatu nihil est confectum, propterea quod 1
dies magna ex parte consumptus est altercatione Lentuli consulis
et Caninii tr. pl. eo die nos quoque multa verba fecimus maxi-
meque visi sumus senatum commemoratione tuae voluntatis erga
illum ordinem permovere. itaque postridie placuit ut breviter sen-
tentias diceremus; videbatur enim reconciliata nobis voluntas esse
senatus, quod cum dicendo, tum singulis appellandis rogandisque
perspexeram; itaque, cum sententia prima Bibuli pronuntiata esset,
ut tres legati regem reducerent, secunda Hortensii, ut tu sine exer-
citu reduceres, tertia Volcacii, ut Pompeius reduceret, postulatum
est, ut Bibuli sententia divideretur: quatenus de religione dicebat,
cui quidem rei iam obsisti non poterat, Bibulo adsensum est; de
tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. proxima erat Hor- 2
tensii sententia, cum Lupus, tr. pl., quod ipse de Pompeio retu-
lisset, intendere coepit ante se oportere discessionem facere quam
consules: eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum est, erat
enim et iniqua et nova; consules neque concedebant neque valde
repugnabant, diem consumi volebant — id quod est factum —, per-
spiciebant enim in Hortensii sententiam multis partibus plures ituros
quamquam aperte Volcacio adsentirentur; multi rogabantur, atque
id ipsum consulibus invitis, nam ei Bibuli sententiam valere cupi-
erant. hac controversia usque ad noctem ducta senatus dimissus 3
est. ego eo die casu apud Pompeium cenavi nactusque tempus hoc
magis idoneum quam umquam antea, quod post tuum discessum is

2. *inscriptionem om.* Ω ‖ 3. Idibus — confectum *in M rubricata* ‖ 3. sq. *cf. Goldbacher* '*Wiener Studien*' II *p.* 300 *sq. et Holzapfel Philol.* XLVI *p.* 644 *sq. ante* Idibus *inserunt G* Pridie, *R* in ‖ 4. altercatione *ex* artecatione *corr.* M^1 5. canini *GR* ‖ tr. pl.] tirannii publio lentulo *M*, tiranni publio (b *m.* 1 *ex* p) lentuli *G*, tyranni publii conlentulo *R* ‖ 7. permovere *Lambinus*, remouere Ω 7. 8. sententiam *Wesenberg* ‖ 9. ⟨in⟩ dicendo *Madvig* ('*adv. crit.*' II *p.* 233) *et Pluygers* (*Mnemos.* I. 1873. *p.* 61) ‖ 10. perfeceram *Klotz* ‖ 11. secundum M^1, *corr.* M^c ‖ 12. uolcatii *R* ‖ 13. sentia M^1, *corr.* M^c ‖ 14. cui quidem rei *Lambinus*, cuique rei Ω. cui rei *alii* ‖ 15. frequenter sierunt *M*, frequenter quesierunt *GR* ‖ 16. tr. pl.] tirannus publio lentulo (o *in ras. ex* us M^c) *M*, tirannus (*sic*) publio lentulus *G*, tyrannus publio *R* ‖ 17. cepit *GR* ‖ 18. rationi *R* 19. neque valde — 20. volebant *om. R* ‖ 20. consumi M^c, consummi M^1 ‖ id quod est factum] id est quod factum *M*, idemque est factum *G*, idque est factum *R* 21. [sententententiam *M*, sententia *G* ‖ 22. quamquam] quam qui *Holzapfel, non puto recte* ‖ *ante* uolcacio *exp.* M^1 ui (*in fine pag.*) ‖ 23. inuitus M^1, *corr.* M^c 23. 24. cupierant *Madvig* (*l. d.*) *et Wesenberg*, cupierunt *MR*, cupiebant *G* 24. hác ς, haec *M*, hec *GR* ‖ 25. est *Baiter*, et Ω ‖ eo die M^c, odie M^1 ‖ nactusque M^c, actusque M^1 ‖ hoc] hic *Holzapfel* ‖ 26. tuum M^c, uum M^1 ‖ is M^c, his M^1

dies honestissimus nobis fuerat in senatu, ita sum cum illo locutus, ut mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere: quem ego ipsum cum audio, prorsus eum libero omni suspicione cupiditatis; cum autem eius familiares omnium ordinum video, perspicio, id quod iam omnibus est apertum, totam rem istam iam pridem a certis hominibus non invito rege
4 ipso consiliariisque eius esse corruptam. haec scripsi a. d. XVI K. Februarias ante lucem: eo die senatus erat futurus. nos in senatu, quemadmodum spero, dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia et iniquitate, retinebimus; quod ad popularem rationem attinet, hoc videmur esse consecuti, ut ne quid agi cum populo aut salvis auspiciis aut salvis legibus aut denique sine vi posset. de his rebus pridie, quam haec scripsi, senatus auctoritas gravissima intercessit, cui quom Cato et Caninius intercessissent, tamen est perscripta; eam ad te missam esse arbitror: de ceteris rebus, quicquid erit actum, scribam ad te et, ut quam rectissime agatur, omni mea cura opera, diligentia gratia providebo.

III. (25.)

⟨M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.⟩

1 A. Trebonio, qui in tua provincia magna negotia et ampla et expedita habet, multos annos utor valde familiariter: is cum antea semper et suo splendore et nostra ceterorumque amicorum commendatione gratiosissimus in provincia fuit, tum hoc tempore propter tuum in me amorem nostramque necessitudinem vehementer confidit
2 his meis litteris se apud te gratiosum fore; quae ne spes eum fallat, vehementer rogo te commendoque tibi eius omnia negotia, libertos procuratores familiam, in primisque ut, quae T. Ampius de eius re decrevit, ea comprobes omnibusque rebus eum ita tractes, ut intellegat meam commendationem non vulgarem fuisse.

---

4. libero M^c, liberi, *ut vid.*, M^1 ‖ 5. id *om.* *R* ‖ apertum est *G* ‖ 6. pridie *R* 7. consiliarisque *M* (*cf. Bücheler 'Grundr. d. lat. Decl.' p.* 129) ‖ *post* corruptam *rasura ca. 16 litt. in M. novus versus incipit ab* haec ‖ scripsi *M*, ipsi *GR* a. d.] ad *MR*, a *G* ‖ K. *ubique scripsi*, kl. *M*, kal. *GR*. *quod postea non notabitur, ne de M quidem* ‖ 8. Februarias] febroarias *M*, febr. *GR*. *quali nota ipse scriptor usus sit dubitari potest, puto tamen simplici* F ‖ erat senatus *G* ‖ 11. agi *om.* *R* ‖ populo, *pr.* o *in ras. m. 1,* *M* ‖ 12. posset *M*, possit *GR* ‖ 13. gravissime *G* ‖ 14. quom] quam M^1, cum M^c *GR* ‖ 16. ad te scribam *G* ‖ agantur *R* omni *Victorius*, omnia Ω ‖ 19. *inscriptionem om.* Ω ‖ 21. valde *om.* *G* ‖ is *ex* his M^1 ‖ 23. gratiosissimus ς, gratissimus Ω ‖ prouicia *M* ‖ 24. morem M^1, *corr.* M^c ‖ 25. his] is *M*, *om.* *GR* ‖ ne *ex* nec M^1 ‖ 27. libertos *R*, liberos *MG* T. Ampius] tampius *M*, tam pius *R*, iam pompeius *G* ‖ 29. intelligat *R*, *quod amplius non notabitur*

IV. (26.)

〈M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.〉

A. d. XVI K. Feb. cum in senatu pulcherrime staremus, quod 1
iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus, unumque certamen esset relictum sententia Volcacii, res ab adversariis nostris extracta est variis calumniis; causam enim frequenti senatu non magna varietate magnaque invidia eorum, qui a te causam regiam alio traferebant, optinebamus. eo die acerbum habuimus Curionem, Bibulum multo iustiorem, paene etiam amicum; Caninius et Cato negarunt se legem ullam ante comitia esse laturos. senatus haberi ante K. Februarias per legem Pupiam, id quod scis, non potest, neque mense Febr. toto nisi perfectis aut reiectis legationibus. haec tamen opinio est populi Romani, a tuis invidis atque 2
obtrectatoribus nomen inductum fictae religionis non tam ut te impediret, quam ut ne quis propter exercitus cupiditatem Alexandriam vellet ire. dignitatis autem tuae nemo est quin existimet habitam esse rationem ab senatu; nemo est enim, qui nesciat, quo minus discessio fieret, per adversarios tuos esse factum: qui nunc populi nomine, re autem vera sceleratissimo latrocinio si quae conabuntur agere, satis mihi provisum est, ut ne quid salvis auspiciis aut legibus aut etiam sine vi agere possent. ego neque de meo 3
studio neque de nonnullorum iniuria scribendum mihi esse arbitror; quid enim aut me ostentem, qui, si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar meritorum tuorum adsecutus, aut de aliorum iniuriis querar, quod sine summo dolore facere non possum? ego tibi a vi, hac praesertim imbecillitate magistratuum, praestare nihil possum: vi excepta possum confirmare te et senatus et populi Romani summo studio amplitudinem tuam retenturum.

---

2. *inscriptionem om. MR* (fuisse. [II. Ad XVI *R*). Cicero salutem Lentulo inperatori *G, certo non ex archetypo* ‖ 3. Ad — staremus *in M rubricata* ‖ ad *pro* a. d. *Ω, quod amplius non notabitur, ne de M quidem* ‖ feb. *M*, febr. *GR*. *tales notae codicum recentiorum amplius non notabuntur* ‖ 4. illam iam *G* ‖ 5. sententia] cum sententia *Lambinus* ‖ uolcatii *R* ‖ 7. magnaque] magna ς ‖ 8. transferebant *GR* ‖ 9. multo *om. G* ‖ 10. illam *R* ‖ commitia *ex* commitiam M^1, comiciam *G* ‖ 11. haberi *ex* aberi *corr.* M^1 ‖ id *M*, ob id *GR* ‖ 13. tamen *MR*, autem *G* ‖ romani *ex* romano *corr.* M^c ‖ inuidis *ex* inuidiis *corr.* M^1 ‖ 15. impedirent ς ‖ 15. 16. Alexandream ς ‖ 16. quin ς, qui *Ω* ‖ 17. quin sciat M^1, *corr.* M^c ‖ 19. *post* sceleratissimo *exp.* G^1 tiranno ‖ 20. mihi provisum ς, inprouisum *MG*, improuisum *R* ‖ 21. possint *R* ‖ 25. querar — 26. praesertim *om. GR* ‖ 26. hac *om.* M^1, *add.* M^c ‖ 27. vi ς, ut *Ω* ‖ 28. romani *ex* -no *corr.* M^1

V^{a}. (27.)

⟨M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.⟩

1 Tametsi mihi nihil fuit optatius, quam ut primum abs te ipso,
deinde a ceteris omnibus quam gratissimus erga te esse cognoscerer,
tamen adficior summo dolore eiusmodi tempora post tuam profecti-
onem consecuta esse, ut et meam et ceterorum erga te fidem et
benevolentiam absens experirere: te videre et sentire eandem fidem
esse hominum in tua dignitate, quam ego in mea salute sum ex-
2 pertus, ex tuis litteris intellexi. nos cum maxime consilio studio,
labore gratia de causa regia niteremur, subito exorta est nefaria
Catonis promulgatio, quae nostra studia impediret et animos a
minore cura ad summum timorem traduceret; sed tamen, in eius-
⟨modi⟩ perturbatione rerum quamquam omnia sunt metuenda, nihil
magis quam perfidiam timemus, et Catoni quidem, quoquo modo
3 se res habet, profecto resistimus. de Alexandrina re causaque regia
tantum habeo polliceri, me tibi absenti tuisque praesentibus cumu-
late satis facturum, sed vereor, ne aut eripiatur causa regia nobis
aut deseratur, quorum utrum minus velim, non facile possum existi-
mare; sed, si res coget, est quiddam tertium, quod neque Selicio
nec mihi displicebat, † ut neque iacere regem pateremur nec nobis
repugnantibus ad eum deferri, ad quem prope iam delatum existi-
matur. a nobis agentur omnia diligenter, ut neque, si quid opti-
neri poterit, non contendamus nec, si quid non optinuerimus, repulsi
4 esse videamur: tuae sapientiae magnitudinisque animi est omnem
amplitudinem et dignitatem tuam in virtute atque in rebus gestis
tuis atque in tua gravitate positam existimare; si quid ex eis rebus,
quas tibi fortuna largita est, nonnullorum hominum perfidia de-
traxerit, id maiori illis fraudi quam tibi futurum. a me nullum

---

2. *inscriptionem om. MR* (retenturum. ⌈ III. tametsi *R*). Cicero sal. dicit Lentulo proconsuli *G* ‖ 3. Tametsi — te *in M rubricata* ‖ 4. caeteris *M* ‖ 5. summo studio dolore *R* ‖ tuam *M*^{c} *ex* uam ‖ 6. caeterorum *M*, aliorum *G* ‖ 7. beniuolentiam *GR* ‖ 10. exorta *ex* exhorta, *ut vid.*, *M* ‖ 11. impedirent *M*, *corr. M*^{1}, *ut vid.* ‖ 12. 13. eius modi ς, eius *Ω*, *quod tenet C. A. Lehmann* (*'quaest. Tull.'* I *p.* 85) ‖ 15. profecto *om. G* ‖ resistimus *MG*, restitimus *R*, resistemus ς 17. causa regia *del. Manutius* ‖ regia *ex* regi *corr. M*^{c} ‖ 19. *ad verba* neque selicio *in marg. M*^{c} *adnotat*: nomen proprium. *R in ipso textu habet*: neque nomen proprium silicio (sil. *ex* sel. *m.* 1) ‖ nec Q. Selicio *coni. Baiter* ‖ 20. 21. rem *pro* regem *et* delata *pro* delatum *Martyni-Laguna*, ad eum ⟨negotium⟩ deferri *vel* ad eum ⟨rem⟩ deferri (*sive* deferri ⟨rem⟩) . . . delata *Wesenberg*, *qui* regem *servat* ‖ 20. nobis *M*, uobis *GR* ‖ 23. nec si quid] c si quid *in M in ras. scripsit manus s. XV*, *habet tamen P.* nec si — videamur *om. R* ‖ 26. positam *ex* possitame *corr. M*^{1}, *ut vid.* se positam *GR* ‖ quid *M*, quis *GR* ‖ eis] his *Ω*, iis ς 28. quantibi *M*

tempus praetermittitur de tuis rebus et agendi et cogitandi; utor ad omnia Q. Selicio, neque enim prudentiorem quemquam ex tuis neque fide maiore esse iudico neque amantiorem tui.

Vᵇ. (28.)

⟨M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.⟩

Hic quae agantur quaeque acta sint, ea te et litteris multorum 1
et nuntiis cognosse arbitror; quae autem posita sunt in coniectura
quaeque videntur fore, ea puto tibi a me scribi oportere. postea
quam Pompeius et apud populum a. d. VIII Idus Februarias, quom
pro Milone diceret, clamore convicioque iactatus est in senatuque
a Catone aspere et acerbe nimium magno silentio est accusatus,
visus est mihi vehementer esse perturbatus; itaque Alexandrina
causa, quae nobis adhuc integra est — nihil enim tibi detraxit
senatus nisi id, quod per eandem religionem dari alteri non potest
—, videtur ab illo plane esse deposita. nunc id speramus idque 2
molimur, ut rex, cum intellegat sese, quod cogitabat, ut a Pompeio
reducatur, adsequi non posse et, nisi per te sit restitutus,
desertum se atque abiectum fore, proficiscatur ad te: quod sine
ulla dubitatione, si Pompeius paulum modo ostenderit sibi placere,
faciet, sed nosti hominis tarditatem et taciturnitatem; nos tamen
nihil, quod ad eam rem pertineat, praetermittimus. ceteris iniuriis,
quae propositae sunt a Catone, facile, ut spero, resistemus. amicum ex consularibus neminem tibi esse video praeter Hortensium et Lucullum; ceteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati: tu fac animo forti magnoque sis speresque fore, ut fracto impetu levissimi hominis tuam pristinam dignitatem et gloriam consequare.

---

2. omnia Q.] omnia q̄ *M* (q̄ *ex* que), omniaque *G*, omniaquae *R* 3. maiore ς, maiorem Ω ‖ 5. *inscriptionem om.* Ω ‖ 6. agantur *M*, aguntur *GR* ea *M*, ex *GR*. ea *seclusit Wesenberg*, aguntur quaeque acta sunt, ea *maluit Kleyn* ('*obs. crit. in Cic. ep. ad fam.*' *Lugd. B.* 1860 *p.* 26) ‖ 7. cognouisse *G*, cognoscere ς ‖ 9. a. d. VIII] at octauo *M*, ab octauo *G*, ad VIIII *R* ‖ quom M^c *ex* quam, cum *GR* ‖ 10. conuicio *G* ‖ iactatus ς, iactus Ω ‖ 11. nimium] omnium *Manutius*, inimicorum *Wölfflin* ('*Arch. f. lat. Lexicogr.*' III *p.* 570) ‖ 15. speramur *M* ‖ 16. molimur *ex* mollimur *radendo M* ‖ sese, *pr.* se *in ras. corr.* M^c a] *una litt. post* a *in M erasa* ‖ 17. restitutus *ex* restitutum *corr.* M^c 19. paulum M^1, paullum M^c, *bene*, paululum *GR* ‖ ostenderit *ex* ostendetit *corr.* M^1 ‖ 20. hominis *ex* homines *corr.* M^c ‖ 21. ad *in mg.* M^1 ‖ praetermittemus *alii* ‖ 22. propositae ς, praepositae (-te *M*) Ω ‖ resistimus *R* ‖ 23. hortensium *ex* hortesium *corr.* M^c, hortensionem *R* ‖ 26. hominis *ex* homines *corr.* M^c

VI. (29.)

⟨M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.⟩

1 Quae gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit solum, sed praefuit. me in summo dolore, quem in tuis rebus capio, maximé scilicet consolatur spes, quod valde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas et consiliis tuorum amicorum et ipsa die, quae debilitat cogitationes et inimicorum et
2 proditorum tuorum; facile secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis, nam, etsi minore in re violatur tua dignitas, quam mea adflictast, tamen est tanta similitudo, ut sperem te mihi ignoscere, si ea non timuerim, quae ne tu quidem umquam timenda duxisti. Sed praesta te eum, qui mihi a teneris, ut Graeci dicunt, unguiculis es cognitus: inlustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. a me omnia summa in te studia officiaque expecta: non fallam opinionem tuam.

VII. (31.)

⟨M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.⟩

1 Legi tuas litteras, quibus ad me scribis gratum tibi esse, quod crebro certior per me fias de omnibus rebus et meam erga te benevolentiam facile perspicias: quorum alterum mihi, ut te plurimum diligam, facere necesse est, si volo is esse, quem tu me esse voluisti; alterum facio libenter, ut, quoniam intervallo locorum et temporum diiuncti sumus, per litteras tecum quam saepissime conloquar. quod si rarius fiet, quam tu exspectabis, id erit causae, quod non eius generis meae litterae sunt, ut eas audeam temere committere: quotiens mihi certorum hominum potestas erit, quibus
2 recte dem, non praetermittam. quod scire vis, qua quisque in te fide sit et voluntate, difficile dictu est de singulis: unum illud audeo, quod antea tibi saepe significavi, nunc quoque re perspecta

---

2. *inscriptionem om. MR* (consequare. [V. quae *R*). Marcus Tullius Cicero salutem Lentulo proconsuli *G* ‖ 3. Quae — omnibus *in M rubricata* ‖ 4. in tuis] ex tuis *Lambinus*, tuis *Wesenberg. cf. Ruete 'Corresp. Cic.' (diss. Marb.* 1883) *p.* 110 ‖ 5. cupio *GR* ‖ 6. infringatur *ex* infrigatur *corr. M*ᶜ ‖ 7. quae] que *MG* ‖ 10. adflicta est *Victorius*, a. sit *Ω* (*in M* sit tamen *ex* si tamen *corr. m.* 1) ‖ 12. te *om. GR* ‖ 13. greci *MG* ‖ ungulis *G* ‖ es] est *Ω* (*in M* t *erasa est sed lecta a P, in R una litt. ante* est *erasa*) ‖ 18. *inscriptionem om. MR* (opinionem tuam. [VI. Legi *R*). Marcus Tullius Cicero sal. dic. Lentulo Proconsuli *G* ‖ 19. Legi — tibi *in M rubricata* ‖ litteras tuas *G* ‖ 21. beniuolentiam *GR*, *quod amplius non notabitur* ‖ 22. is *ex* his *radendo M* ‖ 24. disiuncti *GR* ‖ 25. rarius *M*, minus *GR* ‖ 29. dictu *RM* (*M*[1] *ex* dictum), dictum *G*

et cognita scribere, vehementer quosdam homines et eos maxime, qui te et maxime debuerunt et plurimum iuvare potuerunt, invidisse dignitati tuae simillimamque in re dissimili tui temporis nunc et nostri quondam fuisse rationem, ut, quos tu rei publicae causa laeseras, palam te oppugnarent, quorum auctoritatem, dignitatem voluntatemque defenderas, non tam memores essent virtutis tuae, quam laudis inimici. quo quidem tempore, ut perscripsi ad te antea, cognovi Hortensium percupidum tui, studiosum Lucullum, ex magistratibus autem L. Racilium et fide et animo singulari: nam nostra propugnatio ac defensio dignitatis tuae propter magnitudinem beneficii tui fortasse plerisque officii maiorem auctoritatem habere videatur quam sententiae. **3** praeterea quidem de consularibus nemini possum aut studii erga te aut officii aut amici animi esse testis: etenim Pompeium, qui mecum saepissime non solum ⟨a⟩ me provocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet, scis temporibus illis non saepe in senatu fuisse; cui quidem litterae tuae, quas proxime miseras — quod facile intellexerim —, periucundae fuerunt. mihi quidem humanitas tua vel summa potius sapientia non iucunda solum, sed etiam admirabilis visa est; virum enim excellentem et tibi tua praestanti in eum liberalitate devinctum nonnihil suspicantem propter aliquorum opinionem suae cupiditatis te ab se abalienatum illa epistola retinuisti, qui mihi cum semper tuae laudi favere visus est, etiam ipso suspiciosissimo tempore Caniniano, tum vero lectis tuis litteris perspectus est a me toto animo de te ac de tuis ornamentis et commodis cogitare. **4** quare ea, quae scribam, sic habeto, me cum illo re saepe communicata de illius ad te sententia atque auctoritate scribere: quoniam senatus consultum nullum exstat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit, eaque, quae de ea scripta est auctoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino regem reduceret, tantam vim habet, ut magis iratorum hominum studium quam constantis senatus consilium esse videatur, te perspicere posse, qui Ciliciam Cyprumque

1. eos maxime *M*, eos *GR* ‖ 2. qui te] *post* i *una litt. erasa in M*, t *in rasura* ‖ 4. publice *M*, puplicae *G*, p. *R*. *codd. GR in hoc vocabulo scribendo varietates amplius non notabuntur* ‖ 5. leseras *Ω* ‖ 6. inmemores *alii* ‖ uirtutis *ex* -tes *M*ᶜ ‖ *in* tuae e *corr. a M*ᶜ (tuas *P*) ‖ 11. officio maiorum *Ω* (officii maiorem *corr. M*ʳ) ‖ 13. auficii *M*¹, officii *corr. M*ʳ ‖ 14. saepissimae *M* ‖ a me *ς*, me *M, om. GR* ‖ 15. sua sponte — 16 in senatu *om. GR* ‖ 17. 18. periucundae fuerunt] periucun(n *corr. ex* m) defuerint *M*, per iocum defuerint, *ut vid.*, *M*ᶜ, periucunda (o *a* 1) fuerit *G*, periocunde fuerint *R* ‖ 20. de] deuinctum *M* 21. opinionem, em *corr. M*ᶜ ‖ suae cup.] cupiditatis tue *R* ‖ 22. te *ς*, tuae *M*, et tuae *G*, *om. R* ‖ 26. sic *GR*, si *M* ‖ 27. senatum *M* (-tus *M*¹) ‖ 28. consultu *M* 29. sint *M* ‖ de ea ⟨re⟩ scripta est *conieci ann. phil.* 1891 *p.* 67 ‖ perscripta *Wesenberg* ‖ 31. 32. consultum *G* ‖ 32. perspicere *M*, perficere *G*, uideatur *R*

teneas, quid efficere et quid consequi possis, et, si res facultatem
habitura videatur, ut Alexandream atque Aegyptum tenere possis,
esse et tuae et nostri imperii dignitatis Ptolomaide aut aliquo
propinquo loco rege conlocato te cum classe atque exercitu pro-
ficisci Alexandriam, ut, eam cum pace praesidiisque firmaris,
Ptolomaeus redeat in regnum; ita fore, ut et per te restituatur,
quemadmodum senatus initio censuit, et sine multitudine reducatur,
5 quemadmodum homines religiosi Sibyllae placere dixerunt. sed
haec sententia sic et illi et nobis probabatur, ut ex eventu homines
de tuo consilio existimaturos videremus: si cecidisset, ut volumus
et optamus, omnes te et sapienter et fortiter, si aliquid esset
offensum, eosdem illos et cupide et temere fecisse dicturos: quare,
quid adsequi possis, non tam facile est nobis quam tibi, cuius prope
in conspectu Aegyptus est, iudicare; nos quidem hoc sentimus, si
exploratum tibi sit posse te illius regni potiri, non esse cunctandum,
si dubium sit, non esse conandum. illud tibi adfirmo, si rem istam
ex sententia gesseris, fore, ut absens a multis, cum redieris, ab
omnibus conlaudere, offensionem esse periculosam propter inter-
positam auctoritatem religionemque video; sed ego te, ut ad certam
laudem adhortor, sic a dimicatione deterreo redeoque ad illud, quod
initio scripsi, totius facti tui iudicium non tam ex consilio tuo
6 quam ex eventu homines esse facturos. quod si haec ratio rei
gerendae periculosa tibi esse videbitur, placebat illud, ut, si rex
amicis tuis, qui per provinciam atque imperium tuum pecunias ei
credidissent, fidem suam praestitisset, et auxiliis eum tuis et copiis
adiuvares; eam esse naturam et regionem provinciae tuae, ut illius
reditum vel adiuvando confirmares vel neglegendo impedires. in
hac ratione quid res, quid causa, quid tempus ferat, tu facillime
optimeque perspicies; quid nobis placuisset, ex me potissimum
7 putavi te scire oportere. quod mihi de nostro statu, de Milonis
familiaritate, de levitate et inbecillitate Clodii gratularis, minime
miramur te tuis ut egregium artificem praeclaris operibus laetari:
quamquam est incredibilis hominum perversitas — graviore enim

2. alexandre amatque *M*, alexandriam atque *G*, alexandrinam atque *R* egyptum *M* ‖ 3. ptolomaidae *MG*, tholomaidam *R* ‖ alico *M* ‖ 5. alexandriam *Ω*, -eam *alii* ‖ firmatis *GR* ‖ 6. ptolomeus *Ω* ‖ 7. senatus — 8. quemadmodum *om. GR* ‖ 8. sybille *M* ‖ 9. euento *M* ‖ 11. et opt. *R*, ut opt. *MG* ‖ sin aliquid *alii* ‖ 12. dicturos *ex* dicituros *M*[1] ‖ 13. possit *G*, possint *R* ‖ 14. aegiptus *M* ‖ iudicari *Ω* ‖ 15. cuntandum *M* ‖ 23. placebat *M*, placeat *G et ex* placebit *corr. R*[1] ‖ 24. qui *ex* quis *M*[1] ‖ per *M*, super *GR* ‖ prouintiam *MR*, prouincia *G* ‖ imperium tuum pecunias *Victorius*, imperii tui prouincias *Ω* ‖ 25. praestetisset *M*, praefuisset *R* ‖ 26. regionem] *cf. C. F. W. Müller ad Cic. op.* t. II, 2 *p.* 382, 25 prouintiae *M* ‖ 28. ferat *GM*[c], fuerat *RM*[1] ‖ 30. oportere *GR*, optere *M* ‖ 32. letari *M*

verbo uti non libet —, qui nos, quos favendo in communi causa retinere potuerunt, invidendo abalienarunt; quorum malevolentissimis obtrectationibus nos scito de vetere illa nostra diuturnaque sententia prope iam esse depulsos, non nos quidem ut nostrae dignitatis simus obliti, sed ut habeamus rationem aliquando etiam salutis. poterat utrumque praeclare, si esset fides, si gravitas in hominibus consularibus; sed tanta est in plerisque levitas, ut eos non tam constantia in re publica nostra delectet, quam splendor offendat.
quod eo liberius ad te scribo, quia non solum temporibus his, 8
quae per te sum adeptus, sed iam olim nascenti prope nostrae laudi dignitatique favisti, simulque quod video non, ut antehac putabam, novitati esse invisum meae, in te enim, homine omnium nobilissimo, similia invidorum vitia perspexi, quem tamen illi esse in principibus facile sunt passi, evolare altius certe noluerunt. gaudeo tuam dissimilem fuisse fortunam, multum enim interest, utrum laus imminuatur, an salus deseratur; me meae tamen ne nimis paeniteret, tua virtute perfectum est, curasti enim, ut plus additum ad memoriam nominis nostri quam demptum de fortuna videretur. te vero 9
emoneo cum beneficiis tuis, tum amore incitatus meo, ut omnem gloriam, ad quam a pueritia inflammatus fuisti, omni cura atque industria consequare magnitudinemque animi tui, quam ego semper sum admiratus semperque amavi, ne umquam inflectas cuiusquam iniuria. magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui: haec profecto vides quanto expressiora quantoque inlustriora futura sint, cum aliquamtum ex provincia atque ex imperio laudis accesserit; quamquam te ita gerere volo, quae per exercitum atque imperium gerenda sunt, ut haec multo ante meditere, huc te pares, haec cogites, ad haec te exerceas sentiasque — id quod quia semper sperasti, non dubito quin adeptus intellegas —, te facillime posse optinere summum

---

2. potuerant *R* ‖ 3. de deuertere *MR* (*in M* de | d., *et pr.* r *a 1 puncto notata*), deuertere *G* | diurnaque *GR* ‖ 4. nostrae *M*, nos *GR* ‖ 5. oblitis, s *in ras.*, *M*, oblitos *R* ‖ 7. consularibus] bus *syll. corr. in M*^c, consularis *G* 9. quia — 11. favisti *hab. schol. Bob. p.* 288 *Or.* ‖ 9. quia *schol.*, qui *MR*, quo *G* 10. quae *schol. G* (*M*^r), qui *M*, quod *R*. quia non solum temporibus iis, quum per te salutem sum adeptus *Madvig* ('*adv. crit.*' II *p.* 233) ‖ 11. fauisti *schol.*, praefuisti *M*, *sed* ti *solum a m.* 1, praefuis *in ras. a m. saec. XV* uirtuti *legerat P*[1], *om. GR* ‖ simulque *GR*, simul *M*, *sed eraso* que ‖ 13. uitia *M*, inicia *G*, initia *R* 14. gaudeo tuam *M*, gaudeo *G*, gau | tuam *R* ‖ 16. me *M*, ne *R*, *om. G* ‖ ne *om. R* ‖ peniteret *R*, praeniteret *GM* (*in M postea* r *erasa*) ‖ 18. quam *M*^c *ex* quem ‖ 19. emoneo *multis suspectum. cf. Krebs-Schmal:* '*Antibarb.*' I[6] *p.* 458 beneficiis *G*, beneficentiis *MR* ‖ 25. expraessiora *MG*, expressura *R* ‖ 25. 26. aliquamtum] aliquam tum *M*, aliquantum *GR*. *cf. ad* IV, 7, 6 ‖ 26. prouintia *M* 27. que *M* ‖ 28. meditere *M*, meditare *G*, me dicere *R* ‖ 29. sentiasque *ex* sententiasque *M*[1], sententiasque *R*, senciasque *G*

atque altissimum gradum civitatis: quae quidem mea cohortatio ne tibi inanis aut sine causa suscepta videatur, illa me ratio movit, ut te ex nostris eventis communibus admonendum putarem, ut con-
10 siderares, in omni †re qua vita quibus crederes, quos caveres. quod scribis te velle scire, qui sit rei publicae status, summa dissensio est, sed contentio dispar; nam, qui plus opibus, armis, potentia valent, perfecisse †tamen mihi videntur stultitia et inconstantia adversariorum, ut etiam auctoritate iam plus valerent: itaque perpaucis adversantibus omnia, quae ne per populum quidem sine seditione se adsequi arbitrabantur, per senatum consecuti sunt; nam et stipendium Caesari decretum est et decem legati et, ne lege Sempronia succederetur, facile perfectum est. quod ego ad te brevius scribo, quia me status hic rei publicae non delectat; scribo tamen, ut te admoneam, quod ipse litteris omnibus a pueritia deditus experiendo tamen magis quam discendo cognovi, ut tuis rebus integris discas, neque salutis nostrae rationem habendam nobis esse
11 sine dignitate neque dignitatis sine salute. quod mihi de filia et de Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam speroque et opto nobis hanc coniunctionem voluptati fore. Lentulum nostrum, eximia spe summa virtute adulescentem, cum ceteris artibus, quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias, nulla enim erit hac praestantior disciplina: quem nos, et quia tuus et quia te dignus est filius et quia nos diligit semperque dilexit, in primis amamus carumque habemus.

VIII. (36.)

⟨M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.⟩

1 De omnibus rebus, quae ad te pertinent, quid actum, quid constitutum sit, quid Pompeius susceperit, optime ex M. Plaetorio cognosces, qui non solum interfuit eis rebus, sed etiam praefuit neque ullum officium erga te hominis amantissimi, prudentissimi,

1. quae M^{c}, qui M^{1}*GR* ‖ 2. mouit M^{r}(?) ς, mouet Ω ‖ 4. re qua Ω, reliqua M^{r}, *fort. recte, cf.* XV, 4, 13. in omni re quae vitares *O. Hirschfeld* ‖ 5. publice *M* ‖ 6. qui plus *M*, quibus *GR* ‖ 7. profecisse ς ‖ tamen Ω, tantum M^{r}, tandem *Gulielmius* 9. que *M*, *qualia amplius non notabuntur* ‖ ne *M*, nec iam, *sed* iam *exp. a m.* 1, *G*, nec *R* ‖ 10. se *GR*, sed *M*. se ⟨posse⟩ *alii, cf. Nägelsbach-Müller 'lat. Stilist.' p.* 394[8] ‖ 12. ego Ω, eo M^{c} ‖ 13. *post* me *una litt.*, a, *ut vid., erasa in M* ‖ 15. cognoui ut tuis *GR*, cognouit Utuis *M*, cognoui tu tuis M^{r}, c. tu ut tuis *Orelli* 20. summa uirtute *M*, summae uirtutis *GR* (M^{r}) ‖ adolescentem *G*, *quod amplius non notabitur* ‖ 22. erit *GR* (M^{r}), erat *M* ‖ 26. *inscriptionem om. MR.* Marcus Cicero salutem dicit Lentulo Proconsuli *G* ‖ 27. De — actum *in M rubricata* ‖ 28. M. Plaetorio *Manutius*, em | plaetorio, ae *ex* a M^{c}, *M*, emplatorio *G*, empletorio *R* ‖ 29. eis] iis *Wesenberg*, his *MG*, *om. R*

diligentissimi praetermisit. ex eodem de toto statu rerum com-
munium cognosces: quae quales sint, non facile est scribere: sunt
quidem certe in amicorum nostrorum potestate, atque ita, ut nullam
mutationem umquam hac hominum aetate habitura res esse videatur.
ego quidem, ut debeo et ut tute mihi praecepisti et ut me pietas 2
utilitasque cogit, me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis
rationibus tibi esse adiungendum putasti: sed te non praeterit, quam
sit difficile sensum in re publica, praesertim rectum et confirmatum,
deponere. verumtamen ipse me conformo ad eius voluntatem, a quo
honeste dissentire non possum, neque id facio, ut forsitan quibus-
dam videar, simulatione, tantum enim animi inductio et mercule
amor erga Pompeium apud me valet, ut, quae illi utilia sunt et
quae ille vult, ea mihi omnia iam et recta et vera videantur, neque,
ut ego arbitror, errarent ne adversarii quidem eius, si, cum pares
esse non possent, pugnare desisterent. me quidem etiam illa res 3
consolatur, quod ego is sum, cui vel maxime concedant omnes, ut
vel ea defendam, quae Pompeius velit, vel taceam vel etiam, id
quod mihi maxime lubet, ad nostra me studia referam litterarum:
quod profecto faciam, si mihi per eiusdem amicitiam licebit; quae
enim proposita fuerant nobis, cum et honoribus amplissimis et
laboribus maximis perfuncti essemus, dignitas in sententiis dicendis,
libertas in re publica capessenda, ea sublata tota sunt, nec mihi
magis quam omnibus, nam aut adsentiendum est nulla cum gravitate
paucis aut frustra dissentiendum. haec ego ad te ob eam causam 4
maxime scribo, ut iam de tua quoque ratione meditere. commutata
tota ratio est senatus, iudiciorum, rei totius publicae: otium nobis
exoptandum est, quod ei, qui potiuntur rerum, praestaturi videntur,
si quidam homines patientius eorum potentiam ferre potuerint;
dignitatem quidem illam consularem fortis et constantis senatoris
nihil est quod cogitemus: amissa culpa est eorum, qui a senatu et
ordinem coniunctissimum et hominem clarissimum abalienarunt.
sed, ut ad ea, quae coniunctiora rebus tuis sunt, revertar, Pom- 5
peium tibi valde amicum esse cognovi et eo tu consule, quantum
ego perspicio, omnia, quae voles, optinebis, quibus in rebus me

2. qu|ae, *una litt. er.*, *M* ‖ 4. hac *GR*, haec *M* ‖ esse *ex* esset *radendo M* 5. me pietas ς, medietas *Ω* ‖ 7. adiungendum *ex* adiungem du *M*[c] ‖ 9. con formo *R*[2], confirmo *Ω* ‖ uoluntatem *ex* -te *M*[c] ‖ a quo *R*, *sup. es. G*[2], quo *M* 11. mercule *M*, mehercule *GR* ‖ 13. uidentur *M* (*corr. M*[1]) ‖ 15. desisterent *GR*, destiterat (*sic*) *M*[1], destiterent *M*[c] ‖ 16. is *GR*, his *M* ‖ 18 lubet *M*, iubet *GR* nostra me ς, nostram *M*, nostra *GR* ‖ studia *ex* stadia *M*[1] ‖ 20. fuerunt *Wesenberg* ‖ 22. capassenda *M* ‖ sunt nec *Madvig* (*ad Cic. de fin. p. 805*) *et Wesenberg*, si nec *MG*, sine *R* ‖ 23. cum *GR*, tu *M* (tum *M*[1]) ‖ 24. eam *MR*, hanc *G* 27. ei] hii *M*, hi *GR* ‖ 33. et eo ς, ut eo *Ω*

sibi ille adfixum habebit neque a me ulla res, quae ad te pertineat, neglegetur, neque enim verebor, ne sim ei molestus, cui iucundum
6 erit etiam propter se ipsum, quom me esse gratum videbit. tu velim tibi ita persuadeas, nullam rem esse minimam, quae ad te pertineat, quae mihi non carior sit quam meae res omnes, idque cum sentiam, sedulitate mihimet ipse satis facere possum, re quidem ipsa ideo mihi non satis facio, quod nullam partem tuorum meritorum non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum.
7 rem te valde bene gessisse rumor erat; expectabantur litterae tuae, de quibus eramus iam cum Pompeio locuti, quae si erunt allatae, nostrum studium exstabit in conveniendis magistratibus et senatoribus, ceteraque, quae ad te pertinebunt, cum etiam plus contenderimus, quam possumus, minus tamen faciemus, quam debemus.

IX. (47.)

M. CICERO S. D. LENTVLO IMP.

1 Periucundae mihi fuerunt litterae tuae, quibus intellexi te perspicere meam in te pietatem — quid enim dicam benevolentiam, cum illud ipsum gravissimum et sanctissimum nomen pietatis levius mihi meritis erga me tuis esse videatur? —; quod autem tibi grata mea erga te studia scribis esse, facis tu quidem abundantia quadam amoris, ut etiam grata sint ea, quae praetermitti sine nefario scelere non possunt, tibi autem multo notior atque inlustrior meus in te animus esset, si hoc tempore omni, quo diiuncti fuimus, et una et
2 Romae fuissemus: nam in eo ipso, quod te ostendis esse facturum quodque et in primis potes et ego a te vehementer exspecto, in sententiis senatoriis et in omni actione atque administratione rei publicae floruissemus — de qua ostendam equidem paulo post qui sit meus sensus et status, et rescribam tibi ad ea, quae quaeris —, sed certe et ego te auctore amicissimo ac sapientissimo et tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem et benivolo certe, usus esses — quamquam tua quidem causa te esse imperatorem pro-

1. sibi ille *in ras.* M^c (*fuit fort.* sybille) ‖ 2. ne sim ei *GR*, nesi | mei *M* ‖ 3. se *Graevius*, te *Ω* ‖ quom] quam *Ω* ‖ 4. minimam] *cf. Madvig ad Cic. de fin.* III, 1, 3 ‖ 5. quam *GR*, cum M^1, qm̃ (*sic*) M^c ‖ idque cumque sentiam sedulitate (-tem M^c) mihime ipsum satis facere non possim *M*, id quaecumque sentiam sed utilitatem mihi me ipsum s. f. non possim (possum *G*) *GR*, *corr.* ς ‖ 9. gississe *M* (gessisse M^r) ‖ 12. pertinebunt ς, -bant *Ω* ‖ 15. S. D. P. ς ‖ 19. tibi *ex* ibi M^1 ‖ 19. 20. tibi grata studia mea scribis *G* ‖ 21. grata *ex* gratia *radendo M* ‖ sine nefario *GR*, sinefario *M* ‖ 23. quo diiuncti ς, quod iuncti *M*, quo iuncti *GR* ‖ un *M* (una M^r) ‖ 27. equidem *G*, aequidem *M*, et quidem *R* ‖ paulo *Ω*, paullo ς ‖ quis *G* ‖ 30. beniuolo *Ω*, beneuolo ς ‖ 31. esses *R*, esse *M* (esses M^r), est *G*

vinciamque bene gestis rebus cum exercitu victore optinere, ut debeo, laetor —, sed certe, qui tibi ex me fructus debentur, eos uberiores et praesentiores praesens capere potuisses; in eis vero ulciscendis, quos tibi partim inimicos esse intellegis propter tuam propugnationem salutis meae, partim invidere propter illius actionis amplitudinem et gloriam, mirificum me tibi comitem praebuissem, quamquam ille perennis inimicus amicorum suorum, qui tuis maximis beneficiis ornatus in te potissimum fractam illam et debilitatam vim suam contulit, nostram vicem ultus est ipse sese, ea est enim conatus, quibus patefactis nullam sibi in posterum non modo dignitatis, sed ne libertatis quidem partem reliquit. te autem, etsi mallem 3
in meis rebus expertum quam etiam in tuis, tamen in molestia gaudeo eam fidem cognosse hominum non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram; de qua ratione tota iam videtur mihi exponendi tempus dari, ut tibi rescribam ad ea, quae quaeris. certiorem te per litteras scribis esse factum me cum Caesare et 4
cum Appio esse in gratia teque id non reprendere adscribis; Vatinium autem scire te velle ostendis quibus rebus adductus defenderim et laudarim, quod tibi ut planius exponam, altius paulo rationem consiliorum meorum repetam necesse est. †ego me, Lentule, initio rerum atque actionum tuarum non solum meis, sed etiam rei publicae restitutum putabam et, quoniam tibi incredibilem quendam amorem et omnia in te ipsum summa ac singularia studia deberem, rei publicae, quae te in me restituendo multum adiuvisset, eum certe me animum merito ipsius debere arbitrabar, quem antea tantummodo communi officio civium, non aliquo erga me singulari beneficio debitum praestitissem. hac me mente fuisse et senatus ex me te consule audivit et tu in nostris sermonibus conlocutionibusque [ipse] vidisti. etsi iam primis temporibus illis multis rebus 5
meus offendebatur animus, cum te agente de reliqua nostra dignitate aut occulta nonnullorum odia aut obscura in me studia cerne-

2. fructus, *pr.* u *in ras.* *M*ᶜ, *M* ‖ 3. uberioris et praesentioris *M. cf. Bücheler 'Grundriss' p.* 55² *sq.* ‖ praesentiores] praestantiores ς. *at cf. Lorenz ad Plaut. Most.* 1075 *et Pseud.* 1125 ‖ eis *GR*, eius *M* (eiis *M*¹) ‖ 6. mirificam *GR* 8. fractam *ex* factam *M*¹, factam *GR* ‖ 9. nostra uice *R* ‖ se *R* ‖ 9. 10. *alterum* ea *post* enim *add.* *M*ʳ ‖ 14. cognoueram *GR* ‖ 16. *a* certiorem *voc. novam incipere epistulam significant* Ω. *vel inscriptionem* Marcus Cicero salutem dicit Lentulo Proconsuli *add.* *G* ‖ 17. apio *M* ‖ reprehendere *GR* ‖ adscribis *M*, ad *GR* 17. 18. uatinium *corr.* *M*ᶜ ex uaticiium, *ut vid.* ‖ 19. paullo ς ‖ 21. initio] in (*sup. vs. a m.* 1) inicio *G*. initio ⟨vi⟩ *vel* ⟨cursu⟩ *Boot* (*'observ. crit. ad Cic. ep.' p.* 5), ⟨evento⟩ *Tyrrell. an verba* rerum atque actionum tuarum *inducenda?* ‖ 24. deberem, deber *in ras.* *M*ᶜ, *M* ‖ 26. alieni *Orelli* ‖ 27. mentem *M* (mente *M*¹) ‖ 28. consulem Ω (consule *M*ʳ) ‖ 28. 29. conlocationibusque *M* (*corr.* *M*¹) ‖ 29. ipse *om.* *M*¹*GR*, *sup. vs. add.* *M*ᶜ (*legit P*) ‖ uidisti *M*, audisti *GR* ‖ 31. in *om.* *M*¹, *sup. vs. add.* *M*ᶜ

bam; nam neque de monimentis meis ab eis adiutus es, a quibus
debuisti, neque de vi nefaria, qua cum fratre eram domo expulsus,
neque hercule in eis ipsis rebus, quae, quamquam erant mihi propter
rei familiaris naufragia necessariae, tamen a me minimi putabantur,
in meis damnis ex auctoritate senatus sarciendis eam voluntatem,
quam expectaram, praestiterunt: quae cum viderem — neque erant
obscura —, non tamen tam acerba mihi haec accidebant, quam
6 erant illa grata, quae fecerant; itaque, quamquam et Pompeio plu-
rimum, te quidem ipso praedicatore ac teste, debebam et eum non
solum beneficio, sed amore etiam et perpetuo quodam iudicio meo
diligebam, tamen non reputans, quid ille vellet, in omnibus meis
7 sententiis de re publica pristinis permanebam. ego sedente Cn.
Pompeio, cum, ut laudaret P. Sestium, introisset in urbem dixisset-
que testis Vatinius me 'fortuna et felicitate C. Caesaris commotum
illi amicum esse coepisse', dixi †meam Bibuli fortunam, quam ille
adflictam putaret, omnium triumphis victoriisque anteferre, dixique
eodem teste alio loco eosdem esse, qui Bibulum exire domo prohi-
buissent, et qui me coegissent: tota vero interrogatio mea nihil
habuit nisi reprensionem illius tribunatus; in quo omnia dicta sunt
libertate animoque maximo de vi, de auspiciis, de donatione reg-
8 norum, neque vero hac in causa modo, sed constanter saepe in
senatu: quin etiam Marcellino et Philippo consulibus Nonis Aprilibus
mihi est senatus adsensus, ut de agro Campano frequenti senatu
Idibus Maiis referretur; num potui magis in arcem illius causae
invadere aut magis oblivisci temporum meorum, meminisse actio-
num? hac a me sententia dicta magnus animorum motus est factus
cum eorum, quorum oportuit, tum illorum etiam, quorum nunquam
9 putaram: nam hoc senatus consulto in meam sententiam facto
Pompeius, cum mihi nihil ostendisset se esse offensum, in Sardi-
niam et in Africam profectus est eoque itinere Lucam ad Caesarem
venit; ibi multa de mea sententia questus est Caesar, quippe qui
etiam Ravennae Crassum ante vidisset ab eoque in me esset in-
census; sane moleste Pompeium id ferre constabat, quod ego, cum

1. monimentis *MR*, monum. *G* ‖ eis] his *Ω*, iis ϛ ‖ 3. eis] his *Ω*, iis ϛ | 4. necessariae etamen (et tamen M^r) a me minimi *M*, necessaria et amena me minimi *G*, necessaria et amena memini *R* ‖ 6. expectaram M^c, -rem M^1GR 7. quam M^r, cum *Ω* ‖ 12. sententis *M* ‖ pristini spernebam *MG* (pristini spermanebam M^r), pristinis spernebam *R* ‖ 15. meam *Ω*, me eam M^r, me eam *M. Orelli*, me M. ϛ, *bene* ‖ 18. coegissent *ex* cogissent M^c ‖ 19. reprehensionem *GR* | quo *Ω*, qua *alii* ‖ 20. de ui de *M*, de uite *GR* ‖ 21. hac M^c, haec M^1, hec (*ut solent*) *GR* ‖ 25. inuasere *MR* (inuadere M^r), euadere *G* ‖ 26. hac *ex* haec M^c ‖ 28. putaram M^r, putarem *Ω* ‖ consulto *ex* -tus M^r ‖ 31. questus *ex* quaestus M^c

audissem ex aliis, maxime ex meo fratre cognovi, quem cum in Sardinia Pompeius paucis post diebus, quam Luca discesserat, convenisset, 'te', inquit, 'ipsum cupio; nihil oportunius potuit accidere: nisi cum Marco fratre diligenter egeris, dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopondisti'; quid multa? questus est graviter: sua merita commemoravit; quid egisset saepissime de actis Caesaris cum ipso meo fratre quidque sibi is de me recepisset, in memoriam redegit seque, quae de mea salute egisset, voluntate Caesaris egisse ipsum meum fratrem testatus est; cuius causam dignitatemque mihi ut commendaret, rogavit, ut eam ne oppugnarem, si nollem aut non possem tueri. haec cum ad me frater pertulisset et cum tamen 10
Pompeius ad me cum mandatis Vibullium misisset, ut integrum mihi de causa Campana ad suum reditum reservarem, conlegi ipse me et cum ipsa quasi re publica conlocutus sum, ut mihi tam multa pro se perpesso atque perfuncto concederet, ut officium meum memoremque in bene meritos animum fidemque fratris mei praestarem, eumque, quem bonum civem semper habuisset, bonum virum esse pateretur. in illis autem meis actionibus sententiisque omnibus, quae Pompeium videbantur offendere, certorum hominum, quos iam debes suspicari, sermones referebantur ad me, qui cum illa sentirent in re publica, quae ego agebam, semperque sensissent, me tamen non satis facere Pompeio Caesaremque inimicissimum mihi futurum gaudere se aiebant; erat hoc mihi dolendum, sed multo illud magis, quod inimicum meum — meum autem? immo vero legum, iudiciorum, otii, patriae, bonorum omnium — sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me praesente osculabantur, non illi quidem ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidi, sed certe ut facere se arbitrarentur: hic ego, quantum humano consilio efficere potui, circumspectis rebus meis omnibus rationibusque subductis summam feci cogitationum mearum omnium, quam tibi, si potero, breviter exponam. ego, si ab 11
improbis et perditis civibus rem publicam teneri viderem, sicut et

---

3. inquid *MG* ‖ opportunius ς ‖ 5. questus *ex* quaestus *M*c ‖ 5. 6. sua maxima merita *G* ‖ 7. is *ex* his *M*c ‖ praecepisset *GR* ‖ 8. redigit *M* ‖ egisse *M*c, egisset *M*1, *om. GR* ‖ 9. cuius *om. GR* ‖ 10. commodaret *GR* ‖ 11. et cum tamen *M*, et eum tamen *G*, ut eum cum tamen *R*. et cum etiam *Madvig* ('*adv. crit.*' III *p.* 156) ‖ 12. manda tis, s *erasa*, *M* ‖ uibullium *M*, bibulum *G*, in (*sup. vs. a* 1) bibulum *R* ‖ 16. animumque *M* ‖ 17. habuissem *MR* (-set *M*r), habuissent *G* ‖ 20. perferebantur *vel* deferebantur *Orelli* ‖ 23. agebant Ω (aiebant *M*r) ‖ 27. occultabantur *M* (osc. *M*r), ocultabantur *R*, occultabant *G* ‖ stomachum *ex* sthomacum *M*c ‖ 29. circuminspectis Ω (in *exp.* *M*r) ‖ 32. sicut et *GR*, sic et *M* (sicut et *M*r)

Cinneis temporibus scimus et nonnullis aliis accidisse, non modo praemiis, quae apud me minimum valent, sed ne periculis quidem compulsus ullis, quibus tamen moventur etiam fortissimi viri, ad eorum causam me adiungerem, ne si summa quidem eorum in me merita constarent; cum autem in re publica Cn. Pompeius princeps esset vir, is qui hanc potentiam et gloriam maximis in rem publicam meritis praestantissimisque rebus gestis esset consecutus cuiusque ego dignitatis ab adulescentia fautor, in praetura autem et in consulatu adiutor etiam extitissem, cumque idem auctoritate et sententia per se, consiliis et studiis tecum me adiuvisset meumque inimicum unum in civitate haberet inimicum, non putavi famam inconstantiae mihi pertimescendam, si quibusdam in sententiis paullum me inmutassem meamque voluntatem ad summi viri de meque
12 optime meriti dignitatem adgregassem. in hac sententia complectendus erat mihi Caesar, ut vides, in coniuncta et causa et dignitate: hic multum valuit cum vetus amicitia, quam tu non ignoras mihi et Quinto fratri cum Caesare fuisse, tum humanitas eius ac liberalitas brevi tempore et litteris et officiis perspecta nobis et cognita; vehementer etiam res ipsa publica me movit, quae mihi videbatur contentionem, praesertim maximis rebus a Caesare gestis, cum illis viris nolle fieri et, ne fieret, vehementer recusare; gravissime autem me in hac mente impulit et Pompei fides, quam de me Caesari dederat, et fratris mei, quam Pompeio; erant praeterea haec animadvertenda in civitate, quae sunt apud Platonem nostrum scripta divinitus, quales in re publica principes essent, talis reliquos solere esse cives. tenebam memoria nobis consulibus ea fundamenta iacta ex K. Ianuariis confirmandi senatus, ut neminem mirari oporteret Nonis Decembr. tantum vel animi fuisse in illo ordine vel auctoritatis, idemque memineram nobis privatis usque ad Caesarem et Bibulum consules, cum sententiae nostrae magnum in senatu

---

1. cinneis Ω (*in M* ci *litt. erasae, sed post* P^1 *qui* cum eis *legit* — cum meis P^2, sicut et meis *in mg. P a m. al.* —, *in R* cinneis *m.* 1 *ex* cinness, *ut vid.*). Cinnae *vel* Cinnanis — *hoc iam Graevius* — *coni. Rühl* ('*Königsb. wiss. Monatsbl.*' VI. 1878. *p.* 26), *estque* Cinneis *forma etiam O. Hirschfeldio valde dubia* (*de* Cinnanus *forma v.* '*Arch. f. lat. Lexicogr.*' I *p.* 179). meis M^r ‖ accidisse *ex* accipisse M^c ‖ 8. fautor *G*, fauctor *M*, factor *R* ‖ 9. consolatu *M* extitisse *M* ‖ cumque M^r, quaecumque Ω ‖ 12. paulum *GR* ‖ 13. meme *G* ‖ inputassem *M* (inm. M^r) ‖ meque *M*, me *GR* ‖ 14. adgregasse M^1 (-sem M^c) 17. et Quinto] et que *M* (quo, *ut vid.*, M^r), atque *GR* ‖ 22. hanc mentem M^c pompeii GRM^c ‖ 24. quae sunt apud platonem nostrum *MG* (*sed in G post* sunt *nota quaedam extat quae fort. transpositionem indicat*), quae apud platonem sunt nostrum *R* ‖ 25. tales *GR*, *qualia tacite ad M conformata sunt* ‖ 27. iacta M^r, iactatam *M*, iactata *GR*. iacta iam *Baiter* ‖ 30. consulem Ω (-les M^r)

pondus haberent, unum fere sensum fuisse bonorum omnium. postea, 13
cum tu Hispaniam citeriorem cum imperio optineres neque res
publica consules haberet, sed mercatores provinciarum et seditionum
servos ac ministros, iecit quidam casus caput meum quasi certa-
minis causa in mediam contentionem dissensionemque civilem, quo
in discrimine cum mirificus senatus, incredibilis Italiae totius, sin-
gularis omnium bonorum consensus in me tuendo extitisset, non
dicam, quid acciderit — multorum est enim et varia culpa —,
tantum dicam brevi, non mihi exercitum, sed duces defuisse. in quo,
ut iam sit in eis culpa, qui me non defenderunt, non minor est in
eis, qui reliquerunt, et, si accusandi sunt, si qui pertimuerunt,
magis etiam reprehendendi, si qui se timere simularunt: illud quidem
certe nostrum consilium iure laudandum est, qui meos cives et a
me conservatos et me servare cupientis spoliatos ducibus servis
armatis obici noluerim declararique maluerim, quanta vis esse po-
tuisset in consensu bonorum, si eis pro me stante pugnare licuisset,
cum adflictum excitare potuissent: quorum quidem animum tu non
perspexisti solum, cum de me ageres, sed etiam confirmasti atque
tenuisti. qua in causa — non modo non negabo, sed etiam semper 14
et meminero et praedicabo libenter — usus es quibusdam nobilissi-
mis hominibus fortioribus in me restituendo, quam fuerant idem in
tenendo: qua in sententia si constare voluissent, suam auctoritatem
simul cum salute mea recuperassent, recreatis enim bonis viris con-
sulatu tuo et constantissimis atque optimis actionibus tuis excitatis,
Cn. Pompeio praesertim ad causam adiuncto, cum etiam Caesar rebus
maximis gestis singularibus ornatus et novis honoribus ac iudiciis
senatus ad auctoritatem eius ordinis adiungeretur, nulli inprobo civi
locus ad rem publicam violandam esse potuisset: sed adtende, quaeso, 15
quae sint consecuta. primum illa furia muliebrium religionum, qui
non pluris fecerat Bonam Deam quam tris sorores, impunitatemst
illorum sententiis adsecutus, qui, cum tr. pl. poenas a seditioso civi

2. citeriorem *G*, citeriorum *M*¹ (-rem *M*ᶜ), ceteriorem *R* ‖ 4. cassus *M* ‖ caput *R*, aput *M* (caput *M*ᶜ), apud *G* ‖ 6. mirificus senatus] mirifica senatus *M*, mirificus et *GR* ‖ italiae] (1 *litt. erasa*) etotius *M*, italiae et octio *G*, italiae tocius *R* ‖ 7. consensus *Ω* (*in M* us *in ras. corr. a M*ᶜ), mirifica consensio ς. *de* consensus *voc. cf. Mommsen* '*r. Staatsrecht*' III, 1 *p.* 305 ‖ 9. dufuisse *M* ‖ 10. eis] his *Ω*, iis ς ‖ defenderunt *in ras. M*ᶜ ‖ 11. eis] his *Ω*, iis ς ‖ pertimuerunt *GR*, *sed a R*¹ *correctum* ‖ 16. eis] his *GR*, hi *ex* his *radendo M*, iis ς ‖ pugnare licuisset *GR*, pugna reliquisset *M* (-sent *M*¹) ‖ 17. excitare *M*, excita R · P · *G*, excitare. p. *R* ‖ potuissent — 18. sed *om. GR* ‖ 21. quam *M*¹, cum *M*¹. *verba* quam — 23. mea *om. GR* ‖ iidem *M*ᶜ ‖ 23. cum recuperassent *GR* ‖ recreati enim boni uiri *Ω* (in boni uiri *R*), *corr. M*ᶜ ‖ 23. 24. consolatu *M* ‖ 24. excitatis *M*¹, exercitati *Ω* ‖ 25. adiuncto *R*, -tio *MG* (*in M* i *erasa*) ‖ 29. sint *GR*, sit *M* ‖ illa furia *Bandinelli*, illa furta *Ω*, ille fur ς ‖ 30. deeam *M* ‖ 30. 31. impunitatem stillorum *M*, i. est illorum *GR* ‖ 31. tr. pl.] tirannus (tyr. *R*) publio (puplio *G*) lentulus *Ω*

per bonos viros iudicio persequi vellet, exemplum praeclarissimum in posterum vindicandae seditionis de re publica sustulerunt idemque postea non meum monumentum — non enim illae manubiae meae, sed operis locatio mea fuerat —, monumentum vero senatus hostili nomine et cruentis inustum litteris esse passi sunt: qui me homines quod salvum esse voluerunt, est mihi gratissimum; sed vellem non solum salutis meae, quemadmodum medici, sed, ut aliptae, etiam virium et coloris rationem habere voluissent: nunc, ut Apelles Veneris caput et summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis incohatam reliquit, sic quidam homines in capite meo solum elaborarunt, relicuum corpus imper-
16 fectum ac rude reliquerunt; in quo ego spem fefelli non modo invidorum, sed etiam inimicorum meorum, qui de uno acerrimo et fortissimo viro meoque iudicio omnium magnitudine animi et constantia praestantissimo, Q. Metello L. f., quondam falsam opinionem acceperunt, quem post reditum dictitant fracto animo et demisso fuisse; — est vero probandum, qui et summa voluntate cesserit et egregia animi alacritate afuerit neque sane redire curarit, eum ob id ipsum fractum fuisse, in quo cum omnes homines, tum M. illum Scaurum, singularem virum, constantia et gravitate superasset! —; sed, quod de illo acceperant aut etiam suspicabantur, de me idem cogitabant, abiectiore animo me futurum, cum res publica maiorem etiam mihi animum, quam umquam habuissem, daret, quom declarasset se non potuisse me uno civi carere cumque Metellum unius tr. pl. rogatio, me universa res publica duce senatu comitante Italia, promulgantibus † omnibus referente consule, comitiis centuriatis, cunctis ordinibus hominibus incumbentibus, omnibus denique suis

---

2. seditionis *ex* -es M^c ‖ 2. 3. iidemque ς ‖ 3. monimentum *GR* ‖ 9. appelles *GR* ‖ 10. incohatam] incohatam, co *in ras.*, h *sup. vs. a* M^r, *M* (incoatam *P*), inchoatam *GR*. *cf. H. Iordan 'quaest. Tull.'* (*Regim.* 1884) *p.* 4 ‖ quidem *G* ‖ 11. relicuum *M*, reliqum *G*, reliquum *R* ‖ 11. 12. infectum *R* ‖ 14. ui ro, 1 *litt. erasa*, *M* ‖ maḡ | tudine *M* ‖ 15. Q.] que *Ω* ‖ l. f. *M*, l. l. *GR* ‖ 16. acceperant *alii* ‖ 17. est vero probandum *suspectat Orelli* ‖ 18. curarit ς, -ret *Ω* ‖ 19. fractum ς, factum *Ω* ‖ 23. quom] quem *ex* quam M^1, *ut vid.* (quem *P*), cum *GR*, quae *alii* ‖ 23. 24. declarasset se *G*, declarasset (-et *m.* 1 *ex* -ent) *R*, declares et (et *punctis notavit m.* 1) set se *M* ‖ 26. omnibus] octo tribunis *Schütz. quod verum est, si verba* referente consule *tenentur: sic enim adluditur ad eam octo tr. pl. promulgationem qua fretus Lentulus consul K. Ian. a.* 697 *de Cicerone revocando ad senatum rettulit.* omnibus ⟨magistratibus⟩ te ferente c. *Lehmann* (*p.* 55 *sq.*): *ita verba* prom. o. mag. *intellegenda sunt de promulgatione ab omnibus magistratibus excepto Ap. Claudio m. Ianuario facta,* te ferente consule *de lege Cornelia a Lentulo Sextili mense lata* (*cf. Lange 'r. Alterth.'* III² *p.* 311 *sq*) ‖ centuriatiis *M*, -atus *R*, -acus *G* ‖ 27. hominibus *M*, omnibus *GR*, *delebat Graevius* ord. ⟨aetatibus⟩ hom. *Wesenberg.* hominum atque ordinum omnium studia *iunguntur etiam* III, 10, 4, *in asyndeto autem nemo hodie offendet*

viribus reciperavisset. neque vero ego mihi postea quicquam ad- 17
sumpsi neque hodie adsumo, quod quemquam malevolentissimum
iure possit offendere: tantum enitor, ut neque amicis neque etiam
alienioribus opera, consilio, labore desim. hic meae vitae cursus
offendit eos fortasse, qui splendorem et speciem huius vitae intuen-
tur, sollicitudinem autem et laborem perspicere non possunt; illud
vero non obscure queruntur, in meis sententiis, quibus ornem Cae-
sarem, quasi desciscere me ⟨a⟩ pristina causa. ego autem cum illa
sequor, quae paulo ante proposui, tum hoc non in postremis, de
quo coeperam exponere: non offendes eundem bonorum sensum,
Lentule, quem reliquisti, qui confirmatus consulatu nostro, ⟨non-⟩
numquam postea interruptus, adflictus ante te consulem, recreatus
aps te totus est nunc ab eis, a quibus tuendus fuerat, derelictus,
idque non solum fronte atque vultu, quibus simulatio facillime
sustinetur, declarant iei, qui tum nostro illo statu optimates no-
minabantur, sed etiam sensu saepe iam tabellaque docuerunt: itaque 18
tota iam sapientium civium, qualem me et esse et numerari volo,
et sententia et voluntas mutata esse debet, id enim iubet eidem
ille Plato, †quod ego vehementer auctoremque or, 'tantum conten-
dere in re publica, quantum probare tuis civibus possis; vim neque
parenti nec patriae adferre oportere.' atque hanc quidem ille causam
sibi ait non attingendae rei publicae fuisse, quod, cum offendisset
populum Atheniensem prope iam desipientem senectute cumque
eum nec persuadendo nec cogendo regi posse vidisset, cum persua-

1. reciperauisset *M*, recipere licuisset *G*, recipere curasset *R* ‖ quidquam *R*. *qualia amplius non memorabuntur, sed tacite ad M conformabuntur* ‖ 2 adsummo *M* ‖ maliuolentissimum *GR* (*cf. ad p.* 8, 21) ‖ 7. sententiis *ex* sentiis M^c ‖ 8. desciscere me *Schütz*, descisceremi *MG*, descisser (*nota interpunctionis, ut vid., erasa*) in *R* ‖ a *om.* Ω ‖ 9. paullo ς ‖ tum hoc *M*, tu in hoc *G*, tum in hoc *R* ‖ 10. offendes *M* (-ens M^r), -as *GR* ‖ 11. 12. nonnumquam *Victorius*, numquam Ω ‖ 13. aps *M*, abs *GR* (M^r) ‖ eis] his Ω ‖ 14. idque *fort. ex* id quod *radendo R* ‖ 15. declarant iei *scripsi*, declaranti ei *M*, declarant ii (hii *G*) *GR* ‖ tum ⟨in⟩ nostro *Wesenberg* ‖ 16. sensu] sententia *Manutius*, *at cf. Klotz* (*Cic. op.*[2] III, 1 *p.* V) *et Tyrrell* (*Cic. ep. t.* II *p.* 174) ‖ iam tabellaque *MG*, tabella *R* ‖ 18. eidem Ω, idem M^r ‖ 19. quod e. u. auctoremque ortatum *M*, *et ita legit P nisi quod* quo *ex* quod *m.* 1 *expungendo fecit* (quem e. u. auctoremque sequor (*hoc voc. in mg. a. m. s.* XV) ortantum M^r), quod e. u. optarem te ortatum (hortatum *R*) *GR*. quem ego uehementer auctorem sequor, tantum ς (*ex* M^r) *an* quo ego vehementer auctore moveor, tantum? *cf. v. c.* III, 8, 5: 'quare potes doctissimis hominibus auctoribus genus hoc totum orationis tollere', *Liv* XXI, 38, 3: 'L. Cincius Alimentus maxime auctor moveret' *et v. ann. philol.* 1884 *p.* 108 *sq.* ‖ 19. 20. contendere *MR*, condere *G* ‖ 20. quantum *ex* tuantum *M* ‖ ciuibus *ex* -tus M^1 ‖ 20. 21 neque neque par. *M* ‖ 22. attingendae *GR*, ait tingende *M* ‖ 23. cumque – 24. vidisset *a multis suspectata vel temptata, iniuria. alludit Cicero ad Platonis epistulas quintam et septimam, quae quamvis suppositicuae essent* (*v. Zeller* '*Archiv f. Gesch. d. Philosophie*' I. 1888 *p.* 614 *sq.*), *tamquam genuinae dudum tum circumferebantur. septima autem in epistula* (*epist. Gr. p.* 503 *sq. Hr.*) *personatus Plato narrat se iuvenem bis rei publicae operam navare*

deri posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur: mea ratio fuit alia, quod neque desipiente populo nec integra re mihi ad consulendum, capesseremne rem publicam, implicatus tenebar, sed laetatus tamen sum, quod mihi liceret in eadem causa et mihi utilia et cuivis bono recta defendere; huc accessit commemoranda quaedam et divina Caesaris in me fratremque meum liberalitas: qui mihi, quascunque res gereret, tuendus esset, nunc in tanta felicitate tantisque victoriis, etiamsi in nos non is esset, qui est, tamen ornandus videretur; sic enim te existimare velim, cum a vobis, meae salutis auctoribus, discesserim, neminem esse, cuius officiis me tam esse devinctum non solum confitear, sed etiam
19 gaudeam. quod quoniam tibi exposui, facilia sunt ea, quae a me de Vatinio et de Crasso requiris; nam, de Appio quod scribis, sicuti de Caesare, te non reprehendere, gaudeo tibi consilium probari meum. de Vatinio autem, primum reditus intercesserat in gratiam per Pompeium, statim ut ille praetor est factus, cum quidem ego eius petitionem gravissimis in senatu sententiis oppugnassem, neque tam illius laedendi causa quam defendendi atque ornandi Catonis; post autem Caesaris, ut illum defenderem, mira contentio est consecuta. cur autem laudarim, peto a te, ut id a me neve in hoc reo neve in aliis requiras, ne tibi ego idem reponam, cum veneris — tametsi possum vel apsenti, recordare enim, quibus laudationem ex ultimis terris miseris; nec hoc pertimueris, nam a me ipso laudantur et laudabuntur idem —; sed tamen defendendi Vatinii fuit etiam ille stimulus, de quo in iudicio, quom illum defenderem, dixi me facere quiddam, quod in 'Eunucho' parasitus suaderet militi:

ubi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam
continuo; si quando illa dicet 'Phaedriam
intro mittamus comisatum', Pamphilam

voluisse, sed propter hominum perversitatem bis destitisse itaque rem in perpetuum omisisse. verba igitur cumque — vidisset *ad ea spectant quae Plato in adulescentia bis expertus est, contra* cum persuaderi — arbitraretur *ad normam quam philosophus experientia edoctus postea secutus est*

1. posse *om.* *R* ‖ 2. populo *ex* poculo M^c ‖ 5. cuiuis bono recta *M*, ciuibus bene recta *G*, ciuium bono retia *R* ‖ 7. gereret M^c, geret M^1, iniret *G*, in ira *R* ‖ 9. sic M^r, si *Ω* ‖ 10. discesserim *MR* (dis *ex* di R^1), discerem *G* ‖ esse cuius] essecutus *M*, es secutus *GR* ‖ 11. tam *M*, tamen *GR* ‖ 13. de crasso *MR*, crasso *G* ‖ 17. petitionem *ex* -ne M^c ‖ 22. possim *R* ‖ 24. iidem ς ‖ defendendi Vatinii — *p.* 23, 3 mordeat *adferuntur ab Ioanne de Monsterolio ap. A. Thomam 'de I. d. M. vita et operibus' diss. Paris.* 1883 *p.* 107, *v. praef.* ‖ defendendi *GR*, defendi *M* ‖ 25. quom] quam *MG*, quando *R* ‖ 26. quiddam *MR*, *om.* *G* ‖ parisitus *M* ‖ 27 sq. *versus* (*Ter. Eun.* 440 *sq.*) *in Ω tamquam oratio soluta scripti* 27. nominabit *R*, nominauit *MG* ‖ 28. si quod illam phedriam *G* ‖ 29. comisatum *M* (comesatum M^r), comissatum *R*, comessatum *G* ‖ pamphilam *MGR*, tu p. ς

cantatum provocemus; si laudabit haec
illius formam, tu huius contra. denique
par pro pari referto, quod eam mordeat.

sic petivi a iudicibus, ut, quoniam quidam nobiles homines et de me optime meriti nimis amarent inimicum meum meque inspectante saepe eum in senatu modo severe seducerent, modo familiariter atque hilare amplexarentur, quoniamque illi haberent suum Publium, darent mihi ipsi alium Publium, in quo possem illorum animos mediocriter lacessitus leviter repungere: neque solum dixi, sed etiam saepe facio deis hominibusque adprobantibus. habes de Vatinio: 20 cognosce de Crasso. ego, cum mihi cum illo magna iam gratia esset, quod eius omnes gravissimas iniurias communis concordiae causa voluntaria quadam oblivione contrieram, repentinam eius defensionem Gabinii, quem proximis superioribus diebus acerrime oppugnasset, tamen, si sine ulla mea contumelia suscepisset, tulissem; sed, cum me disputantem, non lacessentem laesisset, exarsi non solum praesenti, credo, iracundia — nam ea tam vehemens fortasse non fuisset —, sed, cum inclusum illud odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, residuum tamen insciente me fuisset, omne repente apparuit: quo quidem tempore ipso quidam homines, et eidem illi, quos saepe †significationeque appello, cum se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea meque tum denique sibi esse visum rei publicae, qualis fuissem, restitutum cumque ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset, gaudere se dicebant mihi et illum inimicum et eos, qui in eadem causa essent, numquam amicos futuros; quorum iniqui sermones cum ad me per homines honestissimos perferrentur cumque Pompeius ita contendisset, ut nihil umquam magis, ut cum Crasso redirem in gratiam, Caesarque per litteras maxima se molestia ex illa contentione adfectum ostenderet,

1. cantatum *ex* catatum *M*^c ‖ 2. formam *ex* forma *M*^c ‖ 3. pro *MR*, *om.* *G*ς ‖ 4. petiui *ex* -uit *radendo M* ‖ quoniam *MG*, quam *R* ‖ 10. dehis (deis *M*^r) hominibusque adprobantibus *M*, de his hominibus quae adprobem tibi *G*, cede de his (*sup. vs. a m. 2 additum* crasso) omnibus que approbam tibi *R* ‖ 13. uoluntaria, *ult.* a *corr. ex* e, *ut vid.*, *a m.* 1, *M* ‖ quedam *M* ‖ contrieram *P* (*cf.* IX, 25, 1), conteram *Ω* (contriueram *M*^c) ‖ 14. gabinti *M* ‖ proximis superioribus] *cf. I. Müller in Bursiani 'Iahresber.'* 1882 II *p.* 12 ‖ 17. non solum — *p.* 29, 10 (II, 1, 2) consecutus *om. G* (exarsi *in fine versus scriptum est, deinde spatium unius versus relictum*) ‖ 18. odium, h *er.*, *M* ‖ 20. fuisset ς, fugisset *MR* ‖ quo *M*, quod *R* ‖ 21. eidem *MR*, iidem ς ‖ quos *ex* quo *M*^r ‖ 22. significationeque *M* (nutu *sup. vs. add. M*^r, *om. P*), significatione *R*. significo neque appello *Madvig* ('*adv. crit.*' III *p.* 156), *bene* ‖ cum se *M*, cum se *R* ‖ 23. meque tum cepiss (*sic*) denique *R* ‖ 26. qui in *M*, quin *R* ‖ causam *M* ‖ 28. perferentur *M* (-rr- *M*^r) ‖ 30. molestiae *M* (e *exp. M*^r) ‖ ostenderet, h *fort. er.*, *R*

habui non temporum solum rationem meorum, sed etiam naturae, Crassusque, ut quasi testata populo Romano esset nostra gratia, paene a meis laribus in provinciam est profectus — nam, cum mihi condixisset, cenavit †apud in mei generi Crassipedis hortis —, quamobrem eius causam, quod te scribis audisse, magna illius commendatione susceptam defendi in senatu, sicut mea fides postulabat.
21 accepisti, quibus rebus adductus quamque rem causamque defenderim quique meus in re publica sit pro mea parte capessenda status; de quo sic velim statuas, me haec eadem sensurum fuisse, si mihi integra omnia ac libera fuissent: nam neque pugnandum arbitrarer contra tantas opes neque delendum, etiamsi id fieri posset, summorum civium principatum ⟨neque⟩ permanendum in una sententia conversis rebus ac bonorum voluntatibus mutatis, sed temporibus adsentiendum; numquam enim praestantibus in re publica gubernanda viris laudata est in una sententia perpetua permansio, sed, ut in navigando tempestati obsequi artis est, etiamsi portum tenere non queas, cum vero id possis mutata velificatione adsequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem coeperis, potius quam eo commutato quo velis tamen pervenire, sic, cum omnibus nobis in administranda re publica propositum esse debeat id, quod a me saepissime dictum est, cum dignitate otium, non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus. quamobrem, ut paulo ante posui, si essent omnia mihi solutissima, tamen in re publica non alius essem, atque nunc sum; cum vero in hunc sensum et alliciar beneficiis hominum et compellar iniuriis, facile patior ea

1. temporum *R*, -e, *ut vid.*, M^1 (-um M^r) ‖ meorum *R*, eorum *M* ‖ 2. testa *R* ‖ 3. a meis ς, a mieis *nimio archaismo M*, amicis *R* ‖ 4. condixisset *M*, cum dixisset (*sic*) *R* ‖ apud in *M* (me *sup. vs. add.* M^r), apud *R*, apud me in ς. paludatus in *conieci ann. phil.* 1891 *p.* 67. *quod si verum est, Crassus, qui perbrevi postea* paludatus *urbe exiit cum Parthis bellaturus* (*ad Att.* IV, 13, 2: *medio fere m. Novembri a.* 699 *scr. statim post illius profectionem*), *vel ad cenam praeter morem* (*v. Mommsen* '*Staatsr.*' I³ *p.* 432) *paludamento indutus venerat, nimirum ut belligerandi suum studium palam exhiberet* ‖ hortos *R* ‖ 7. quamque rem *M*, quamquam rem *R*, quam rem *Lehmann* ('*Iahresber. d. phil. Vereins*' XIV. 1888. *p.* 256) ‖ 8. meus *pro* omnis *corr.* R^1 ‖ 10. pugnando *R* ‖ 11. contra — 12. civium *om. R* ‖ 12. principatu *R* ‖ neque *om. MR* (nec *add.* M^r) ‖ 13. conuersis *ex* -si M^c ‖ uoluptatibus *MR* (n *corr.* M^r) ‖ 14. ⟨in⟩ praestantibus *Wesenberg* ‖ 16. *in* etiamsi *non cum Lehmanno* ('*quaest. Tull.*' *p.* 126) *haerendum* ‖ 17. non queas — 18. tenere *om. R* ‖ 18. tum periculo sursum *R* ‖ coeperis *M*, ceperis *R*ς. *cf. Cic. p. Rosc. Am.* 19, 52: 'illud, quod coepimus, videamus', *Brut.* 20: 'quare, si tibi est commodum, ede illa, quae coeperas, et Bruto et mihi', *de leg.* II, 27, 69: 'tu vero dic et istam rationem, quam coepisti, tene': *nullo horum locorum est quod de transitivo usu et ante et post Ciceronem frequenti voc.* coepisse *dubitemus.* inceperis *Cobet* (*Mnemos.* VIII. 1880. *p.* 183), *at cf. Thielmann diss. Argent.* II *p.* 380, susceperis *dubitanter I. Müller* (*cf. ad p.* 23, 14) *p.* 23 ‖ 19. sic *R* (M^r), si *M* ‖ 20. id *ex* it M^c ‖ 21. est *om. R* ‖ 22. paullo ς ‖ 23. solutis *R* (*in fine vs.*) ‖ 24. alius *M*, aliud *R* ‖ 25. ea *M*, ita *R*

me de re publica sentire ac dicere, quae maxime cum mihi, tum etiam rei publicae rationibus putem conducere, apertius autem haec ago ac saepius, quod et Quintus, frater meus, legatus est Caesaris et nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Caesare intercessit, quod ille non ita inlustri gratia exceperit, ut ego eum mihi devinctum putarem: itaque eius omni et gratia, quae summa est, et opibus, quas intellegis esse maximas, sic fruor, ut meis, nec mihi aliter potuisse videor hominum perditorum de me consilia frangere, nisi cum praesidiis eis, quae semper habui, nunc etiam potentium benivolentiam coniunxissem. his ego consiliis, si te prae- 22
sentem habuissem, ut opinio mea fert, essem usus eisdem — novi enim temperantiam et moderationem naturae tuae, novi animum cum mihi amicissimum, tum nulla in ceteros malevolentia suffusum, contraque cum magnum et excelsum, tum etiam apertum et simplicem: vidi ego quosdam in te talis, qualis tu eosdem in me videre potuisti: quae me moverunt, movissent eadem te profecto —: sed, quocumque tempore mihi potestas praesentis tui fuerit, tu eris omnium moderator consiliorum meorum, tibi erit eidem, cui salus mea fuit, etiam dignitas curae: me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium socium comitemque habebis, neque mihi in omni vita res tam erit ulla proposita, quam ut cotidie vehementius te de me optime meritum esse laetere.

quod rogas, ut mea tibi scripta mittam, quae post discessum 23
tuum scripserim, sunt orationes quaedam, quas Menocrito dabo, neque ita multae, ne pertimescas. scripsi etiam — nam †etiam ab orationibus diiungo fere referoque ad mansuetiores Musas, quae me maxime sicut iam a prima adulescentia delectarunt — scripsi igitur

1. mihi tum] mutum *M* (mi tum, 1 *litt. er.*, P^1, mihi tum P^2 *in mg.*, mi multum M^r), inistum *R*. meis tum *alii* ‖ 3. Quintus] qu *ex* que *radendo M*, *om. R* ‖ 5. eum *om. R* ‖ 6. deuintum M^1, *corr.* M^c ‖ 9. nisi *M*, n̍ ¦, 1 *litt. er.*, *R*. *qualia ex libris recentioribus amplius non adnotabuntur, sed ad M tacite conformabuntur* ‖ eis] his *MR*, iis ς ‖ 10. beniuolentia *R* ‖ 11. essem usus *R*, esse mus sus *M* ‖ ehisdem *M*, isdem *R* ‖ 13. nulla *ex* ulla R^1 ‖ 14. tum ς, tunc *MR* 15. uideo *R* ‖ 17. tu¦eris, 1 *litt. er.*, *M* (tu uerus P^1) ‖ 19. certe *ex* certae M^1, certo *R* ‖ 20. 21. comitemque] *cf. Plaut. Pseud.* 17 *G.* ‖ 21. mihi *om. R* ‖ tam *M*, tamen *R* ‖ 22. quotidie *M* ‖ 23. *post* laetere *spatium in MR relictum et in* Quod Q *litt. rubricata* ‖ 25. Menocrito] *cf. C. I. A.* III 1621: *Μηνόκριτος* ‖ 26. multo *R* ‖ pertimascas *(sic) M*, pertimescas ea *R* ‖ quaedam carmina *ad* scripsi etiam, *add. m. saec.* XV *in M* ‖ 27. diiungo *MR*, disiungo me M^r. nam me iam ab *Orelli* nam ab or. diiungo me fere *Graevius*. *mihi in* etiam *substantivum latere cum visum esset*, animum, *i. e.* aium, *suggessit Schmalz, vere puto. cf. ann. phil.* 1891 *p.* 68 ‖ referoque me ad *R* ‖ mansuetioris *M* (-es M^r) ‖ 27. 28. me maxime *M*, maxime *R*, me ⟨nunc⟩ maxime *Wesenberg*

Aristotelio more, quemadmodum quidem volui, tres libros in disputatione ac dialogo 'de oratore', quos arbitror Lentulo tuo fore non inutilis, abhorrent enim a communibus praeceptis atque omnem antiquorum, et Aristoteliam et Isocrateam, rationem oratoriam conplectuntur. scripsi etiam versibus tres libros 'de temporibus meis', quos iam pridem ad te misissem, si esse edendos putassem — sunt enim testes et erunt sempiterni meritorum erga me tuorum meaeque pietatis —, †sed, quia verebar non eos, qui se laesos arbitrarentur — etenim id feci parce et molliter —, sed eos, quos erat infinitum bene de ⟨me⟩ meritos omnis nominare; quos tamen ipsos libros, si quem, cui recte committam, invenero, curabo ad te perferendos. atque istam quidem partem vitae consuetudinisque nostrae totam ad te defero: quantum litteris, quantum studiis, veteribus nostris delectationibus, consequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum,
24 qui haec semper amasti, libentissime conferemus. quae ad me de tuis rebus domesticis scribis quaeque mihi commendas, ea tantae mihi curae sunt, ut me nolim admoneri, rogari vero sine magno dolore vix possim. quod de Quinti fratris negotio scribis, te priore aestate, quod morbo impeditus in Ciliciam non transieris, conficere non potuisse, nunc autem omnia facturum, ut conficias, id scito esse eiusmodi, ut frater meus vere existimet adiuncto isto fundo patrimonium fore suum per te constitutum. tu me de tuis rebus omnibus et de Lentuli tui nostrique studiis et exercitationibus velim quam familiarissime certiorem et quam saepissime facias existumesque neminem cuiquam neque cariorem neque iucundiorem umquam fuisse, quam te mihi, idque me non modo ut tu sentias, sed ut omnes gentes, etiam ut posteritas omnis intellegat esse
25 facturum. Appius in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiam in senatu palam sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega provinciam, si curiata lex non esset,

1. aristotelio *M* (-leo M^r), -lico *R* ‖ 1. 2. in disp. ac d. *cum Lambino del. Martyni-Laguna, at cf. I. Bernays 'd. Dial. d. Aristot.' p.* 137 *deque simili Senecae ratione O. Rossbach Herm.* XVII *p.* 365 *sq.* in *susp. Wesenberg, at cf. Nägelsbach-Müller 'lat. Stilistik' p.* 205^8 ‖ 3. a RM^c, *om.* M^1 ‖ atque *R*, ab M^1, et M^c ‖ 4. aristotelicam *R* ‖ hisocrateam *M*, insocrateam *R* ‖ 5. de t. m.] *cf. M. Grollmus 'de Cic. poeta' diss. Regim.* 1887 *p.* 34 *sq.* ‖ 6. mississem *M* ‖ 8. quia *del. I. F. Gronovius, melius post* nominare *lacunam statuit Wesenberg* ‖ 10. me *om.* MR^1, *sup. vs. add.* R^2 ‖ 14. delictationibus, b *corr. a* M^c, *M*, delectationis *R* ‖ omne ad ϛ, omne *M* (ad *sup. vs. add.* M^r), ad omne *R* ‖ 16. mihi commendas ea *om. R* ‖ tante *R*, et ante *M* (ut et ante M^r) ‖ 17. sint *MR* (sunt M^r) ‖ 18. uix *R*, uim *M* ‖ quod de Quinti] quod de que *M*, quodque de *R* ‖ te M^r, et *MR* ‖ 19. in ciciliam *M* ‖ 20. cito *R* ‖ 24. familiaris me *R* ‖ 26. tu *R*, te *M* (tu M^r) ‖ 27. etiam et post. *alii* ‖ 28. Appius] *cf. Mommsen 'r. Staatsr.'* I^3 *p.* 613 *sq.* ‖ dictabat *R* ‖ 30. con collega M^1, *corr.* M^c ‖ provincias *Wesenberg* ‖ curiate *M* (-ta M^r)

se paraturum cum collega tibique successurum, legemque curiatam consuli ferri opus esse, necesse non esse; se, quoniam ex senatus consulto provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in urbem introisset ego, quid ad te tuorum quisque necessariorum scribat, nescio; varias esse opiniones intellego: sunt, qui putant posse te non decedere, quod sine lege curiata tibi succedatur; sunt etiam, qui, si decedas, a te relinqui posse, qui provinciae praesit: mihi non tam de iure certum est — quamquam ne id quidem valde dubium est — quam illud, ad tuam summam amplitudinem, dignitatem, libertatem, qua te scio libentissime frui solere, pertinere te sine ulla mora provinciam successori concedere, praesertim cum sine suspicione tuae cupiditatis non possis illius cupiditatem refutare; ego utrumque meum puto esse, et, quid sentiam, ostendere et, quod feceris, defendere.

scripta iam epistula superiore accepi tuas litteras de publi- 26
canis, †quibus aequitatem tuam non potui non probare, felicitate a quid vellem consequi potuisses, ne eius ordinis, quem semper ornasti, rem aut voluntatem offenderes. equidem non desinam tua decreta defendere, sed nosti consuetudinem hominum: scis, quam graviter inimici ipsi illi Q. Scaevolae fuerint; tibi tamen sum auctor, ut, si quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut reconcilies aut mitiges: id etsi difficile est, tamen mihi videtur esse prudentiae tuae

X. (49.)

M. CICERO S. D. L. VALERIO IVRISCONSVLTO;

cur enim tibi hoc non gratificer, nescio, praesertim cum his temporibus audacia pro sapientia liceat uti. Lentulo nostro egi per litteras tuo nomine gratias diligenter; sed tu velim desinas iam nostris litteris uti et nos aliquando revisas et ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quam istic, ubi solus sapere videare; quamquam, qui istinc veniunt, partim te superbum esse dicunt, quod nihil

1. se paraturum *M*, seperaturum *R*. se compar. *post alios Wesenberg. at cf. Mommsen l. d. p.* 41 *et Sall. hist.* II, 16, 6 *p.* 133 *Jord.*' ‖ successerum *M*, subcessurum *R* ‖ legem *vel* legem quidem *alii* ‖ 2. 3. senatuconsulto *M*, s. c. *R* ‖ 4. quoad] quod *MR* ‖ 6. putent *alii* ‖ 7. qui si *M*ᶜ, qui se *M*¹, quis *R* ‖ 12. cupiditatis *M*, pietatis *R* ‖ possis *M*ʳ, possit *MR* ‖ 13. refutare *M*, res mutare *R* ‖ 14. quid feceris *R* ‖ 16. quibus] ubi *conieci ann. phil.* 1891 *p.* 68, ‹in› quibus *Ernesti*, quibus ‹lectis› *Streicher* (*p.* 194) ‖ 16. 17. felicitate a (ea *R*) quid *MR*. facilitate quidem (*cf. Nägelsbach-Müller 'lat. Stilist.' p.* 729⁵) *s*, felicitate quadam *vel* quidem *alii* ‖ 17. ne *sup. vs. R*¹ ‖ 18. offendere se quidem *M* ‖ 19. decreta *ex* decretam *M*¹ ‖ 20. illi q. sceuulae *M*, illique sceuole *R* ‖ 21. possis *om. R* ‖ 22. mitiges *M*, initias *R* ‖ 24. L.] lentulo *MR* ‖ 26. egi *M*, regi *R* ‖ 28. reuisas et *R*, reuissa esset *M* (reuises et *M*ʳ) ‖ 29. uidere *R* ‖ 30. istinc *Graevius*, isti (istinc *M*ʳ) nunc *MR*

respondeas, partim contumeliosum, quod male respondeas; sed iam cupio tecum coram iocari, quare fac, ut quam primum venias neque in Apuliam tuam accedas, ut possimus salvum venisse gaudere; nam, illo si veneris †tam Ulixes cognosces tuorum neminem.

II.

I. (61.)

M. CICERO S. D. CVRIONI.

1 Quamquam me nomine neglegentiae suspectum tibi esse doleo, tamen non tam mihi molestum fuit accusari abs te officium meum, quam iucundum requiri, praesertim quom, in quo accusabar, culpa vacarem, in quo autem desiderare te significabas meas litteras, prae te ferres perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem et optatum

---

3. gaudere *ex* gaude M^c ‖ 4. tam *M* (tanquam M^r), tu ut *R* ‖ ulixes, li *sup. vs. a m.* 1, *R* ‖ cognoscere (*cum Orellio*) tuorum nemini *Klotz. mihi M scripturam retineri posse videri, si verba sic distinguantur:* nam, illo si veneris tam Ulixes, cognosces tuorum neminem, *exposui ann. phil.* 1891 *p.* 68 *sq.* (nam illo si veneris, tamquam Ulixes c. t. n. *vulgo*) ‖ *subscribitur:* MARCI (I *radendo ex* VS) TVLLI (I *radendo ex* VS) CICERONIS EPISTOLARVM AD PVBLIO LENTVLVM EXPLICIT INCIPIT EIVSDEM AD CONSVLEM CVRIONEM FELIC. *M*, M. t. c. epistolarum ad p. lentulum liber primus explicit. incipit eiusdem ad curionem feliciter secundus *R* ‖ *Libro secundo in MR hic praemissus est index (leves quaedam R discrepantiae omissae sunt):* 1. M. CICERO SALVTEM DICIT CVRIONI QVAMQVAM ME NOMINE (Curioni | molestum *R*) 2. MARCVS CICERO S. D. CVRIONI GRAVI TESTE PRIVATVS ‖ 3. MARCVS (*om. R*) CICERO S. D. CVRIONI RVPAE (rure R^1 *in ras. ex* rupe) STVDIVM NON DEFVIT ‖ 4. CICERO SALVTEM DICIT CVRIONI | EPISTOLARVM GENERA ‖ 5. CICERO SALVTEM DICIT CVRIONI. C. (*hanc litt. om. R*) HAEC NEGOTIA QVOMODO ‖ 6. M. (*om. R*) CICERO S. D. C. CVRIONI | NONDVM ERAT AVDITVM ‖ 7. *om. MR* ‖ 8. MARCVS (*om. R*) CICERO PROCOS. S. D. M. CELLIO (s. d. marcellio *R*) QVID TV ME (mec *R*) HOC TIBI MANDASSE ‖ 9. M. (*om. R*) CICERO S. D. PROCOS. MARCELLIO AEDILI CVRVLI DESIGNATO ‖ 10. M. (*om. R*) CICERO IMP. SALVTEM D. MARCELLIO | AEDILI (edili marcellio *R*) CVRVLI DESIGNATO ‖ 11. M. (*om. constanter R*) CICERO IMP. S. D. MARCELLIO AEDILI CVRVLI PVTARES ‖ 12. M. CICERO IMP. S. D. MARCELLIO AEDILI CVRVLI SOLLICITVS ‖ 13. M. CICERO IMP. S. D. MARCELLIO AEDILI CVRVLI RARAS (aras *R*) TVAS ‖ 14. CICERO IMP. SALVTEM D. MARCELLIO AEDILI CVRVLI M. FABIO (m. f. *R*) 15. M. CICERO IMP. S. D. MARCELLIO AEDILI CVRVLI NON POTVIT 16. M. CICERO IMP. S. D. MARCELLIO (Marĉ. — *sic antea quoque* — edili curuli *R*) MAGNO DOLORE ME (mee *R*) ‖ 17. M. CICERO IMP. S. D. SALVSTIVM (salustio *R*) PROQVAES. (pro quo *R*) LITTERAS ‖ 18. M. CICERO IMP. S. DICIT Q. THERMO PRO. (pro re *R*) ‖ 19. M. TVLLIVS M. F. (M. F. *om. R*) CICERO IMP. M. CELLIO (marcellio *R*) L. F. (le *R*) GN. CAL. DOQ. 6. *inscriptionem om. R* ‖ ⟨C.⟩ Curioni ς ‖ 7. Quamquam — 8. mihi *in M rubricata, in R omissa* ‖ 7. negl. nom. *Wesenberg* ‖ susceptum *M* ‖ 9. quom] quam *M* (quum *et* quod M^r), cum *R* ‖ 11. mihi quidem] *incipit fragmentum Freierianum, cf. Golisch Philol.* XXVI. 1867. *p.* 701 *sq.* (*S*) ‖ dulcem exoptatum *R*

amorem tuum. equidem neminem praetermisi, quem quidem ad te perventurum putarem, cui litteras non dederim: etenim quis est tam [in] scribendo impiger quam ego? a te vero bis terve summum et eas perbrevis accepi. quare, si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine: sin me id facere noles, te mihi aequum praebere debebis. sed de litteris hactenus: non enim vereor, ne non scribendo te expleam, praesertim si in eo genere studium meum non aspernabere. ego te afuisse tamdiu a nobis et dolui, 2
quod carui fructu iucundissimae consuetudinis, et laetor, quod absens omnia cum maxima dignitate es consecutus quodque in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondit. breve est, quod me tibi praecipere meus incredibilis in te amor cogit: tanta est expectatio vel animi vel ingenii tui, ut ego te opsecrare optestarique non dubitem, sic ad nos conformatus revertare, ut, quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri possis, et, quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla umquam delebit oblivio, te rogo, ut memineris, quantaecumque tibi accessiones fient et fortunae et dignitatis, eas te non potuisse consequi, nisi meis puer olim fidelissimis atque amantissimis consiliis paruisses. quare hoc animo in nos esse debebis, ut aetas nostra iam ingravescens in amore atque in adulescentia tua conquiescat.

II. (62.)

M. CICERO S. D. C. CVRIONI.

Gravi teste privatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo, clarissimo viro, qui cum suis laudibus, tum vero te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset, ut te ante videret, quam a vita discederet; sed spero nostram amicitiam non egere testibus. tibi patrimonium dei fortunent: me certe habebis, cui et carus aeque sis et iucundus, ac fuisti patri.

2. putarim *S* ‖ 3. in *RS*, *om. M* ‖ ad te *S* ‖ terue *SM*[c], terne *M*[1], terque *R* ad summum *M*[r]*P*[2] *in mg.* ‖ 4. es *S* — *si quidem silentio collatoris fidere licet* —, est *MR* (*in M* t *erasa*) ‖ 4. 5. condemnabo *S*, commendabo *MR* ‖ 6. de *om. R* 7. genere *RS*, negere *M* ‖ 10. quodque] Quod *G*, *qui rursus incipit* ‖ 12. praecipere meus *RS*, praeciperem eius (*sed* i *erasa*) *M*, praeciperem *G* ‖ 13. et ego *S* ‖ 14. conformatus *M*, confirmatus *GRS* (*M*[r]: *utrumque habet quo se commendet*) ‖ reuertare *S* (*M*[r]), reuertere *MGR*, *quod in hoc sententiarum nexu cum Hellmuthio* (*progr. Wirceburg.* 1888 *p.* 17) *teneri vix potest* ‖ 15. 16. meam erga me tuorum mer. *G* ‖ 16. memoria ulla *M* (memoriam nulla *M*[r]), nulla memoriam *S* ‖ 17. ut *om. S* ‖ 18. nisi *S*, ni *G*, ut (*sup. vs. a m.* 1) *R*, *om. M* ‖ 20. 21. in tuo amore atque adolescentia conquiescat *S* ‖ 21. conquiescat. incipiunt epistolae Tullii Ciceronis ad filium Lentuli *G* ‖ 23. *inscriptionem om. GR*, C. *om. S* ‖ 26. ei *om. R* ‖ a uita *GRM*[c], amauita *M*[1], uita *S*. *cf. Tusc.* I, 34, 84: 'a vita quidam per inediam discedens' ‖ 27. tibi — 28. fortunent *habet Nonius p.* 109, 16 *Merc.*, *t.* I *p.* 152, 13 *Müll.* (*cf. L. Gurlitt progr. Steglitz* 1888 *p.* 22: *ex commentariis Plautinis*) ‖ 28. dei *MGS*, dii *R*, di *Nonius* ‖ 29. ac iocundus *S*

III. (63.)

M. CICERO S. D. C. CVRIONI.

1 Rupae studium non defuit declarandorum munerum tuo nomine, sed nec mihi placuit nec cuiquam tuorum quicquam te absente fieri, quod tibi, cum venisses, non esset integrum: †equidem sentiam, aut scribam ad te postea pluribus aut, ne ad eam meditere, inparatum te offendam coramque contra istam rationem meam dicam, ut aut te ad meam sententiam adducam aut certe testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim, ut, si quando — quod nolim — displicere tibi tuum consilium coeperit, possis meum recordari; brevi tamen sic habeto, in eum statum temporum tuum reditum incidere, ut eis bonis, quae tibi natura, studio, fortuna data sunt, facilius omnia, quae sunt amplissima in re publica, consequi possis quam muneribus: quorum neque facultatem quisquam admiratur — est enim copiarum, non virtutis — neque quisquam
2 est quin satietate iam defessus sit. sed aliter, atque ostenderam, facio, qui ingrediar ad explicandam rationem sententiae meae; quare omnem hanc disputationem in adventum tuum differo. summa scito ⟨te⟩ in exspectatione esse eaque a te exspectari, quae a summa virtute summoque ingenio exspectanda sunt; ad quae si es, ut debes, paratus — quod ita esse confido —, plurimis maximisque muneribus et nos amicos et civis tuos universos et rem publicam adficies: illud cognosces profecto, mihi te neque cariorem neque iucundiorem esse quemquam.

IV. (64.)

CICERO S. D. C. CVRIONI.

1 Epistolarum genera multa esse non ignoras, sed unum illud certissimum, cuius causa inventa res ipsa est, ut certiores faceremus

2. *inscriptionem om. GR* (item ad eundem *G*). *in M post* c. *sex litt. rasura: fuerit* consuli ‖ 3. rupae *S*, rupe *GP*—*itaque* M^{1} *quoque*, nempe *nunc in ras.* M^{r}—, rure *R* ‖ 5. cōn uenisses, u *a m.* 1, *ut vid., M* ‖ equidem sentiam $M^{1}R$, equidem sententiam *G*, meam quidem sententiam *S*, equidem quid sentiam M^{c} ‖ 6. eam *MGS*, ea *R* ‖ 7. meam $M^{c}GS$, mea $M^{1}R$ ‖ 8. ad R^{1} (*sup. vs.*), aut $M^{1}G$, in M^{c}. in meam rationem adducam *S* ‖ 10. 11. recordare *M* (-i M^{r}) ‖ 11. 12. reditum tuum *S* ‖ 12. eis] iis *S*, his *Ω* ‖ 15. copiarum *MS*, corporum *GR* ‖ uirtus *G* ‖ nec *S* 16. quin sacietate *MS* (sat. *S*), qui non sacietatem *R*, qui non facultate *G* sit *om. S* ‖ 17. facio facio *M*, facior *G* ‖ 18. hanc *om. GR* ‖ summam *G* ‖ 19. te in *scripsi*, in *MGR*, *om. S*, *qui ex interpolatione:* summa scito expectatione esse ciuis tuos ‖ te *ante* esse *add.* M^{r} ‖ 21. plurimis *S* (M^{r}), plurime *Ω* ‖ 23. profecto *GRS* (M^{r}), proficio *M* ‖ 26. *inscriptionem om. R. post* c. *litt. sex erasae in M.* Cicero inperator Curioni consuli sal. dicit *G*. ⟨M.⟩ Cicero ς ‖ 27. multa *Ω*, tria *S*, *male. cf. Schmalz ann. phil.* 1891 *p.* 144 ‖ 28. certissimum] *cf. Vahlen Herm.* XVII. 1882. *p.* 273 ‖ res ipsa inuenta est *S* ‖ est *om. R* ‖ certioris *M*

absentis, si quid esset, quod eos scire aut nostra aut ipsorum
interesset: huius generis litteras a me profecto non expectas: † do-
mesticarum enim tuarum enim rerum domesticarum habes et scrip-
tores et nuntios, in meis autem rebus nihil est sane novi. reliqua
sunt epistolarum genera duo, quae me magnopere delectant, unum
familiare et iocosum, alterum severum et grave. utro me minus
deceat uti, non intellego. iocerne tecum per litteras? civem me-
hercule non puto esse, qui temporibus his ridere possit. an gravius
aliquid scribam? quid est, quod possit graviter a Cicerone scribi
ad Curionem, nisi de re publica? atqui in hoc genere haec mea
causa est, ut * * * neque ea, quae non sentio, velim scribere.
quamobrem, quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum 2
est, utar ea clausula, qua soleo, teque ad studium summae laudis
cohortabor; est enim tibi gravis adversaria constituta et parata,
incredibilis quaedam expectatio, quam tu una re facillime vinces,
si hoc statueris, quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus
eae laudes comparantur, in eis esse laborandum. in hanc senten-
tiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse con-
fiderem, et hoc, quicquid attigi, non feci inflammandi tui causa,
sed testificandi amoris mei.

V. (65.)

CICERO S. D. C. CVRIONI.

Haec negotia quomodo se habeant, ne epistola quidem narrare 1
audeo. tibi, etsi, ubicumque es, ut scripsi ad te ante, in eadem es
navi, tamen, quod abes, gratulor, vel quia non vides ea, quae nos,
vel quod excelso et inlustri loco sita est laus tua in plurimorum
et sociorum et civium conspectu, quae ad nos nec obscuro nec

---

1. quid *S*, quod *Ω* ‖ 2. huius *GRS*, In huius *M*, tu h. *Orelli* ‖ 2. 3. domesticarum enim tuarum enim rerum domesticarum *M* (domesticarum enim *exp* M^r), domesticarum enim tuarum rerum domesticos *S*, tuarum enim rerum domesticarum *GR*, tuarum enim rerum domesticos *Ursinus* ‖ 5. magno opere ς ‖ 6. iocosum *ex* locosum M^r, ociosum *S* ‖ utro me *S*, ut romae *M*, ut rome *GR* ‖ 7. intelligo *S*, intellego *ex* -at M^1, -at *GR* ‖ iocerne *MS*, cerne *GR* ‖ 8. possit *ex* possis *S* ‖ 9. scribi *post* curionem *ponit R* ‖ 10. atqui *Kayser*, atque *ΩS* ‖ 11. ⟨neque ea, quae sentio, audeam⟩ neque ea *Madvig* (*opusc. acad.*² *p.* 321 *sive* I¹ *p.* 396), ⟨neque ea, quae sentio⟩ *Baiter* ‖ non sentiam *S* ‖ 14. grauis tibi *S* ‖ 15. quam facillime una re uinces *S* ‖ 16. laudum *GR* (M^1), laudem *M* ‖ *in* adamaris *desinit S* ‖ 17. eis] hiis *M*, his *GR*, iis ς ‖ laborandum *GR*, laboram dum *M* (e laboram dum M^1) ‖ 17. 18. sententiam *om. GR* ‖ 18. scriberem *ex* rem scribe G^2 ‖ 22. *inscriptionem om. R. post* c. *litt.* 6 *erasae in M.* item Cicero senator Curioni salutem *G.* ⟨M.⟩ Cicero ς ‖ 23. epistola *ex* -ae M^c ‖ 24. tibi etsi ubicumque es] es *radendo ex* est *M* (*MR*. etsi ubi tibicumque est, u *a m.* 1, *G*) ‖ es *ex* res G^1 ‖ 25. habes *Ω* (abes M^1) ‖ 26. est *Ernesti*, sit *Ω* ‖ tua in *MG*, tua (, 1 *litt. er.*, *R*) ‖ 27. *pr.* et *om. R* ‖ obscuro *ex* abscuro M^c, *om. G*

vario sermone, sed et clarissima et una omnium voce perfertur.
2 unum illud nescio, gratulerne tibi an timeam, quod mirabilis est expectatio reditus tui, non quo verear, ne tua virtus opinioni hominum non respondeat, sed mercule, ne, cum veneris, non habeas iam, quod cures: †ita sunt omnia debilitata iam prope extincta. sed haec ipsa nescio rectene sint litteris commissa; quare cetera cognosces ex aliis. tu tamen, sive habes aliquam spem de re publica sive desperas, ea para, meditare, cogita, quae esse in eo civi ac viro debent, qui sit rem publicam adflictam et oppressam miseris temporibus ac perditis moribus in veterem dignitatem et libertatem vindicaturus.

VI. (66.)

M. CICERO S. D. C. CVRIONI.

1 Nondum erat auditum te ad Italiam adventare, cum Sex. Villium, Milonis mei familiarem, cum his ad te litteris misi; sed tamen, cum adpropinquare tuus adventus putaretur et te iam ex Asia Romam versus profectum esse constaret, magnitudo rei fecit, ut non vereremur, ne nimis cito mitteremus, cum has quam primum ad te perferri litteras magnopere vellemus. ego, si mea in te essent officia solum, Curio — tanta, quanta magis a te ipso praedicari quam a me ponderari solent —, verecundius a te, si quae magna res mihi petenda esset, contenderem, grave est enim homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet, ne id, quod petat, exigere magis quam rogare et in mercedis potius
2 quam beneficii loco numerare videatur; sed, quia tua in me vel nota omnibus vel ipsa novitate meorum temporum clarissima et maxima beneficia extiterunt estque animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere, non dubitavi id a te per litteras petere, quod mihi omnium esset maximum maximeque necessarium, neque enim sum veritus, ne sustinere tua in me vel innumerabilia non possem, cum praesertim confiderem nullam esse gratiam tuam,

---

1. et una *bis scripsit* *M* ‖ omnia *M* (omnium M^r) ‖ 4. mehercule *R*, mei hercule, *ut vid.*, *G* ‖ 5. debilitata iam *M*, debilitate iam *GR*. debilitata ac iam *Klotz*, d. et iam *Victorius*, d. iam prope et ext. M^r ‖ 6. rectene RM^c, recte non M^1, rectene non *G* ‖ 13. *inscriptionem om.* *R*. Cicero Curioni salutem *G* 15. milonis *ex* -es M^r ‖ 18. cito *ex* scito M^r ‖ 19. perferri *GR*, -e *M* ‖ magno opere ς ‖ in te *M*, inter *GR* ‖ 20. quanto *G* ‖ 21. uerecundia *GR* ‖ 21. 22. quae magnae (qua magna *R et* M^r) res mihi petenda esset *MR*, quae magnae mihi petendae essent *G* ‖ 27. ingenui, *alt.* n in *ras.*, *R*, ingenii *MG* (-nui M^r) 29. maximum esset maximumque n. *R* ‖ 30. *post* innumerabilia *m. quaedam s.* XIV *vel* XV *in M add.* beneficia, *sed postea erasit* ‖ 31. tuam *GR*, tam M^1 (tan *add.* M^c, *postea utrumque erasum est*)

quam non vel capere animus meus in accipiendo vel in remunerando cumulare atque inlustrare posset. ego omnia mea studia, 3 omnem operam curam, industriam cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi et locavi statuique in eo me non officii solum fructum, sed etiam pietatis laudem debere quaerere, neque vero cuiquam salutem ac fortunas suas tantae curae fuisse umquam puto, quantae mihi sit honos eius, in quo omnia mea posita esse decrevi: huic te unum tanto adiumento esse, si volueris, posse intellego, ut nihil sit praeterea nobis requirendum. habemus haec omnia: bonorum studium conciliatum ex tribunatu propter nostram, ut spero te intellegere, causam, vulgi ac multitudinis propter magnificentiam munerum liberalitatemque naturae, iuventutis et gratiosorum in suffragiis studia propter ipsius excellentem in eo genere vel gratiam vel diligentiam, nostram suffragationem, si minus potentem, at probatam tamen et iustam et debitam et propterea fortasse etiam gratiosam; dux nobis et auctor opus est 4 et eorum ventorum, quos proposui, moderator quidam et quasi gubernator, qui si ex omnibus unus optandus esset, quem tecum conferre possemus, non haberemus: quamobrem, si me memorem, si gratum, si bonum virum vel ex hoc ipso, quod tam vehementer de Milone laborem, existimare potes, si dignum denique tuis beneficiis iudicas, hoc a te peto, ut subvenias huic meae sollicitudini et huic meae laudi vel, ut verius dicam, prope saluti tuum studium dices. de ipso T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi, gravitatis, constantiae benivolentiaeque erga te, si complecti hominem volueris, habiturum esse neminem; mihi vero tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris, ut eundem te facile adgnoscam fuisse in laude mea, qui fueris in salute. ego ni te videre scirem, †quam 5 in te haec scriberem, quantum officii sustinerem, quanto opere mihi esset in hac petitione Milonis omni non modo contentione, sed

---

1. 2. vel in remunerando *om.* *R* ‖ 2. cumulare *GR*, cumulando *M* (-are M^r) 5. pietatis *ex* pietatatis M^1 ‖ quaerere *M*, inquirere *GR* ‖ 6. suas tante *GR* (sua stante *R*), suas tanta *M* (tantae M^1) ‖ 7. quantae ς, quanti Ω ‖ sit *MR*, *om* *G*, est *alii* ‖ 8. unum tanto *ex* uno tantum G^1 ‖ 12. libertatemque *GR* ‖ 12. 13. iuuentis *GR* ‖ 13. studia *MG*, posita studia *R* ‖ 14. genere *ex* gene M^c ‖ 15. potentem *MG*, potest *R* ‖ at probatam *M*, adprobatam *G*, approbatam (-am *ex* -um *m.* 1) *R*. *cf. Madvig ad Cic. de fin. p.* 286[3] ‖ 16. gratiosum *M*, gratiosus *GR* ‖ opus *MG*, operis *R* ‖ 17. praeposui *GR* ‖ moderatur *M* (-tor M^1) ‖ quidam *om.* *GR* ‖ 19. me *om.* *GR* ‖ 22. a te *R*, ad te *MG*, abs te *Wesenberg* ‖ et ς, ut Ω ‖ 23. uel ut *M*, uelud *GR* ‖ 24. t. annio *M*, ·i· anno (-io *m.* 2) *R*; tuo animo *G* ‖ 25. beniuolentiaequae *M*, beniuolentiae *alii* ‖ 28. te uidere scirem *MR*, tu uideres rem *G* ‖ 28. 29. quam in te haec Ω, qua mente haec *Boot* (*'obs. crit.'* *p.* 6), *bene*, quom ad te haec M^r ‖ 29. quantum *R*, quam tum *G*, quantus *M* (-um M^r) ‖ quantopere *GR*, quantoque opere ς

etiam dimicatione elaborandum, plura scriberem: nunc tibi omnem rem atque causam meque totum commendo atque trado. unum hoc sic habeto: si a te hanc rem impetraro, me paene plus tibi quam ipsi Miloni debiturum; non enim mihi tam mea salus cara fuit, in qua praecipue sum ab illo adiutus, quam pietas erit in referenda gratia iucunda, eam autem unius tuo studio me adsequi posse confido.

VII. (101.)

M. CICERO PROCOS. S. D. C. CVRIONI TR. PL.

1 Sera gratulatio reprehendi non solet, praesertim si nulla negle-
gentia praetermissa est — longe enim absum, audio sero —; sed
tibi et gratulor et, ut sempiternae laudi tibi sit iste tribunatus,
exopto teque hortor, ut omnia gubernes et moderere prudentia tua,
ne te auferant aliorum consilia: nemo est, qui tibi sapientius sua-
dere possit te ipso; numquam labere, si te audies. non scribo hoc
temere: cui scribam, video; novi animum, novi consilium tuum;
non vereor, ne quid timide, ne quid stulte facias, si ea defendes,
2 quae ipse recta esse senties. quod ⟨in⟩ rei publicae tempus non
incideris, sed veneris — iudicio enim tuo, non casu in ipsum dis-
crimen rerum contulisti tribunatum tuum —, profecto vides; quanta
vis in re publica temporum sit, quanta varietas rerum, quam incerti
exitus, quam flexibiles hominum voluntates, quid insidiarum, quid
vanitatis in vita, non dubito quin cogites. sed, amabo te, cura et
cogita, nihil novi, sed illud idem, quod initio scripsi: tecum loquere,
te adhibe in consilium, te audi, tibi optempera: alteri qui melius
consilium dare possit quam tu, non facile inveniri potest; tibi vero
ipsi certe nemo melius dabit. dii immortales! †cur ego apsum vel
spectator laudum tuarum vel particeps vel socius vel minister con-
siliorum? tametsi hoc minime tibi deest; sed tamen efficeret mag-
3 nitudo et vis amoris mei, consilio te ut possem iuvare. scribam
ad te plura alias; paucis enim diebus eram missurus domesticos

3. sic *R*, si *MG* (sic M^{r}) ‖ hanc *ex* ham M^{c} ‖ inpetrare *G* ‖ 4. ipsi *MR*, sibi *G* ‖ miloni *ex* moloni M^{1} ‖ 5. ferenda *G* ‖ 6. tuo $M^{1}G$, tui $M^{c}R$. *cf. Boot ad Cic. ad Att.* XI, 15, 2 ‖ posse *om. R* ‖ 7. uale *add. G* ‖ 9. *inscriptionem om. GR* ‖ procos.] imp. *Wesenberg, bene* ‖ c. ////// (*6 litt. er.*) curioni t//r////// (*fuit* tyranno) p. ///////// (*8 litt. er.*) *M* ‖ 10. repraehendi *ex* -hendit M^{c} ‖ 13. et *GR*, ut *M* ‖ moderare *GR* ‖ 15. ipso *ex* ipsum M^{r} ‖ labare *G* ‖ 17. facis ea *R* ‖ defendas *G* ‖ 18. ipsa *M* ‖ sentias *GR* ‖ in rei *Wesenberg*, rei *Ω* (in id rei M^{r}) ‖ 24. cogita] cogitationi *M* (-tatio M^{r}), -tatione *GR*. cogita, Curio *Klotz* ‖ 25. et te adhibe *Ω* ‖ alteri *G*, alter *MR* (*in M* i *erasa*) ‖ 27. apsum M^{1}, absum $M^{c}GR$. ⟨non⟩ adsum ς. cur ego absum ⟨et non potius adsum⟩ *Purser* (*Hermathenae* XI. 1885. *p.* 288). *malim sic fere:* cur ego apsum? ⟨cur non adsum⟩ vel ‖ 29. tametsi] iam etsi *Ω* ‖ 30. et *om. M* (*add.* M^{r}) ‖ iurare (*sic*) *M*

tabellarios, ut, quoniam sane feliciter et ex mea sententia rem publicam gessimus, unis litteris totius aestatis res gestas ad senatum perscriberem. de sacerdotio tuo, quantam curam adhibuerim quamque difficili in re atque causa, cognosces ex eis litteris, quas Thrasoni, liberto tuo, dedi. te, mi Curio, pro tua incredibili in me 4 benivolentia meaque item in te singulari rogo atque oro, ne patiare quicquam mihi ad hanc provincialem molestiam temporis prorogari. praesens tecum egi, cum te tr. pl. isto anno fore non putarem, itemque petivi saepe per litteras, sed tum quasi a †senatuore, nobilissimo tamen adulescente et gratiosissimo, nunc a tr. pl. et a Curione tribuno, non ut decernatur aliquid novi — quod solet esse difficilius —, sed ut ne quid novi decernatur, ut et senati consultum et leges defendas eaque mihi condicio maneat, qua profectus sum: hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

VIII. (82.)

M. CICERO PROCOS. S. D. M. CAELIO.

Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi gladiatorum 1 compositiones, ut vadimonia dilata, ut Chresti compilationem mitteres et ea, quae nobis, cum Romae sumus, narrare nemo audeat? vide, quantum tibi meo iudicio tribuam — nec mercule iniuria; πολιτικώτερον enim te adhuc neminem cognovi —: ne illa quidem curo mihi scribas, quae maximis in rebus rei publicae geruntur cotidie, nisi quid ad me ipsum pertinebit: scribent alii, multi nuntiabunt, perferet multa etiam ipse rumor; quare ego nec praeterita nec

1. filiciter *M* ‖ mea *del. Io. Schrader* ‖ 2. unis *R*, unius *MG* (*in M* u *postea erasa*) ‖ 4. quamque ς, quamquam Ω ‖ difficili *M*, difficillime *GR* ‖ atque in causa *GR* ‖ eis] his Ω, iis ς ‖ 5. thrasoni *radendo ex* tharasoni *M*, trasoni *GR* ‖ 6. meaque ////// (3—4 *litt.*, *fort.* in te, *eras.*) item in te *M*, meaque in te item *GR* ‖ 7. prouintialem *M* ‖ 8. tr. pl.] tyrannus publio lentulus Ω ‖ 9. senatuore (senatu ore *G*) *MG*, senatore *R*. *variis modis verba* senatuore — gratiosissimo *temptata sunt*, *maxime transpositionibus*; *recte Streicher* (*p.* 195 *sq.*) *vel nisi* senatore — *ita* ς — *corruptum esse dixit. neque tamen illius* sectatore *admitti potest*, *quippe et verbo contumeliosum et a re quae agitur alienum. nimirum opponitur Curio tribunatum nondum adeptus adepto: tum privato quidem gratia illum in senatu floruisse sed publica caruisse — videlicet quaestorius tum erat*, *i. e. habebat quidem ius sententiae dicendae*, *sed eo fere non utebatur* (*cf. Mommsen* 'Staatsr.' III *p.* 982) —, *eoque Ciceronem multum adiuvare non potuisse. delitescere igitur in* senatuore *videtur verbum aliquod quo illa Curionis condicio significabatur*, *sed mollitum id adiecto v.* quasi. *aut etiam duo vocabula*: a senati . . . ., *ut antiqua genetivi forma archetypi librario fraudi fuerit* ‖ 10 tr. pl.] tiranno publio lentulo Ω ‖ a *om. R* ‖ 12. ut et *MR*, sed ut *G* ‖ 12 13 senati consultum *M*, senatus consultum *G* (*M*[1]), *notis expressit R* ‖ 13. qua *MR*, quia *G* profectus *M*, profecturus *GR* ‖ 14. te uehementer etiam *M*, uehementer te etiam *G*, uehementer peretiam *R* ‖ rogo uale *G* ‖ 16. *inscriptionem om. GR* m celio (*fuit* marcelio) *M* ‖ 18. dilata ut *GR*, dilata et *M* ‖ 19. ea quae] eaque *MG*, eas *R* ‖ 20. mehercule *GR* ‖ 20. 21. πολιτιzωτιgoν Ω (πολιτ. *M*[1])

praesentia abs te, sed, ut ab homine longe in posterum prospiciente, futura expecto, ut, ex tuis litteris cum formam rei publicae viderim,
2 quale aedificium futurum sit, scire possim. neque tamen adhuc habeo, quod te accusem; neque enim fuit, quod tu plus providere posses quam quivis nostrum in primisque ego, qui cum Pompeio complures dies nullis in aliis nisi de re publica sermonibus versatus sum: quae nec possunt scribi nec scribenda sunt; tantum habeto, civem egregium esse Pompeium et ad omnia, quae providenda sunt in re publica, et animo et consilio paratum. quare da te homini: complectetur, mihi crede; iam idem illi et boni et mali
3 cives videntur, qui nobis videri solent. ego cum Athenis decem ipsos dies fuissem multumque mecum Gallus noster Caninius, proficiscebar inde pridie Nonas Quinctiles, cum hoc ad te litterarum dedi. tibi cum omnia mea commendatissima esse cupio, tum nihil magis quam ne tempus nobis provinciae prorogetur; in eo mihi sunt omnia: quod quando et quomodo et per quos agendum sit, tu optime constitues.

IX. (98.)

M. CICERO PROCOS. S. D. M. CAELIO AEDILI CVRVLI DESIGNATO.

1 Primum tibi, ut debeo, gratulor laetorque cum praesenti, tum etiam sperata tua dignitate, serius non neglegentia mea, sed ignoratione rerum omnium; in eis enim sum locis, quo et propter longinquitatem et propter latrocinia tardissime omnia perferuntur. et cum gratulor, tum vero, quibus verbis tibi gratias agam, non reperio, quod ita factus sis, ut dederis nobis, quemadmodum scripseras ad me, quem semper ridere possemus. itaque, cum primum audivi, ego ille ipse factus sum — scis, quem dicam — egique
2 omnis illos adulescentes, quos ille actitat. difficile est loqui; te autem contemplans apsentem et quasi tecum coram loquerer:

1. in posterum longe *R* ‖ 6. sermonibus — 9. publica *in mg.* R^1 ‖ 10. complectetur *M*, conplectendum *GR*, *qui* mihi crede *ad proxima trahunt.* quare — crede *Orellium secutus Lucilio* (*p.* 160) *dubitanter adscripsit L. Müller* ‖ idem *om. R* ‖ 12. fuissem *ex* fuisse M^c ‖ caninius *in mg.* R^1, animus *in textu* 12. 13. proficiscebatur *GR* ‖ 13. litterarum *ex* litterum M^r ‖ 14. cupio *ex* copio M^1, *ut vid.* ‖ 15. praerogetur *G*, prorogetur *ex* progetur R^1 ‖ 17. constitues uale *G* ‖ 18. *epistula nona in Ω extat etiam post* VIII, 5 (*m g r*=ω) ‖ 19. M.—Caelio *om. GR.* procos. *om. g* ‖ m. caelio *m*, marco celio *g*, m. coelio *r*, marcellio *M* ‖ 22. 23. ignorantiae *g* ‖ 23. eis] his *Ω*ω, iis ς ‖ 26. sit *g* ‖ sis et dederis *r* ‖ 27. quem *Ω*, quod ω ‖ semper redire *g*, semper perridere *r* ‖ 28. ego ille ipse factus (facturus *GR*) sum *Ω*, ego ille sum factus ω ‖ 29. actitat *Victorius*, iactitat *Ω*ω ‖ ‘difficile est loqui’ *Ribbeck com. fr.*² *p.* 118 ‖ 30. et quas *G*, ut quasi *g*

non edepol, quantam rem egeris neque quantum facinus feceris; quod quia praeter opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud:

incredibile hoc factu obicitur;

repente vero 'incessi' 'omnibus laetitiis laetus': in quo cum obiurgarer, quod nimio gaudio paene desiperem, ita me defendebam:

ego voluptatem animi nimiam —;

quid quaeris? dum illum rideo, paene sum factus ille. sed haec 3
pluribus multaque alia et de te et ad te, quom primum ero aliquid nactus otii. te vero, mi Rufe, diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meae, ultorem non modo inimicorum, sed etiam invidorum meorum, ut eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum paeniteret.

X. (99.)

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI CVRVLI DESIGNATO.

Tu vide, quam ad me litterae non perferantur — non enim 1
possum adduci, ut abs te, postea quam aedilis es factus, nullas putem datas, praesertim cum esset tanta res tantae gratulationis: de te, quia, quod sperabam, de Hillo — balbus enim sum —, quod non putaram —; atqui sic habeto nullam me epistolam accepisse tuam post comitia ista praeclara, quae me laetitia extulerunt, ex quo vereor, ne idem eveniat in meas litteras: equidem numquam domum misi unam epistolam, quin esset ad te altera, nec mihi est te iucundius quicquam nec carius. sed — balbi non sumus — ad rem redeamus. ut optasti, ita est; velles enim, ais, tantum modo 2
ut haberem negotii, quod esset ad laureolam satis, Parthos times, quia diffidis copiis nostris. ergo ita accidit: nam Parthico bello nuntiato locorum quibusdam angustiis et natura montium fretus ad

1. rem egeris ω, egeris rem Ω ‖ 2. praeter] propter *G*, *om.* *g* ‖ referam *gr* 3. incredibile Ω, incredibilem *mg*, incredibile mihi *r* ‖ factu *Mm*, facto *GR gr* (*in r* facto *ex* facito *m.* 1), factum *Ribbeck p.* 119 *cum* ς ‖ 4. incessi *alii in versum includunt. cf. Ribbeck p.* 75 ‖ laetitiis laetus *Martyni-Laguna*, laetitiis Ω, laetus ω ‖ cum hoc iugarer *gr* ‖ 5. nimium gaudeo p. desiderem ω ‖ 6. *cf. Ribbeck p.* 32 ‖ uoluptatem Ω, uoluntatem (-te *g*) ω ‖ animi] homini Ωω ‖ 7. sed hoc *g* ‖ 8. et ad te *MG mg*, ad te *R*, *om.* *r* ‖ quom] quam Ω, cum ω ‖ aliquid nactus Ω, n. a. ω ‖ 9. otii Ω (ocii *G*), doti *m*, docti *gr* ‖ mi rufe *Mm*, mirifice *GRgr* ‖ diligo *ex* del. M^c ‖ 12. paeniteret] pertineret *M* ‖ 14. M.—Caelio *om.* *GR* ‖ m. celio *radendo ex* marcellio *M* ‖ 16. quam timide *add. post* uide quam *sup. vs.* M^c ‖ perferentur *GR* ‖ 17. es factus *GR*, effactus *vel* esfactus *M* (effectus es M^1) ‖ nullas *ex* nullus M^c ‖ 18. gratulationes *M* ‖ 19. de Hillo *Manutius*, de nihilo Ω ‖ (quia) quod *Wesenberg* ‖ 20. putaram *M*, -rem *G*, -remus *R* ‖ atqui] atque Ω ‖ 22. numquam *MR*, nullam *G* ‖ 23. unam *ex* unum M^1, *ut vid.* ‖ 24. simus *G* ‖ 25. ais *om.* *G* ‖ 28. natura M^r, nara Ω. *ceterum v. Boot 'obs. crit.' p.* 7

Amanum exercitum adduxi satis probe ornatum auxiliis et quadam auctoritate apud eos, qui me non norant, nominis nostri — multum est enim in his locis: 'hicine est ille, qui urbem? quem senatus?' nosti cetera —; cum venissem ad Amanum, qui mons mihi cum Bibulo communis est divisus aquarum divertiis, Cassius noster, quod mihi magnae voluptati fuit, feliciter ab Antiochea hostem reiecerat,
3 Bibulus provinciam acceperat; interea cum meis copiis omnibus vexavi Amaniensis, hostis sempiternos: multi occisi capti, reliqui dissipati; castella munita inproviso adventu capta et incensa; ita victoria iusta imperator appellatus apud Issum — quo in loco, saepe ut ex te audivi, Clitarchus tibi narravit Dareum ab Alexandro esse superatum —, abduxi exercitum ad infestissimam Ciliciae partem; ibi quintum et vicesimum iam diem aggeribus, viniis, turribus oppugnabam oppidum munitissimum, Pindenissum, tantis opibus tantoque negotio, ut mihi ad summam gloriam nihil desit nisi nomen oppidi, quod si, ut spero, cepero, tum vero litteras publice
4 mittam; haec ad te in praesenti scripsi, ut sperares te adsequi id, quod optasses. sed, ut redeam ad Parthos, haec aestas habuit hunc exitum satis felicem; ea, quae sequitur, magno est in timore: quare, mi Rufe, vigila, primum ut mihi succedatur; sin id erit, ut scribis et ut ego arbitror, spissius, illud, quod facile est, ne quid mihi temporis prorogetur. de re publica ex tuis litteris, ut antea tibi scripsi, cum praesentia, tum etiam futura magis expecto: quare, ut ad me omnia quam diligentissime perscribas, te vehementer rogo.

XI. (125.)

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI CVRVLI.

1 Putaresne umquam accidere posse, ut mihi verba dessent, neque solum ista vestra oratoria, sed haec etiam levia nostratia? desunt autem propter hanc causam, quod mirifice sum sollicitus, quidnam

---

2. actoritate *M* ‖ multus *G* ‖ 3. hicine — senatus *principium tetrametri trochaici putat L. Müller* (*ann. phil.* 1866 *p.* 399) ‖ hiccine *Ω* ‖ 5. diuertiis (*cf. laud. Turiae C. I. L.* VI, 1 *n.* 1527 I 27, II 41 *al.*) *M*, diuortiis *GR* (-tus *R*) ‖ 6. antiochea *M*, -ia *G*, -ia *ex* -ea R^1 ‖ 11. dareum *M*, -ium *GR* ‖ 12. adduxi *alii* ‖ infectissimam *Ω* ‖ siciliae *GR* ‖ 13. uicessinum (s *exp.* M^c) *M*, uicesimum *G*, ·XX· mum *R* ‖ uiniis *M*, -eis *GR* (M^r); *quod fort. recipiendum erat. cf. Brambach* '*lat. Orthogr.*' *p.* 134 ‖ 13. 14. turibus *radendo ex* turbibus *M* ‖ 14. pindeninsum *M*, -denuisum *G*, -demnsum *R* ‖ opibus *Ω*, operibus M^r ‖ 15. tanto *R* 17. in praesentia *Wesenberg* ‖ sperares *GR*, speras *M* (-es M^r) ‖ 20. uigila *G*, -lia *MR* ‖ 22. praerogetur *G*, pror. *ex* prer., *ut vid.*, R^1 ‖ 22. ut *om. GR* ‖ 25. *epistula undecima in M extat etiam post* VIII, 8 (*m*) ‖ 26. M. — Caelio *om. GR* ‖ m. celio *ex* marcellio *radendo M*, marco marcello *m* ‖ 27. putaresne umquam *Ω*, putares numquam *m*. putarasne u. *Wesenberg* ‖ posset *GR* ‖ dessent *M*, deessent *GRm* (M^r) ‖ 28. deuia *m*

de provinciis decernatur: mirum me desiderium tenet urbis, incredibile meorum atque in primis tui, satietas autem provinciae, vel quia videmur eam famam consecuti, ut non tam accessio quaerenda quam fortuna metuenda sit, vel quia totum negotium non est dignum viribus nostris, qui maiora onera in re publica sustinere et possim et soleam, vel quia belli magni timor impendet, quod videmur effugere, si ad constitutam diem decedemus. de pantheris, 2
per eos, qui venari solent, agitur mandatu meo diligenter; sed mira paucitas est et eas, quae sunt, valde aiunt queri, quod nihil cuiquam insidiarum in mea provincia nisi sibi fiat; itaque constituisse dicuntur in Cariam ex nostra provincia decedere. sed tamen sedulo fit, et in primis a Patisco: quicquid erit, tibi erit, sed, quid esset, plane nesciebamus. mihi mercule magnae curae est aedilitas tua: ipse dies me admonebat, scripsi enim haec ipsis Megalensibus. tu velim ad me de omni rei publicae statu quam diligentissime perscribas; ea enim certissima putabo, quae ex te cognoro.

XII. (134.)

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI CVRVLI.

Sollicitus equidem eram de rebus urbanis: ita tumultuosae con- 1
tiones, ita molestae Quinquatrus adferebantur — nam citeriora nondum audiebamus —; sed tamen nihil me magis sollicitabat quam in eis molestiis non me, si quae ridenda essent, ridere tecum, sunt enim multa, sed ea non audeo scribere. illud moleste fero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarum litterarum; quare etsi, cum tu haec leges, ego iam annuum munus confecero, tamen obviae

1. tenet urbis *G* (*M*[r]), tenetur bis *M*, tenetur uis *m*, tenet turbis *R* | 1. 2. incredibile meorum *GR* (*M*[r]), incredibilem eorum *m*, incredibile eorum *M* ‖ 2. in primi *M* (-is *M*[r]) ‖ tui, i *in ras. a M*[r], *M*, tui||, 1 *litt. er.*, *R* ‖ 3. quia *Mm*, qui *GR* ‖ famam| iam *m* ‖ tam *Rm*, iam *MG* ‖ 4. sit *om. m* ‖ 6. possim et soleam *MG*, possum et soleam *R*, possemus et solemus *m*, possimus et soleamus *alii* ‖ magni belli *G* ‖ 7. effungere *m* ‖ decedemus *MR*, descendissemus *G*, decedamus *m* ‖ 8. mandatu meo *Lambinus*, mandatum eo *Mm*, mandato meo *GR* ‖ diligiter *M* (-en- *M*[r]) ‖ sed—11. decedere] *cf. Plut. Cic.* 36 ‖ 9. eas *m* (*M*[r]), ea *Ω* ‖ 10. prouincia mea *m* ‖ 11. decedere *Ω*, dicere *m* ‖ 12. fiet *m* ‖ a] ad *m* ‖ 13. merculae *Mm*, mehercule *GR* ‖ 14. ipse dies *M*[r], ipse es *Ω*, ipsa dies *m* ‖ 15. quam *ex* quem *M*[r] ‖ 15. 16. perscribas *MG*, scribas *Rm* ‖ 16. ea *om. m* ‖ cognoro *M*, cognouero uale *add. G* *GR*, cognosco *m* ‖ 17. *epistula duodecima in M extat etiam post* VIII, 9 *m* ‖ 18. M. Caelio *om. GR* ‖ m. celio *ex* marcellio *radendo M* ‖ 19. ita| tam *G* ‖ 19. 20. contiones *M*, *et ex* contentiones *corr. a m.* 1 *R*, contentiones *Gm* ‖ 20. quinquatrus *Mm*, -tras *G*, -tres *R* ‖ 20. 21. nam certiora n. audieramus *m* ‖ 21. me magis *Mm*, magis me *G*, magis *R* ‖ 22. eis] iis *m*, his *Ω* ‖ molestiis *GR* (-tus *R*), -tis *Mm* ‖ si qua *R* ‖ 24. his de *Ω*, de his *m*, iis de *Wesenberg* ‖ haberẽ | tuarum *m* ‖ 25. cum *ex* cut *M*[1] ‖ annuum *Mm*, animum *GR* ‖ confero *G*

mihi velim sint tuae litterae, quae me erudiant de omni re publica, ne hospes plane veniam: hoc melius quam tu facere nemo potest.
2 Diogenes tuus, homo modestus, a me cum Philone Pessinunte discessit: iter habebant ad Adiatorigem, quamquam omnia nec benigna nec copiosa cognorant. urbem, urbem, mi Rufe, cole et in ista luce vive: omnis peregrinatio — quod ego ab adulescentia iudicavi — obscura et sordidast eis, quorum industria Romae potest inlustris esse: quod cum probe scirem, utinam in sententia permansissem! cum una mercule ambulatiuncula atque uno sermone nostro omnes
3 fructus provinciae non confero. spero me integritatis laudem consecutum: non erat minor ex contemnenda, quam est ex conservata provincia. 'spem triumphi?' inquis. satis gloriose triumpharem: non essem quidem tamdiu in desiderio rerum mihi carissimarum. sed, ut spero, propediem te videbo: tu mihi obviam mitte epistulas te dignas.

XIII. (130.)

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI CVRVLI.

1 Raras tuas quidem — fortasse enim non perferuntur —, sed suavis accipio litteras, vel quas proxime acceperam, quam prudentis, quam multi et officii et consilii! etsi omnia sic constitueram mihi agenda, ut tu admonebas, tamen confirmantur nostra consilia,
2 cum sentimus prudentibus fideliterque suadentibus idem videri. ego Appium — ut saepe tecum locutus sum — valde diligo meque ab eo diligi statim coeptum esse, ut simultatem deposuimus, sensi,

1. me *om. R* ‖ rei publicae *m* ‖ 2. quam tu *GRm*, quantu *M* ‖ 3. diogenes *Gm*, -us *MR* ‖ molestus *R* ‖ pessinunte *m*, pessi nuncte *M*, pessi nunc ante *GR*. *accusativum praetulerunt Martyni-Laguna et Baiter*, *contra quos recte disputarit Klotz*[2] (*p.* XLIII) ‖ 4. ad Adiatorigem *Taurellus*, adiatoregem *M*, ad diatum regem *GR*, ab'lorigge *m*. ab Adiatorige *Martyni-Laguna* ‖ quamquam — 5. copiosa] qua nec benignam nec copiosam *m*. Comana *pro* omnia *Klotz*, *non recte: nihil enim Comana ad Adiatorigem.* quem nec benignum nec copiosum *Martyni-L. Ω scriptura temptanda non videtur* ‖ 5. cognouerant *G* ‖ urbem urbem mi rufe cole *MG*, urbem miruficole *R*, urbem mirifice cole *m* ‖ in ista *Mm*, ista *R*, istic *G* ‖ 6. ab adul. *Gm*, abul. *M*, adul. *R* ‖ 7. sordidast eis quorum] sordidast liquorum *m*, sordida iis quorum *M*, sordida est quorum *GR* 8. in sententiam *m* ‖ 9. una mercule (mehercule *G*) ambulatiuncula *mG*, unam herculeam bulatiumcula *M*, una mehercule ambulat ungula *R* ‖ omnis *mR* 12. spem *Mm*, spes *GR* (*M*[r]). *in elliptico genere dicendi offendit Wesenberg, iniuria* ‖ inquis satis *m*, inquisatis *M* (inquinisatis *M*[r]), in quo satis *GR* ‖ triumpharem *Ω*, -am *m* ‖ 14. 15. mittere epistulas te dignis *m* ‖ 17. M. — Caelio *om. GR* ‖ m. celio *ex* marcellio *radendo M* ‖ 18. enim ⟨non nullae⟩ non *Lehmann* (*p.* 56), *iniuria* ‖ 19. 20. prudentes *M*[c] ‖ 20. sic *ex* si *vel M*[1] *vel M*[c] ‖ 21. ut *ex* aut *M*[1] ‖ 22. fideliter *R* ‖ 23. me *R* ‖ 24. simultatē|| (1 *litt. er.*) de|posuimus (1—2 *litt. er.*) *M*

nam et honorificus in me cos. fuit et suavis amicus et studiosus studiorum etiam meorum: mea vero officia ei non defuisse tu es testis, quoi iam κωμικὸς μάρτυς, ut opinor, accedit Phania, et mercule etiam pluris eum feci, quod te amari ab eo sensi. iam me Pompei totum esse scis: Brutum a me amari intellegis: quid est causae, cur mihi non in optatis sit complecti hominem florentem aetate opibus, honoribus ingenio, liberis propinquis, adfinibus amicis, collegam meum praesertim et in ipsa collegii laude et scientia studiosum mei? haec eo pluribus scripsi, quod † nihil significabant tuae litterae subdubitare, qua essem erga illum voluntate. credo te audisse aliquid: falsum est, mihi crede, si quid audisti. genus institutorum et rationum mearum dissimilitudinem nonnullam habet cum illius administratione provinciae: ex eo quidam suspicati fortasse sunt animorum contentione, non opinionum dissensione me ab eo discrepare; nihil autem feci umquam neque dixi, quod contra illius existimationem esse vellem, post hoc negotium autem et temeritatem nostri Dolabellae deprecatorem me pro illius periculo praebeo. erat in eadem epistola 'veternus civitatis': gaudebam sane 3 et congelasse nostrum amicum laetabar otio. extrema pagella pupugit me tuo chirographo. quid ais? Caesarem nunc defendit Curio? quis hoc putaret praeter me? nam, ita vivam, putavi. di immortales, quam ego risum nostrum desidero! mihi erat in animo, quoniam iurisdictionem confeceram, civitates locupletaram, publicanis etiam superioris lustri reliqua sine sociorum ulla querela conservaram, privatis, summis infimis, fueram iucundus, proficisci in Ciliciam Nonis Mais et, cum prima aestiva attigissem militemque conlocassem, decedere ex senatus consulto: cupio te aedilem videre miroque desiderio me urbs adficit et omnes mei tuque in primis.

---

1. honorificus *ex* horificus M^c ‖ cos fuit *ex* con fuit M^1, con (cum *m.* 2) fuit *G*, confluit *R* ‖ et suauis et amicus *R* ‖ 2. eorum *R* ‖ uero *MG*, enim *R* defuisset uestestis *M* (*corr.* M^1), defuisse tu testis *GR* ‖ 3. quoi iam] quoniam *Ω*, *corr. Martyni-Laguna* ‖ comicos *Ω* ‖ accedit *ς*, accidit *Ω* ‖ phania M^1, phannia M^cGR ‖ 4. mercule M^1, me ercule M^c, mehercule *GR* ‖ 6. in *om. G*, *sup. rs. add* R^1 ‖ 8. collegii *ex* colegii M^c ‖ 9. nihil] non nihil *Victorius*, mihi *in mg. M m. quaedam s. XV* ‖ 10 subdubitare ‹te› *alii* ‖ quam *G* ‖ uoluntate *ex* -tem M^1, *ut vid.* ‖ 13. quidem *G* ‖ 14. discensione *M* (-ss- M^r) ‖ 15. discrepare *R* (M^r), increpare *MG* ‖ 16. nollem *R* ‖ 18. ueteranus *Ω* ‖ 19. laetabor *M* ‖ 20. nunc] non *Ω* ‖ 21. quis] qui *Ω* ‖ putarat *Wesenberg* ‖ uiuam *G*, uina *M et, corr. a m.* 1 *ex* uia, *R* ‖ dii *GR* ‖ 23. confeceram] conferam *Ω* ‖ locupletar (-ter *GR*) in publicanis *Ω* ‖ 24. superioribus *Ω* ‖ lustris *R* ‖ 24 25 conseruatam *M*, conseruem tam *GR* ‖ 26. mais *M*, maiis *G*, maii *R* ‖ primum *alii* ‖ militemque *GR*, militaremque *M* ‖ 27. conlocassem] -arem *Ω* senatu *M*

XIV. (116.)

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI CVRVLI.

M. Fadio, viro optimo et homine doctissimo, familiarissime utor mirificeque eum diligo cum propter summum ingenium eius summamque doctrinam, tum propter singularem modestiam: eius negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea. novi ego vos magnos patronos: hominem occidat oportet, qui vestra opera uti velit; sed in hoc homine nullam accipio excusationem: omnia relinques, si me amabis, cum tua opera Fadius uti volet. ego res Romanas ,vementer expecto et desidero in primisque, quid agas, scire cupio; nam iamdiu propter hiemis magnitudinem nihil novi ad nos afferebatur.

XV. (140.)

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI CVRVLI.

1 Non potuit accuratius agi nec prudentius, quam est actum a
te cum Curione de supplicatione, et hercule confecta res ex sen-
tentia mea est cum celeritate, tum quod is, qui erat iratus, com-
petitor tuus et idem meus, adsensus est ei, qui ornavit res nostras
divinis laudibus: quare scito me sperare ea, quae secuntur; ad quae
2 tu te para. Dolabellam a te gaudeo primum laudari, deinde etiam
amari; nam ea, quae speras Tulliae meae prudentia temperari posse,
scio cui tuae epistolae respondeant. quid, si meam legas, quam
ego tum ex tuis litteris misi ad Appium? sed quid agas? sic
vivitur. quod actum est, di adprobent: spero fore iucundum generum
3 nobis, multumque in eo tua nos humanitas adiuvabit. res publica
me valde sollicitat: faveo Curioni, Caesarem honestum esse cupio,
pro Pompeio emori possum; sed tamen ipsa re publica nihil mihi
est carius, in qua tu non valde te iactas, districtus enim mihi
4 videris esse, quod et bonus civis et bonus amicus es. ego de pro-

---

1. *epistula quarta decima in M et Harleiano 2682 extat etiam post* XIII, 49 (*m h*), *praeterea in Palatino 598 post* XIII, 77 (*d*) ‖ 2. M.—Caelio *om. GR* ‖ M. *et* imp. s. d. M. *om. mdh* ‖ m. celio *ex* marcellio *radendo M* ‖ curulium *h*, curuli s. d. *d* ‖ 3. M. *dm*, *om. Ωh* ‖ Fadio *Orelli*, fabio *libri* ‖ optimo *om. h et d*[1] ‖ 4. propter *om. GR* ‖ 8. recipio *d* ‖ 8. 9. relinques *ex* reliques *M*[c] ‖ 9. amas *d* ‖ fabius *libri* ‖ 10. uementer *m*, uehementer *Ωhd* ‖ desiderio *R* ‖ in primis quidquid (quicquid *R*) *GR* ‖ 11. iam pr. *G* ‖ 11. 12. nihil ad nos noui aff. *mhd* ‖ 14. M.—Caelio *om. GR* ‖ m. celio *ex* marcellio *radendo M* ‖ 16. de duplicatione *GR* ‖ 16. 17. setentia *M* ‖ 17. is *G*, his *MR* (*corr. M*[r]) ‖ 17. 18. conpetitur *R*, cum petitus *G* ‖ 18. est *M*[r], sed *Ω* ‖ 19. quare *ex* quares *M*[c] ‖ secuntur *Ω*, seruntur *M*[r] ‖ ad quae *RM*[c], atque *M*[1]*G* ‖ 20. dolo bellam *R* ‖ 26. Caesari honestissime cupio *cum ς Boot* (*ad Cic. ad Att.* VIII, 2, 4) ‖ 27. re *ex* res *M*[r], *ut vid.* ‖ 29. uideris *ex* uident, *ut vid.*, *M*[c] ‖ amicus *bis scr. GR, exp. R*[1]

vincia decedens quaestorem Coelium praeposui provinciae. 'puerum?' inquis. at quaestorem, at nobilem adulescentem, at omnium fere exemplo: neque erat superiore honore usus, quem praeficerem: Pomptinus multo ante discesserat: a Quinto fratre impetrari non poterat: quem tamen si reliquissem, dicerent iniqui non me plane post annum, ut senatus voluisset, de provincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem; fortasse etiam illud adderent, senatum eos voluisse provinciis praeesse, qui antea non praefuissent, fratrem meum triennium Asiae praefuisse; denique nunc sollicitus non sum: si fratrem reliquissem, omnia timerem. postremo non tam mea sponte quam potentissimorum duorum exemplo, qui omnis Cassios Antoniosque complexi sunt, hominem adulescentem non tam allicere volui, quam alienare nolui. hoc tu meum consilium laudes necessest,
mutari enim non potest. de Ocella parum ad me plane scripseras 5
et in actis non erat: tuae res gestae ita notae sunt, ut trans montem Taurum etiam de Matrinio sit auditum. ego, nisi quid me Etesiae morabuntur, celeriter, ut spero, vos videbo.

XVI. (164.)

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO.

Magno dolore me adfecissent tuae litterae, nisi iam et ratio 1
ipsa depulisset omnes molestias et diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem novum; sed tamen, quare acciderit, ut ex meis superioribus litteris id suspicarere, quod scribis, nescio; quid enim in illis fuit praeter querelam temporum? quae non meum animum magis sollicitum habent quam tuum; nam non eam cognovi aciem ingenii tui, quod ipse videam, te id ut non putem videre: illud miror, adduci potuisse te, qui me penitus nosse deberes, ut existimares aut me tam inprovidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam et prope iacentem desciscerem, aut tam inconstantem, ut collectam gratiam florentissimi hominis effunderem a meque ipse deficerem et, quod initio semperque fugi, civili bello interessem.

1. coelium *M*, celium *GR*, caelium ς. *cf. Mommsen 'r. Münzw.' p.* 636 *et 'eph. epigr.'* IV *p.* 253 ‖ 2. ad *MR* at M^1 ‖ ad *MG* at M^1 ‖ ad Ω at M^1 ‖ 3. exemplo *M*, -um *GR* M^1 ‖ usus Ω, ullus M^1 ‖ 4. pomptinus *M* (pompinus M^r), protinus *GR*. Pomptinius *alii* ‖ a Quinto] a Q *M*, atque *GR* ‖ fratri *GR* ‖ impetrari] imperari *M*, -re *GR* ‖ 5. relinquissem *M* ‖ 9. triennio *G* ‖ 11. quam *ex* quem M^r ‖ 12. hominem Ω, nobilem *alii* ‖ 13. nolui *MR*, non potui *G* ‖ necessaest *M*, necesse est *GR* ‖ 14. non potest *R* M^r, potest *MG* ‖ 15. in *om. G* ‖ 16. matrinio *M*, matrimonio *GR* ‖ 19. *inscriptionem om. GR* ‖ m. celio *et* marcellio *radendo M* ‖ 25. habent *Klotz*, haberet Ω ‖ 28. qui — 29. iacentem *om.* G^1, *in ima pag. add.* G^2 ‖ 29 descisserem *M* ‖ 30. forentissimi *sic M* ‖ 31. fugi *M*, fui *GR*

2 quod est igitur meum 'triste consilium'? ut discederem fortasse in
aliquas solitudines. nosti enim non modo stomachi mei, cuius tu
similem quondam habebas, sed etiam oculorum in hominum inso-
lentium indignitate fastidium; accedit etiam molesta haec pompa
lictorum meorum nomenque imperii, quo appellor: eo si onere
carerem, quamvis parvis Italiae latebris contentus essem; sed in-
currit haec nostra laurus non solum in oculos, sed iam etiam in
voculas malevolorum: quod cum ita esset, nil tamen umquam de
profectione nisi vobis adprobantibus cogitavi; sed mea praediola
tibi nota sunt: in his mihi necesse est esse, ne amicis molestus
sim; quod autem in maritimis facillime sum, moveo nonnullis su-
spicionem velle me navigare, quod tamen fortasse non nollem, si
possem ad otium; nam ad bellum quidem qui convenit? praesertim
contra eum, cui spero me satis fecisse, ab eo, cui iam satis fieri
3 nullo modo potest. deinde sententiam meam tu facillime perspicere
potuisti iam ab illo tempore, cum in Cumanum mihi obviam venisti:
non enim te celavi sermonem T. Ampii; vidisti, quam abhorrerem
ab urbe relinquenda, cum audissem: nonne tibi adfirmavi quidvis
me potius perpessurum quam ex Italia ad bellum civile exiturum?
quid ergo accidit, cur consilium mutarem? nonne omnia potius, ut
in sententia permanerem? credas hoc mihi velim, quod puto te
existimare, me ex his miseriis nihil aliud quaerere, nisi ut homines
aliquando intellegant me nihil maluisse quam pacem, ea desperata
nihil tam fugisse quam arma civilia: huius me constantiae puto
fore ut numquam paeniteat. etenim memini in hoc genere gloriari
solitum esse familiarem nostrum Q. Hortensium, quod numquam
bello civili interfuisset: hoc nostra laus erit inlustrior, quod illi
tribuebatur ignaviae, de nobis id existimari posse non arbitror.
4 nec me ista terrent, quae mihi a te ad timorem fidissime atque
amantissime proponuntur; nulla est enim acerbitas, quae non om-
nibus hac orbis terrarum perturbatione inpendere videatur, quam
quidem ego a re publica meis privatis et domesticis incommodis
libentissime vel istis ipsis, quae tu me mones ut caveam, rede-
5 missem. filio meo, quem tibi carum esse gaudeo, si erit ulla res

1. est *om. G* || meum—2. enim *om. G* || 7. iam *M*, *om. GR* || 8. uoculas *ex* uoculus M^1, uolas *GR* || maleuorum *M* || 11. sum facillime M^c || 13. qui *MR*, quod *G* || 14. contra euum *Ω* || cui iam *Martyni-Laguna*, cui tam *M*, cui tamen *G*, uitam *R* || 17. T. Ampii] tampii *MG*, appii *R* || aborrerem *M*, aberrarem *G*, aberrem *R* || 19. ciuile *GR*, ciuilem *M*. civile me *alii* || 20. consilium *M*, consilium meum *GR* || 22. ⟨ita⟩ existimare *Wesenberg, errore* || 27. laus nostra *G* || 28. existimare *M* || 29. fidissime *Ω*, fidelissime *alii* || 29. 30. atque amantissime *om. R* || 31. hac *ex* hoc M^r || 32. domesticis *R*, modesticis *MG*

publica, satis amplum patrimonium relinquam in memoria nominis mei; sin autem nulla erit, nihil accidet ei separatim a reliquis civibus. nam, quod rogas, ut respiciam generum meum, adulescentem optimum mihique carissimum; an dubitas, †quin scias, quanti eum illum, tum vero Tulliam meam faciam, quin ea me cura vehementissime sollicitet, et eo magis, quod in communibus miseriis hac tamen oblectabar specula, Dolabellam meum vel potius nostrum fore ab eis molestiis, quas liberalitate sua contraxerat, liberum? velim quaeras, quos ille dies sustinuerit, in urbe dum fuit, quam acerbos sibi, quam mihi †fuit ipsi socero non honestos. itaque 6 neque ego hunc Hispaniensem casum expecto, de quo mihi exploratum est ita esse, ut tu scribis, neque quicquam astute cogito: si quando erit civitas, erit profecto nobis locus; sin autem non erit, in easdem solitudines tu ipse, ut arbitror, venies, in quibus nos consedisse audies. sed ego fortasse vaticinor et haec omnia meliores habebunt exitus: recordor enim desperationes eorum, qui senes erant adulescente me; eos ego fortasse nunc imitor et utor aetatis vitio. velim ita sit; sed tamen —. togam praetextam texi 7 Oppio puto te audisse; nam Curtius noster dibaphum cogitat, sed eum infector moratur — hoc aspersi, ut scires me tamen in stomacho solere ridere —. †Dolabella quod scripsi, suadeo videas, tamquam si tua res agatur. extremum illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus; te tamen oramus, quibuscumque erimus in terris, ut nos liberosque nostros ita tueare, ut amicitia nostra et tua fides postulabit.

XVII. (136.)

M. CICERO IMP. S. D. †CANINI SALVSTIO PROQ.

Litteras a te mihi stator tuus reddidit Tarsi a. d. XVI K. Sextiles: his ego ordine, ut videris velle, respondebo. de successore 1

1. satris *M* ‖ in memoria *MR*, in memoriam *G*, memoriam ς ‖ 2. separatim *MR*, -tum *G*. *cf. C. F. W. Müller Cic. op.* IV, 2 *ad p.* 296, 7 ‖ 4. *in* an *haesit Wesenberg, iniuria* ‖ quin Ω, qui *M*[r], cum *alii* ‖ 5. 6. uehementer *R* ‖ 7. delectabar *R* ‖ dolobellam *G*, delobellam *R* ‖ 8. eis] his Ω, iis ς ‖ 10. acerbus *G*, acerbet *R* ‖ mihi fuit] mihimet *Orelli*, *bene*, mihi *alii* ‖ honestus *GR* ‖ 12. tu *om. G* ‖ 14. tu ipse] tu (, 1 *litt. er.*, *R* ‖ 15. et] ut Ω ‖ 16. melioris Ω ‖ 17. adolescente me *G*, adulescentea (*sic*, *m.* 1) *M*, me adulescente *R* ‖ eos *R*, *et M*[1] *ex corr.*, hos *G* ‖ ergo *G* ‖ 18. sed *om. R* ‖ 20. asparsi *M* ‖ 21. sthomaco *M* ‖ dolabella *M* (-ae *M*[r]), dolo bellam *GR*, ‹de re› Dolabellae *O. Hirschfeld* (*Herm.* V *p.* 296), ‹de› Dolabella *alii* ‖ 22. nos tamen nihil *GR* ‖ 25. nostra *ex* nostram *M* ‖ postulabat *GR* ‖ 27. M — s. d. *om. GR* ‖ canini Ω, C. *post alios Mommsen* (‘r. Forsch.’ II *p.* 434, 42), *qui historicum intellegit*, Cn. *cum Orellio Boot* (*ad Cic. ad Att.* XI, 20, 2), *non liquet* ‖ proq. *M*, proco q. *G*, Pro quo *R* ‖ 28. ⟨binas⟩ litt. *cum Lambino Martyni-Laguna*

meo nihil audivi nec quemquam fore arbitror. quin ad diem dece-
dam, nulla causa est, praesertim sublato metu Parthico. commo-
raturum me nusquam sane arbitror; Rhodum Ciceronum causa
puerorum accessurum puto, neque id tamen certum. ad urbem volo
quam primum venire; sed tamen iter meum rei publicae et rerum
urbanarum ratio gubernabit. successor tuus non potest ita matu-
2 rare, ullo modo ut tu me in Asia possis convenire. de rationibus
referendis, non erat incommodum te nullam referre, quam tibi scribis
a Bibulo fieri potestatem; sed id vix mihi videris per legem Iuliam
facere posse, quam Bibulus certa quadam ratione non servat, tibi
3 magnopere servandam censeo. quod scribis, Apamea praesidium
deduci non oportuisse, videbam item ceteros existimare molesteque
ferebam de ea re minus commodos sermones malevolorum fuisse:
Parthi transierint necne, praeter te video dubitare neminem; itaque
omnia praesidia, quae magna et firma paraveram, commotus homi-
4 num non dubio sermone dimisi. rationes mei quaestoris nec verum
fuit me tibi mittere nec tamen erant confectae; eas nos Apameae
deponere cogitabamus. de praeda mea praeter quaestores urbanos,
id est populum Romanum, terruncium nec attigit nec tacturus est
quisquam. Laodiceae me praedes accepturum arbitror omnis pecu-
niae publicae, ut et mihi et populo cautum sit sine vecturae peri-
culo. quod scribis ad me de †dracchum CCCIↃↃↃ, nihil est, quod
in isto genere cuiquam possim commodare; omnis enim pecunia
ita tractatur, ut praeda a praefectis, quae autem mihi adtributa
5 est, a quaestore curetur. quod quaeris, quid existimem de legionibus,
quae decretae sunt in Syriam, antea dubitabam, venturaene essent:
nunc mihi non est dubium, quin, si antea auditum erit otium esse

1. nec *GR*, ne *M*. neque *alii* ‖ 2. particho *MR* ‖ 3. ciceronem *R* ‖ 4. puerorum *cum Nipperdeio* (*op. p.* 465) *et Bootio* (‘*obs.*’ *p.* 7) *non deleverim. neque enim ineptum attributum est in epistula ad hominem alienum scripta neque causa voc. positio exemplis destituta* (*cf. C. F. W. Müller ad Cic. Lael.* 57) ‖ 6. gubernabit *ex* -uit *M*[r] ‖ 7. ullo modo *M*, nullo modo *G*, *om. R* ‖ 8. inferendis *R* ‖ incomodum *M* ‖ nullam] nullas ς, *bene* ‖ 9. id *om. GR* ‖ 11. magno opere ς ‖ apamia *G* ‖ 12. opportuisse *M* ‖ item *M*, idem *GR* ‖ 14. parthi *M*, pariter hi (hii *G*) *GR* ‖ 17. tamen] tum ς ‖ 19. terruncium *Ω* (*cf. Mommsen Herm.* XXII *p.* 486, *Bücheler mus. Rhen.* XLVI *p.* 236), teruncium ς ‖ 20. laodiciae *G*, hac die *R* ‖ 21. ut et] ut *G*. *de ipsa re olim non intellecta cf. Mommsen* ‘*r. Staatsr.*’ III *p.* 1139, 1 ‖ 22. dracchum *MG*, drachum, d *m.* 1 *ex* t, *R*. *incertum qua genetiri forma Cicero h. l. usus sit:* drachmum *Wesenberg*, drachumum *vel* drachumarum *Bücheler* (*mus. Rhen.* XI *p.* 515) *adsentiente Ritschelio* (*opusc.* II *p.* 483). *cf. Neue* ‘*Formenl. d. lat. Spr.*’ I² *p.* 20 ‖ CCCLↃↃↃ (*sic*) *M*, CCCLIIII *G*, CCCLIII *R* ‖ 24. a *sup. vs. add. M*[c] ‖ praede *GR* (*G*[1] *ex* praedem) ‖ praefectis] *rursus incipit S*, *cf. ad p.* 28, 12 ‖ autem adtr. est mihi *G* ‖ 25. curatur *S*, *si collatoris silentio fides. de ipsa re cf. Mommsen l. d.* II³ *p.* 551 ‖ quid *ex* quod *M*[c] *vel M*[r] ‖ 25. 26. legionibusque decresunt in s. *G*, legionibus que crete sunt ut s. *R* ‖ 27. mihi non *om. S* ‖ erit otium *cum spatio* 8—9 *litt. om. R* ‖ esset *R*

in Syria, venturae non sint: Marium quidem successorem tarde video
esse venturum, propterea quod senatus ita decrevit, ut cum legioni-
bus iret. uni epistolae respondi; venio ad alteram. petis a me, ut 6
Bibulo te quam diligentissime commendem: in quo mihi voluntas
non dest, sed locus esse videtur tecum expostulandi; solus enim tu
ex omnibus, qui cum Bibulo sunt, certiorem me numquam fecisti,
quam valde Bibuli voluntas a me sine causa abhorreret; permulti
enim ad me detulerunt, quom magnus Antiochiae metus esset et
magna spes in me atque in exercitu meo, solitum dicere quidvis
se perpeti malle quam videri eguisse auxilio meo, quod ego officio
quaestorio te adductum reticere de praetore tuo non moleste fere-
bam, quamquam, quemadmodum tractarere, audiebam. ille autem,
cum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me litteram num-
quam misit, ad quem intellegebat eius belli periculum pertinere:
tantum de auguratu filii sui scripsit ad me; in quo ego, miseri-
cordia commotus et quod semper amicissimus Bibulo fui, dedi
operam, ut ei quam humanissime scriberem. ille si †omnis est 7
malevolus — quod numquam existimavi —, minus offendor in me:
sin autem a me est alienior, nihil tibi meae litterae proderunt:
nam, ad senatum quas Bibulus litteras misit, in eis, quod mihi
cum illo erat commune, sibi soli adtribuit: se ait curasse, ut cum
quaestu populi pecunia permutaretur; quod autem meum erat pro-
prium, ut alariis Transpadanis uti negarem, id etiam populo se
remisisse scribit; quod vero illius erat solius, id mecum communi-
cat: 'equitibus auxiliariis', inquit, 'cum amplius frumenti postula-
remus'; illud vero pusilli animi et ipsa malevolentia ieiuni atque
inanis, quod Ariobarzanem, quia senatus per me regem appellavit
mihique commendavit, iste in litteris non regem, sed regis Ario-

---

1. **tardius** *S* ‖ 5. **uidetur esse** *S* ‖ 7. **uol. sine causa a me** *S* ‖ 8. **retulerunt** *S* ‖ **quom] quam** *Ω* (quum *M*r), **cum** *S* ‖ **antiochiae** *ΩS*, -eae ς ‖ 9. in exercitu *Ω*, exercitu *S* ‖ solitum ‹ eum › d. *Baiter* (‹ eum ›, cum magnus *coluerat Kleyn p. 5)* ‖ 10. se eguisse *S* ‖ 10. 11. quod ego te off. quaest. adiunctum r. *S* ‖ 11. **adductium** *M* ‖ 12. **admodum** *G* ‖ **tractare** *S*, *et, a m.* 2 *in mg.*, *R* ‖ 13. 14. ad me nullam litteram misit *S* ‖ 14. at *M* (ad *M*¹) ‖ periculum eius belli *S* ‖ 16. bibulo amicissimus *S* ‖ 17. quam *ex* qui *M*¹ ‖ rescriberem *Lambinus*, *hom* omnis *Ω* (*in M sup. vs. additum sed postea erasum* in), omnibus *S*, ‹ in › omnis *Baiter* ‖ est *sup. vs.* *G*² ‖ 20. eis] his *Ω*, iis *S* ‖ 21. se autem ait *G* ‖ cum *ex* qum *M*¹, con (*in fine vs.*) *R* ‖ 22 populi *R*. pec. commutaretur *S* ‖ 23. transpadaniis *S* ‖ uti ‹ me › neg. *Lambinus* ‖ etiam se populo *Wesenberg*, *minuria non senatui solum sed etiam separatim populo* (*i. e. consulibus et praetoribus*) *Bibulus scripserat : in his litteris in publico recitandis ille non dubitaverat* (etiam, *i. e.* vel, populo scribit) *Ciceronis meritum suum facere* (se rem.) ‖ 24. **remississe** *M* ‖ 25. aux. egere se inquit *S*, *ex interpolatione* ‖ 27. quia *om.* *S*

barzanis filium appellat. hoc animo qui sunt, deteriores fiunt rogati; sed tibi morem gessi: litteras ad eum scripsi, quas cum acceperis, facies, quod voles

XVIII. (131.)

M. CICERO IMP. S. D. Q. THERMO PROPR.

1 Officium meum erga Rhodonem ceteraque mea studia, quae
tibi ac tuis praestiti, tibi, homini gratissimo, grata esse vehementer
gaudeo, mihique scito in dies maiori curae esse dignitatem tuam,
quae quidem a te ipso integritate et clementia tua sic amplificata
2 est, ut nihil addi posse videatur; sed mihi magis magisque cotidie
de rationibus tuis cogitanti placet illud meum consilium, quod initio
Aristoni nostro, ut ad me venit, ostendi, gravis te suscepturum
inimicitias, si adulescens potens et nobilis a te ignominia adfectus
esset. et hercule sine dubio erit ignominia; habes enim neminem
honoris gradu superiorem, ille autem, ut omittam nobilitatem, hoc
ipso vincit viros optimos hominesque innocentissimos, legatos tuos,
quod et quaestor est et quaestor tuus. nocere tibi iratum neminem
posse perspicio, sed tamen tres fratres summo loco natos, promptos,
non indisertos te nolo habere iratos, iure praesertim: quos video
3 deinceps tribunos plebis per triennium fore; tempora autem rei
publicae qualia futura sint, quis scit? mihi quidem turbulenta
videntur fore. cur ego te velim incidere in terrores tribunicios,
praesertim cum sine cuiusquam reprehensione quaestoriis legatis
quaestorem possis anteferre? qui si dignum maioribus suis prae-
buerit, ut spero et opto, tua laus ex aliqua parte fuerit; sin quid
offenderit, sibi totum, nihil tibi offenderit. quae mihi veniebant in
mentem, quae ad te pertinere arbitrabar, quod in Ciliciam pro-

---

1. fiunt rogati || (1 *litt.*, *fort.* s, *er.*) sed ibi (tibi M^r) *M*, fiant rogant ei sed ibi *G*, fiant rogat et (*hoc eras.*) si (sed *m.* 2) ibi *R* || 2. mortem *G* || 5. *inscriptionem om. GR* || PROPR.] pr *ex* propter *radendo M*, propraetori *S* || 6. Thermo (Chermo *G*) propter officium *GR* || rodonem Ω || 7. praestiti tibi *ex* praestitistibi *radendo M* || tibi *om. S* || 8. cure *R*, cura *MG* (-ae M^r) || 11. tuis M^r, studiis Ω || 11. 12. quod in isto ar. *S* || 12. nostro *om. GR* || grauis *ex* gauis M^r || 14. esset Ω, est *S* || sine *ex* si M^r || 16. ipso *RS* (M^r), ipse *MG* || 17. ⟨nunc⟩ nem. *vel* ⟨nunc⟩ posse *Lehmann* (*Herm.* XV *p.* 353), *iniuria, opinor. hoc dicit:* nocere *i. e. gravia damna inferre tibi, cum consulatum adeptus fueris, nemo poterit, sed vexare poterunt tribuni pl., idque tibi timendum erit, si C. Antonium honore privaveris, a tribus Antoniis, ex quibus unus certe eodem tempore quo tu consulatum tribunatum geret idque turbulento rei p. tempore* || 18. posse perspicere *S* || natos *et* 19. indisertos] -os *ex* -us M^1 || 19. nolo te *G* || 20. tempora — 22. fore *om. S* || 21. qui *GR* || 22. ego] *sc. qui tibi tantopere faveam.* ergo *Lehmann l. d.* || incidere *om. S* || 23. quaestoriis] quaestoris Ω. repr. legatis quaestoram (*sic*) possis *S* || 24. dignum Ω, dignum se *S*, *ut vid.*, *et* ς. *cf. Dziatzko ad Ter. Phorm.*[2] (*Lips.* 1885) 476 *p.* 133 || 25. si quid *S* || 27. quod Ω, cum *S*. quo die *Lehmann* ('*Iahresber. d. philol. Vereins*' XIV. 1888. *p.* 254)

ficiscebar, existimavi me ad te oportere scribere: tu quod egeris, id velim di adprobent: sed, si me audies, vitabis inimicitias et posteritatis otio consules.

XIX. (135.)

M. TVLLIVS M. F. ⟨M. N.⟩ CICERO IMP. S. D. C. COELIO L. F. C. N. CALDO Q.

1 Cum optatissimum nuntium accepissem te mihi quaestorem optigisse, eo iucundiorem mihi eam sortem sperabam fore, quo diutius in provincia mecum fuisses; magni enim videbatur interesse ad eam necessitudinem, quam nobis sors tribuisset, consuetudinem quoque accedere: postea quam mihi nihil neque a te ipso neque ab ullo alio de adventu tuo scriberetur, verebar, †ne ita caderet — quod etiam nunc vereor —, ne ante, quam tu in provinciam venisses, ego de provincia decederem; accepi autem a te missas litteras in Cilicia, cum essem in castris, a. d. x K. Quinctiles, scriptas humanissime, quibus facile et officium et ingenium tuum perspici posset, sed neque unde nec quo die datae essent aut quo tempore te expectarem significabant, nec is, qui adtulerat, a te acceperat, ut ex eo scirem, quo ex loco aut quo tempore essent datae. 2 quae cum essent incerta, existimavi tamen faciundum esse, ut ad te statores meos et lictores cum litteris mitterem; quas si satis opportuno tempore accepisti, gratissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam quam primum veneris; nam, quod ad me Curius, consobrinus tuus, mihi, ut scis, maxime necessarius, quod item C. Vergilius, propinquus tuus, familiarissimus noster, de te accuratissime scripsit, valet id quidem apud me multum, sicuti debet hominum amicissimorum diligens commendatio, sed tuae litterae de tua praesertim dignitate

---

2. di] dii *R*, di prodii *G*, *bello glossematis in textum illati exemplo* ‖ 5. M.—s. d. *om. GR* ‖ Marcus tullius marcellus (*sed* arcellus *erasa* f. (4 *litt. eras.*) cicero imperator salutem dicit consule coelio lentuli (*sed* entuli *erasa*) filio (*sed* ilio *erasa*) gneus caldo que (cum optatissimum) *M*, M. tullius m. f. cicero imper. s. d. consuli celio l. f. *tamquam inscriptio*, Gneus caldo quem (cum o.) *tamquam initium in S*, consuli celio lucio figulo G. N. caldo quinto *G*, consul celio l. f. G. N. caldoque *R* ‖ Caelio *alii* ‖ 7. accipissem *M* ‖ 8. quo *M*, quod *GRS* ‖ 10. sors *R*, fors *MGS* ‖ 11. accidere *MG* ‖ postea quam *MS*, postea cum *GR*. *cf. Landgraf 'Unters. zu Caesar u. s. Forts.' p.* 30 ‖ 12. ita *ΩS*, id ita ς. verebar nei taederet ⟨aut⟩ — quod etiam nunc vereor —, ne *cet.* **conieci** *ann. phil.* 1891 *p.* 70; *ut bipartita fuerit sententia: verebar ne aut omnino non venires aut — quod etiam nunc, post acceptas tuas litteras vereor — ne post decessum meum* ‖ 13. nec ante *G* ‖ tu *om. S* ‖ 14. discederem *S* ‖ abs te *S* ‖ 15. *in esse* (*sic*) in castris *desinit S* ‖ quintiles *Ω* ‖ 17. aut quo *GR*, atq *M* ‖ tempore te *GR*, temporatae *M* ‖ 18. is *GR* (*M*[1]), his *M* ‖ 19. aut (*ex* at) *M*[1] ‖ 22. ad *GR*, *om. M* ‖ 23. ad me curis *MR*, a me curis *G* ‖ consubrinus *M* ‖ 24. C. Vergilius] consul uirgilius *Ω* ‖ 26. debet, deb *M*[1] *in ras.*

et de nostra coniunctione maximi sunt apud me ponderis. mihi quaestor optatior optingere nemo potuit: †quamobrem quaecumque a me ornamenta ad te proficiscentur, ut omnes intellegant a me habitam esse rationem tuae maiorumque tuorum dignitatis; sed id facilius consequar, si ad me in Ciliciam veneris, quod ego et mea et rei publicae et maxime tua interesse arbitror.

III.

I. (67.)

CICERO APPIO IMP. S. D.

1 Si ipsa res p. tibi narrare posset, quomodo sese haberet, non facilius ex ea cognoscere posses, quam ex liberto tuo Phania: ita est homo non modo prudens, verum etiam, quod iuet, curiosus; quapropter ille tibi omnia explanabit, id enim mihi et ad brevitatem est aptius et ad reliquas res providentius. de mea autem benevolentia erga te, etsi potes ex eodem Phania cognoscere, tamen

3. ad *Ω*, in *Manutius* ‖ ⟨proficisci poterunt⟩ proficiscentur *Madvig op. ac.*^{2} *p.* 321 (= I^1 *p.* 397). proficiscentur elaborabo M^r ‖ 4. maiorumque *ex* maioremque M^1 ‖ 6. *subscribitur:* MARCVS TVLLIVS CICERO EPISTOLARVM AD CVRIONEM CONSVLEM ET CAETEROS EXPLICIT INCIPIT AD APP. CLAV. FELICITER *M*, finiunt epistolae M. T. C. senatoris et censoris ad curionem consulem ad ceterosque incipit ad appium claudium feliciter *G*, Tullii Ciceronis epistolarum ad curionem consulem et ceteros eplicit (*sic*) l. II. incipit ad pompeium (appium *sup. vs. m.* 1) claudium feliciter *R* ‖ 7. *Libro tertio in Ω hic praemissus est index* (*leves quaedam GR discrepantiae omissae sunt*): 1. CICERO (M. T. C. proconsul *G*) APPIO IMP. SALVTEM DICIT SI IPSA RES PVBLICA ‖ 2. MARCVS (*om. GR*) CICERO PROCOS. SALVTEM DICIT APPIO PVLCHRO IMPRE (*om. GR*). Cum et cetera (*haec tria v. om. MR*) 3. CICERO (inperator C. *G*) SALVTEM DICIT APPIO PVLCHRO AD XI^o (a XV *G*) KL IVN BRVNDISIVM ‖ 4. *om. M.* C. salutem dicit appio pulcro *GR*. *pergunt G* (*cf. ad p.* 52, 27): ex his litteris, *R*: cum meum factum, *quae exp.* R^2 5. CICERO SALVTEM DICIT APPIO PVLCHRO (*haec quinque v. om. R*) TRALLIS VENI AD VI^{to} KL SEXTILES ‖ 6. MARCVS (*om. R*) CICERO SALVTEM DICIT APPIO PVLCHRO CVM MEVM FACTVM ‖ 7. CICERO SALVTEM DICIT APPIO PVLCHRO PLVRIBVS VERBIS AD TE SCRIBAM (*haec tria v. om. G*) ‖ 8. CICERO SALVTEM DICIT APPIO PVLCHRO ETSI QVANTVM ‖ 9. CICERO APPIO PVLCHRO SALVTEM VIX TANDEM LEGI 10. (*om. R*). CICERO APPIO PVLCHRO SALVTEM CVM EST AD NOS ADLATVM ‖ 11. (*om.* G^1, *in mg. add.* G^2). CICERO APPIO PVLCHRO VT SPERO CENSORI SALVTEM DICO (dicit *G*) CVM ESSEM IN CASTRIS 12. CICERO APPIO PVLCHRO SALVTEM GRATVLABOR (gratulor *GR*) TIBI ‖ 13. CICERO APPIO PVLCHRO SALVTEM QVASI DIVINAREM 8. Cicero — 9. posset *in M rubricata* ‖ 9. res ipsa *G* ‖ tibi narrare posset *om. GR* ‖ 10. phania M^1, phannia M^c *GR* ‖ 11. quod iuet] *cf. Corssen* '*Vocalismus*' I^2 *p.* 316 *sq.*, quo diuet *M* (quod ius et M^c, *ut vid.*), quod iuuet *R*, quod uiget *G* ‖ 13. mea *ex* me M^c ‖ 14. phannia M^c*R*

videntur etiam aliquae meae partes: sic enim tibi persuade, carissimum te mihi esse cum propter multas suavitates ingenii, officii, humanitatis tuae, tum quod ex tuis litteris et ex multorum sermonibus intellego omnia, quae a me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima; quod cum ita sit, perficiam profecto, ut longi temporis usuram, qua caruimus intermissa nostra consuetudine, et gratia et crebritate et magnitudine officiorum meorum sarciam, idque me, quoniam tu ita vis, puto non invita Minerva esse facturum, quam quidem ego, si forte de tuis sumpsero, non solum *Παλλάδα*, sed etiam *Ἀππιάδα* nominabo. Cilix, libertus tuus, antea mihi minus 2
fuit notus; sed, ut mihi reddidit a te litteras plenas et amoris et officii, mirifice ipse suo sermone subsecutus est humanitatem litterarum tuarum: iucunda mihi eius oratio fuit, cum de animo tuo, de sermonibus, quos de me haberes cotidie, mihi narraret; quid quaeris? biduo factus est mihi familiaris, ita tamen, ut Phaniam valde sim desideraturus, quem cum Romam remittes, quod, ut putabamus, celeriter eras facturus, omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari a me voles, mandata des velim. L. Valerium iurecon- 3
sultum valde tibi commendo, sed ita etiam, si non est iure consultus, melius enim ei cavere volo, quam ipse aliis solet. valde hominem diligo: est ex meis domesticis atque intimis familiaribus. omnino tibi agit gratias, sed idem scribit meas litteras maximum apud te pondus habituras: id eum ne fallat, etiam atque etiam rogo. vale.

II. (75.)

M. CICERO PROCOS. S. D. APPIO PVLCHRO IMP.

Cum et contra voluntatem meam et praeter opinionem acci- 1
disset, ut mihi cum imperio in provinciam proficisci necesse esset, in multis et variis molestiis cogitationibusque meis haec una consolatio occurrebat, quod neque tibi amicior, quam ego sum, quisquam posset succedere neque ego ab ullo provinciam accipere, qui mallet eam quam maxime mihi aptam explicatamque tradere; quod si tu quoque eandem de mea voluntate erga te spem habes, ea te profecto numquam fallet. at te maximo opere pro nostra summa coniunctione tuaque singulari humanitate etiam atque etiam quaeso

3. ex litteris tuis *G* ‖ 10. appiada *Ω* ‖ 15. phanniam *M*[c]*GR* ‖ 18. L.] lentulum *Ω* ‖ 19. sed etiam ita sinonem iure *G* ‖ 22. scripsit *G* ‖ 23. etiam *Ω*, ⟨te⟩ etiam *alii* ‖ 24. uale *M*[c]*GR*, *om.* *M*[1] ‖ 26. *inscriptionem om.* *R* ‖ imperatori, -ri *ex* re *M*[c] ‖ 34. at te *R*, *et* *M*[1] *ex* a te, a te *G*. *cf. Landgraf ad Cic. p. Rosc. Am.* 11 ‖ 35. humanitate *ex* humanite *M*[c]

et peto, ut, quibuscumque rebus poteris — poteris autem plurimis —,
2 prospicias et consulas rationibus meis. vides ex senati consulto provinciam esse habendam: si eam, quod eius facere potueris, quam expeditissumam mihi tradideris, facilior erit mihi quasi decursus mei temporis. quid in eo genere efficere possis, tui consili est: ego te, quod tibi veniet in mentem mea interesse, valde rogo. pluribus verbis ad te scriberem, si aut tua humanitas longiorem orationem expectaret aut id fieri nostra amicitia pateretur aut res verba desideraret ac non pro se ipsa loqueretur: hoc velim tibi persuadeas, si rationibus meis provisum a te esse intellexero, magnam te ex eo et perpetuam voluptatem esse capturum. vale.

III. (76.)

CICERO S. D. APPIO PVLCHRO.

1 A. d. XI K. Iun. Brundisium cum venissem, Q. Fabi⟨us Vergili⟩anus, legatus tuus, mihi praesto fuit eaque me ex tuis mandatis monuit, quae non mihi, ad quem pertinebant, sed universo senatui venerant in mentem, praesidio firmiori opus esse ad istam provinciam; censebant enim omnes fere, ut in Italia supplementum meis et Bibuli legionibus scriberetur: id cum Sulpicius consul passurum se negaret, multa nos quidem questi sumus, sed tantus consensus senatus fuit, ut mature proficisceremur, parendum ut fuerit, itaque fecimus. nunc, quod a te petii litteris eis, quas Romae tabellariis tuis dedi, velim tibi curae sit, ut, quae successori coniunctissimo et amicissimo commodare potest is, qui provinciam tradit, ut ea pro nostra consociatissima voluntate cura ac diligentia tua complectare, ut omnes intellegant nec me benivolentiori cuiquam
2 succedere nec te amiciori potuisse provinciam tradere. ex eis litteris, quarum ad me exemplum misisti, quas in senatu recitari voluisti, sic intellexeram, permultos a te milites esse dimissos; sed mihi

---

2. senati *scripsi*, senatu *M* (-tus M^r), -tus *G*, *notis* (s̄. c̄.) *R* ‖ 3. quod *Ω*, quoad ς. *cf. Iordan 'krit. Beitr.' p.* 338 *sq.* ‖ eius *M*, et *GR* ‖ potueris *M*, poteris *GR* ‖ 4. expeditis sumam M^1 (expeditissumam M^c), expeditis summam *G*, expeditissimam *R* ‖ facilior *M*, fatebor *GR* ‖ 5. effici (*sic*) *G* ‖ consili] consuli M^1, consilii M^c*GR* ‖ 6. ego *M*, ergo *GR* ‖ ueniat *G* ‖ 7. plurimis *G* ‖ at te *ex* a te M^1 ‖ 11. te] me *C. F. W. Müller* ‖ capturum uale M^c*GR*, capturum M^1 ‖ 13. *inscriptionem om. R* ‖ inperator Cicero *G* ‖ 14. Q. *om. R* ‖ 14. 15. Fabius Vergilianus *Bengel*, fabianus *Ω* ‖ 16. quae *ex* quem M^1 ‖ 17. senatu *R*, *bene* (*cf. Bücheler 'lat. Decl.'*[2] *p.* 110) ‖ firmiori *Ω* (firmiori opus *ex* firmioribus M^1), -re ς. *cf. Bücheler p.* 100, *Neue* II[2] *p.* 137 *sq.* ‖ 18. enim *om. GR* ‖ 22. itaque quae M^1, quae *exp.* M^c ‖ peto *GR* ‖ eis] his *MG*, is *R* ‖ 22. 23. tabellaris *G* ‖ 26. beniuolentiori *GR*, be uolentiori *M* ‖ 27. *post* tradere *novam epistulam incipit G:* uale. Cicero salutem dicit appio pulchro ‖ eis] his *Ω*, iis ς

Fabius eidem demonstravit te id cogitasse facere, sed, cum ipse a te discederet, integrum militum numerum fuisse: id si ita est, pergratum mihi feceris, si istas exiguas copias, quas habuisti, quam minime imminueris; qua de re senati consulta quae facta sunt, ad te missa esse arbitror. equidem pro eo, quanti te facio, quicquid feceris, adprobabo, sed te quoque confido ea facturum, quae mihi intelleges maxime esse accommodata. ego C. Pomptinum, legatum meum, Brundisii expectabam eumque ante K. Iun. Brundisium venturum arbitror; qui cum venerit, quae primum navigandi nobis facultas data erit, utemur.

IV. (78.)

⟨CICERO S. D. APPIO PVLCHRO.⟩

Pridie Nonas Iunias, cum essem Brundisii, litteras tuas accepi, 1
quibus erat scriptum te L. Clodio mandasse, quae illum mecum loqui velles: eum sane expectabam, ut ea, quae a te adferret, quam primum cognoscerem. meum studium erga te et officium, tametsi multis iam rebus spero tibi esse cognitum, tamen in eis maxime declarabo, quibus plurimum significare potuero tuam mihi existimationem et dignitatem carissimam esse. mihi et Q. Fabius Vergilianus et C. Flaccus L. f. et diligentissime M. Octavius Cn. f. demonstravit me a te plurimi fieri; quod egomet multis argumentis iam antea iudicaram maximeque illo libro augurali, quem ad me amantissime scriptum suavissimum misisti. mea in te omnia summa 2
necessitudinis officia constabunt; nam cum te ipsum, ex quo tempore tu me diligere coepisti, cotidie pluris feci, tum accesserunt etiam coniunctiones necessariorum tuorum — duo enim duarum aetatum plurimi facio, Cn. Pompeium, filiae tuae socerum, et M. Brutum, generum tuum — conlegiique coniunctio, praesertim tam honorifice a te adprobata, non mediocre vinculum mihi quidem attulisse videtur ad voluntates nostras copulandas. sed et, si Clodium

1. eidem *Ω*, idem ϛ ‖ *post* eidem 3 *litt. er. in M* ‖ 3. istas *ex* ista *M*ᶜ ‖ 4. senati] senato *M*[1], -tus *GR* (*M*ᶜ *vel M*[1]) ‖ consulto *M* ‖ 7. esse *om. R* ‖ C. Pomptinum] consul pomitinum *Ω* ‖ 8. brundisium *ex* brundium *M*ᶜ, -sium *ex* -sii *R*[1] ‖ 9. arbitror *M*ᶜ*GR*, arbitrabor *M*[1], arbitrabar ϛ, *fort. recte* ‖ 12. *inscriptionem om. Ω* (*M*ʳ *in mg.*: Caput alterius epistolae) ‖ 13. brundisti *M* ‖ 14. L.] lentulo *Ω* ‖ 17. eis] his *Ω* ‖ 19. Q. *om. R* ‖ 19. 20. uirgilianus (-gibanus *G*) *GR* ‖ 20. C.] consul *Ω* ‖ Cn. f.] gneus *G* N. *R* felix *Ω* ‖ 22. 23. quem ad me suavissime scriptum amantissime misisti *Martyni Laguna et Plugers* (*Mnemos.* IX. 1881. *p.* 114), *iniuria. nec magis Kochii* (*'coni. Tull.' p.* 31) am. ser. suavissime misisti *placet* ‖ 23. summe (*i. e.* summae) *R* ‖ 25. accesserunt *M* ‖ 26. conuictiones *R* ‖ 28. M.] meum *Ω* ‖ collegique *G*, *bene* ‖ 30. videtur] uideatur *Ω*

convenero, ex illius sermone ad te scribam plura et ipse operam dabo te ut quam primum videam. quod scribis tibi manendi causam eam fuisse, ut me convenires, id mihi, ne mentiar, est gratum.

V. (83.)

CICERO S. D. APPIO PVLCHRO.

1 Trallis veni a. d. VI K. Sex. ibi mihi praesto fuit L. Lucilius
cum litteris mandatisque tuis; quo quidem hominem neminem po-
tuisti nec mihi amiciorem nec, ut arbitror, ad ea cognoscenda, quae
scire volebam, aptiorem prudentioremve mittere; ego autem et tuas
litteras legi libenter et audivi Lucilium diligenter. nunc, quoniam
et tu ita sentis — scribis enim, quae <de> nostris officiis ego ad
te scripseram, etsi tibi iucunda fuerint, tamen, quoniam ex alto
repetita sint, non necessaria te putasse — et re vera confirmata
amicitia et perspecta fide commemoratio officiorum supervacanea
est, eam partem orationis praetermittam; tibi tamen agam, ut
debeo, gratias, animadverti enim et didici ex tuis litteris te omnibus
in rebus habuisse rationem, ut mihi consuleres restitueresque et
parares quodammodo omnia, quo mea ratio facilior et solutior esse
2 posset. hoc tuum officium cum mihi gratissimum esse dicam, se-
quitur illud, ut te existimare velim mihi magnae curae fore atque
esse iam, primum ut ipse tu tuique omnes, deinde ut etiam reliqui
scire possint me tibi esse amicissimum; quod quibus adhuc non
satis est perspectum, ei mihi nolle magis nos hoc animo esse quam
non intellegere videntur; sed profecto intellegent, neque enim ob-
scuris personis nec parvis in causis res agetur. sed haec fieri melius
3 quam dici aut scribi volo. quod itinerum meorum ratio te non-
nullam in dubitationem videtur adducere, visurusne me sis in pro-
vincia, ea res sic se habet: Brundisii cum loquerer cum Phania,
liberto tuo, veni in eum sermonem, ut dicerem me libenter ad eam
partem provinciae primum esse venturum, quo te maxime velle

---

3. conueneris *M* ‖ 4. gratum uale *G* ‖ 8. homine *R* ‖ 12. de *om.* *Ω* | 13. scripseram *GR*, scripserim, *sed* serim *in ras.* M^c, *M* ‖ 18. restitueresque (restitueres *s. rs. a* R^2) *Ω*, praestitueresque *Orelli* ‖ 19. parares *GR*, praeparares, *sed in ras. a* M^c, *M. ipsis Appii litteris cum careamus, incertum est quibus rebus Cicero Appium sibi gratificari voluisse significet, itaque ne restitueresque quidem temptandum* ‖ 20. dicam] ducam *Lambinus* ‖ 23. esse *om.* *GR* 24. perspectum] perscriptum *Ω* ‖ ei] hi *Ω*, ii ς ‖ 26. agetur *M*, *et* R^1 *ex corr.*, agitur GR^1 ‖ 27. que *post* meorum *er. in M* ‖ 29. sic se *R*, sic si *radendo ex* sic sic *M*, se sic *G*. sic *alii. cf. Schmalz Z. f. d. Gymn.* XXXV *p.* 134 ‖ brudrisii *M* ‖ phannia *GR*

arbitrarer; tunc mihi ille dixit, quod classe tu velles decedere, per
fore accommodatum tibi, si ad illam maritimam partem provinciae
navibus accessissem; dixi me esse facturum, itaque fecissem, nisi
mi L. Clodius noster Corcyrae dixisset minime id esse faciendum;
te Laudiceae fore ad meum adventum: erat id mihi multo brevius
multoque commodius, cum praesertim te ita malle arbitrarer; tua 4
ratio postea est commutata. nunc quid fieri possit, tu facillime
statues; ego tibi meum consilium exponam: pr. K. Sextiles puto
me Laodiceae fore; perpaucos dies, dum pecunia accipitur, quae
mihi ex publica permutatione debetur, commorabor; deinde iter
faciam ad exercitum, ut circiter Id. Sex. putem me ad Iconium fore.
sed, si quid nunc me fallit in scribendo — procul enim aberam ab
re ipsa et a locis —, simul ac progredi coepero, quam †celerrimis
potero et quam creberrimis litteris faciam ut tibi nota sit omnis
ratio dierum atque itinerum meorum. oneris tibi imponere nec
audeo quicquam nec debeo; sed, quod commodo tuo fieri possit,
utriusque nostrum magni inte * * * quam decedas: quam facultatem
si quis casus eripuerit, mea tamen in te omnia officia constabunt
non secus ac si te vidissem: tibi de nostris rebus nihil sum ante
mandaturus per litteras, quam desperaro coram me tecum agere
posse. quod te a Scaevola petisse dicis, ut, dum tu abesses, ante 5
adventum meum provinciae praeesset, eum ego Ephesi vidi fuitque
mecum familiariter triduum illud, quod ego Ephesi commoratus
sum, nec ex eo quicquam audivi, quod sibi a te mandatum diceret.
ac sane vellem potuisset obsequi voluntati tuae; non enim arbitror noluisse.

---

1. arbitraretur *Martyni-Laguna* ‖ tunc] tu . 1 *litt.* (m? *er. in fine vs.*, *R* ille mihi *G* ‖ 2. accomodatum *Ω* ‖ si *om. R* ‖ si ad Sidam [m. p. p.] navibus *post alios Schütz propter* III, 6, 1 ‖ 3. esse *om. R* ‖ 4. mi *M*, *recentiorum librorum in hoc v. scribendo ratio cum nullius usus sit, praeteribitur.* mihi ς ‖ L.] lucilius *Ω* Corcyrae *om. G* ‖ dixisset *ex* dixisiset *M*[1] ‖ 5. laudiceae *M*, laodicee *R*, laodiciae *G* ‖ breuius *ex* breus *M*[r] ‖ 6. praesertim cum *R* ‖ te ita *om. G* ‖ 8. pr.] propter *Ω*, prope *alii. cf. Wölfflin ad bell. Afr.* 42, 1 ‖ 9. laodiceae *M*, laodiciae *G*, laudicee *R* ‖ per paucos *M* ‖ 11. putem] putet *Ω* (*in M* pute . 1 *litt. er.*, *sed* putet *legit P*[1]) ‖ 12. me nunc *G* ‖ 13. celerrimis *MG*, mus *R*, -me ς celerrimis ⟨nuntiis⟩ *Klotz* ‖ 14. potero et quam creberrimis *om. R* ‖ 16 commodo *GR*, quomodo *M* ‖ 17. inte⟨rest ut te videam ante⟩ *antiquum supplementum, quod ut stare potest per rem grammaticam, ita dubium est a parte diplomatica: nescimus enim quot litteras singuli versus — omiseratque sine dubio unum versum librarius — habuerint in eo codice unde Ω ducti sunt* ‖ 19. 20. mandaturus ante *R* ‖ 22. praesset *M*, praeesset *GR* ‖ ego eum *G* ‖ 23. commuratus *M* ‖ 25. ac sane *Wesenberg*, an sane *Ω*, sane *alii* ‖ potuisset obsequi *ex* potuissem bsequi *M*[1] ‖ 26. noluisse uale *G*

VI. (87.)

M. CICERO S. D. APPIO PVLCHRO.

1 Cum meum factum cum tuo comparo, etsi non magis mihi
faveo in nostra amicitia tuenda quam tibi, tamen multo magis meo
facto delector quam tuo. ego enim Brundisii quaesivi ex Phania,
cuius mihi videbar et fidelitatem erga te perspexisse et nosse locum,
quem apud te is teneret, quam in partem provinciae maxime
putaret te velle ut in succedendo primum venirem; cum ille mihi
respondisset nihil me tibi gratius facere posse, quam si ad Sidam
navigassem, etsi minus dignitatis habebat ille adventus et ad multas
2 res mihi minus erat aptus, tamen ita me dixi esse facturum. idem
ego, cum L. Clodium Corcyrae convenissem, hominem ita tibi coniunctum, ut mihi, cum illo cum loquerer, tecum loqui viderer, dixi
ei me ita facturum esse, ut in eam partem, quam Phania rogasset,
primum venirem; tunc ille, mihi cum gratias egisset, magnopere
a me petivit, ut Laodiceam protinus irem; te in prima provincia
velle esse, ut quam primum decederes; quin, nisi ego successor
essem, quem tu cuperes videre, te antea, quam tibi successum esset,
decessurum fuisse — quod quidem erat consentaneum cum eis litteris,
quas ego Romae acceperam, ex quibus perspexisse mihi videbar,
quam festinares decedere —; respondi Clodio me ita esse facturum
ac multo quidem libentius, quam si illud esset faciendum, quod
promiseram Phaniae: itaque et consilium mutavi et ad te statim
mea manu scriptas litteras misi, quas quidem ex tuis litteris intellexi
3 satis mature ad te esse perlatas. hoc ego meo facto valde
delector, nihil enim potuit fieri amantius; considera nunc vicissim
tuum: non modo ibi non fuisti, ubi me quam primum videre posses,
sed eo discessisti, quo ego te ne persequi quidem possem triginta
diebus, qui tibi ad ⟨de⟩cedendum lege, ut opinor, Cornelia constituti
essent, ut tuum factum, qui, quo animo inter nos simus,
ignorent, alieni hominis, ut levissime dicam, et fugientis congressum,
4 meum vero coniunctissimi et amicissimi esse videatur. ac mihi
tamen, ante quam in provinciam veni, redditae sunt a te litterae,

5. phannia *GR* ‖ 8. mihi *om. R* ‖ 11. dixi esse *GR*, dixisse *M* ‖ 12. L.] lentulum *Ω* ‖ 14. ita me *G* ‖ phannia *GR* ‖ 15. magno opere ς ‖ 16. laodoceam *M*, laodiciam *G*, laudiceam *R* ‖ 17. decederes *G*, decedes *M*, discederes *R* 19. discessurum *G* ‖ eis] his *Ω*, iis ς ‖ 22. quam si illud *om. GR* ‖ 23. phanniae *GR* ‖ 24. manu *ex* manus M^c, *ut vid.* ‖ 28. sed *GR*, sid *M* ‖ 29. decedendum] cedendum *Ω* ‖ 30. ⟨iis⟩ qui *Orelli* ‖ 31. ignorant *alii* ‖ hominis *ex* -es M^1, *ut vid.* ‖ levissime] lenissime *alii. at cf. Müller Cic. op.* IV, 1 *ad p.* 77, 5 ‖ 32. uideatur *GR*, uidebatur *M* ‖ ac *om. R*

quibus etsi te Tarsum proficisci demonstrabas, tamen mihi non dubiam spem mei conveniendi adferebas, cum interea, credo equidem, malevoli homines — late enim patet hoc vitium et est in multis —, sed tamen probabilem materiem nacti sermonis ignari meae constantiae conabantur alienare a te voluntatem meam, qui te forum Tarsi agere, statuere multa, decernere, iudicare dicerent, cum posses iam suspicari tibi esse successum, quae ne ab eis quidem fieri solerent, qui brevi tempore sibi succedi putarent. horum 5 ego sermone non movebar, quin etiam, credas mi velim, si quid tu ageres, levari me putabam molestia et ex annua provincia, quae mihi longa videretur, prope iam undecim mensuum provinciam factam esse gaudebam, si apsenti mihi unius mensis labor detractus esset: illud, vere dicam, me movet, in tanta militum paucitate abesse tris cortis, quae sint plenissimae, nec me scire ubi sint; molestissime autem fero, quod, te ubi visurus sim, nescio, eoque ad te tardius scripsi, quod cotidie te ipsum expectabam, cum interea ne litteras quidem ullas accepi, quae me docerent, quid ageres aut ubi te visurus essem. itaque virum fortem mihique in primis probatum, D. Antonium, praefectum evocatorum, misi ad te, cui, si tibi videretur, cohortis traderes, ut, dum tempus anni esset idoneum, aliquid negotii gerere possem; in quo, tuo consilio ut me sperarem esse usurum, et amicitia nostra et litterae tuae fecerant, quod ne nunc quidem despero: sed plane, quando aut ubi te visurus sim, nisi ad me scripseris, ne suspicari quidem possum. ego, ut me tibi 6 amicissimum esse et aequi et iniqui intellegant, curabo: de tuo in me animo iniquis secus existimandi videris nonnihil loci dedisse: id si correxeris, mihi valde gratum erit. et, ut habere rationem possis, quo loco me salva lege Cornelia convenias, ego in provinciam veni pridie K. Sextiles, iter in Ciliciam facio per Cappadociam, castra movi ab Iconio pridie K. Septembres. nunc tu et ex diebus et ex ratione itineris, si putabis me esse conveniendum, constitues, quo loco id commodissime fieri possit et quo die.

1. etsi te *M*, etsi *GR* ‖ 3. est *GR*, est enim *M* ‖ 4. materiam *GR* | ignari *ex* ignariae *M*¹ ‖ 7. eis] his *Ω*, iis ς ‖ 8. solerent *MR*, deberent *G* | sibi *R*¹, tibi *MG et R*¹ *corr.* ‖ 11. uideretur *GR*, uidetur *M* | mensuum *M*, mensium *GR*, mensum *Baiter. cf. Georges 'Lex. d. lat. Wortf.' s. v.* ‖ 14. cortis *M*, cohortes *GR* ‖ 15. fero *M*, perfero *GR* ‖ 17. me *GR*, de me *M* ‖ 18. uisurum *M* essem *M*, sim *GR* | itaque uirum *om. GR* | 19. d. antonium *R*, dedit (*quod exp. M*ᶜ) antonium *M*, antonium *G* | praef. ev.] *cf. Mommsen eph. epigr.* V *p.* 142 *sq.* | si *ex* sit *M*ᶜ | 20. uideretur *GR M*¹, uidetur *M* | 24. 25. tibi iam am *G* 25. de] ⟨tu⟩ de *Wesenberg* ‖ 25. 26. animo in me *G* | 26. existimandi, di *in fine vs add. M*ᶜ ‖ 28. quo in l. *G* | 28. 29. priuinciam *M*, prouincia *GR* | 29. ciciliam *M*, cilicio *R* ‖ 30. crasta *M* | movi] movebo *H. Ten Cate Fennema 'quaest. Parth.'* (*diss. Lugd. B.* 1882) *p.* 111, *perperam*

VII. (114.)

CICERO S. D. APPIO PVLCHRO.

1 Pluribus verbis ad te scribam, cum plus otii nactus ero: haec
scripsi subito, cum Bruti pueri Laudiceae me convenissent et se
Romam properare dixissent; itaque nullas eis praeterquam ad te et
2 ad Brutum dedi litteras. legati Appiani mihi volumen a te plenum
querelae iniquissimae reddiderunt, quod eorum aedificationem litteris
meis impedissem; eadem autem epistola petebas, ut eos quam primum, ne in hiemem inciderent, ad facultatem aedificandi liberarem,
et simul peracute querebare, quod eos tributa exigere vetarem,
prius quam ego re cognita permisissem; genus enim quoddam fuisse
impediendi, cum ego cognoscere non ⟨possem⟩, nisi cum ad hiemem
3 me ex Cilicia recepissem. ad omnia accipe et cognosce aequitatem
expostulationis tuae: primum, cum ad me aditum esset ab eis, qui dicerent a se intolerabilia tributa exigi, quid habuit iniquitatis me scribere, ne facerent, ante quam ego rem causamque cognossem? non poteram, credo, ante hiemem; sic enim scribis: quasi vero ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. 'tam longe?' inquis. quid? cum dabas eis litteras, per quas mecum agebas, ne eos impedirem, quo minus ante hiemem aedificarent, non eos ad me venturos arbitrabare? tametsi id quidem fecerunt ridicule; quas enim litteras adferebant, ut opus aestate facere possent, eas mihi post brumam reddiderunt. sed scito et multo pluris esse, qui de tributis recusent, quam qui exigi velint, et me tamen, quod te velle existimem, esse facturum. de Appianis hac-
4 tenus. a Pausania, Lentuli liberto, accenso meo, audivi, cum diceret te secum esse questum, quod tibi obviam non prodissem. scilicet contempsi te, nec potest fieri me quicquam superbius! cum puer tuus ad me secunda fere vigilia venisset isque te ante lucem Iconium mihi venturum nuntiasset, incertumque, utra via, cum essent duae, altera Varronem, tuum familiarissimum, altera Q. Leptam,

3. *inscriptionem om. R.* Tullius Appio Pulchro salutem dicit *G* ‖ 4. laudiceae *MR*, laodiciae *G* ‖ 5. eis] iis *MR*, is *G* ‖ 8. eadem eadem *M*, eandem *G* epistolam *G* ‖ 10. 11. uetarem quod eos ego re *R*, *sed sup. vs. a m.* 2: prius quam 11. permisisem *M* ‖ quoddam *ex* quodam *R*[1], quiddam *G* ‖ 12. cognoscerem *R* possem *om. Ω* ‖ 13. ex cilicia recepissem *G*, exilia recepissem *R*, exciliare (ci *sup.* li *add. M*[x]) coepissem *M* ‖ 14. eis] his *Ω* ‖ 17. poterant *R* ‖ 18. ⟨ac⟩ non *Wesenberg* ‖ non ad me illi *R* ‖ 19. eis] his *Ω* ‖ 21. uenturos *ex* uenires *G*[1], uenturus *R* ‖ 24. recusent *om. GR* ‖ quam qui *om. G* ‖ 26. lentulli *M* ‖ accenso] accesso *M*, accessi *ex* accesso *R*[1], accessu *G* ‖ 27. te *in fine vs. om. R* ‖ prodisse *R* ‖ 28. quiquam *M* ‖ 29. te *om. R* ‖ 31. due *sup. vs. R*[2] ‖ ⟨M.⟩ Varronem *Wesenberg* ‖ uaronem *Ω* ‖ alteraque leptam *Ω*

praefectum fabrum meum, tibi obviam misi. mandavi utrique eorum, †ut ante ad me excurrerent, ut tibi obviam prodire possem: currens Lepta venit mihique nuntiavit te iam castra praetergressum esse; confestim Iconium veni: cetera iam tibi nota sunt. an ego tibi obviam non prodirem, primum Appio Claudio, deinde imperatori, deinde more maiorum, deinde, quod caput est, amico, cum in isto genere multo etiam ambitiosius facere soleam, quam honos meus et dignitas postulat? sed haec hactenus: illud idem Pausania 5
dicebat te dixisse: 'quidni? Appius Lentulo, Lentulus Ampio processit obviam, Cicero Appio noluit.' quaeso, etiamne tu has ineptias, homo mea sententia summa prudentia, multa etiam doctrina, plurimo rerum usu, addo urbanitatem, quae est virtus, ut Stoici rectissime putant, ullam Appietatem aut Lentulitatem valere apud me plus quam ornamenta virtutis existimas? cum ea consecutus nondum eram, quae sunt hominum opinionibus amplissima, tamen ista vestra nomina numquam sum admiratus; viros eos, qui ea vobis reliquissent, magnos arbitrabar: postea vero quam ita et cepi et gessi maxima imperia, ut mihi nihil neque ad honorem neque ad gloriam adquirendum putarem, superiorem quidem numquam, sed parem vobis me speravi esse factum. nec mehercule aliter vidi existimare vel Cn. Pompeium, quem omnibus, qui umquam fuerunt, vel P. Lentulum, quem mihi ipsi antepono: tu si aliter existimas, nihil errabis, si paulo diligentius, ut, quid sit εὐγένεια, quid sit nobilitas, intellegas, Athenodorus, Sandonis filius, quid de his rebus dicat, adtenderis. sed, ut ad rem redeam, me tibi non amicum modo, 6
verum etiam amicissimum existimes velim: profecto omnibus officiis meis efficiam, ut ita esse vere possis iudicare. tu autem si id agis,

2. ut ad me ante *G* ‖ ante] a te ? *i. e. postquam te alter uter eorum vidisset meisque verbis salutasset. cf. ann. phil.* 1891 *p.* 70 ‖ excurrerent] recurrerent *Ernesti*, currerent *Wesenberg*, *iniuria puto in hoc v. haerentes* 3. te iam] etiam *R* ‖ 4. iam *in fine vs. om. R* ‖ 5. appio *GR*, apud *M* 6. est *om. G* ‖ cum *GR*, *om. M.* qui *Wesenberg* ‖ 9. quod ni *G*. quid *Lambinus* ‖ Ampio *C. F. Hermann* (*Philol.* II *p.* 111), appio *MR*, *om. G* 10. tu has *M*, tuas *GR* ‖ 11. homo *M*, aut *GR* ‖ meas sententias *Ω* plurima *M* ‖ 12. ut] et *Ω*. *de re cf. R. Ausfeld 'de libro* περὶ τοῦ π. σπ. εἶναι ἐλεύϑ.' *diss. Gotting.* 1887 *p.* 42 *et O. Ribbeck Abhdl. d. sächs. Ges. d. Wiss.* XXIII. 1888. *p.* 47 ‖ 13. appietatem *M*, apud (ap̄) pietatem *R*, aut pietatem *G* ‖ 14. nondum *MG*, non *R* ‖ 15. eram *G*, erant *R*, erat *M* ‖ ipsa vestra *R* ‖ 19. adquirendam *MR*, -da *G* ‖ 21. gneum *M*, neum *G* (*cf. Mommsen*² *ad mon. Anc. p.* 209), G. N. *R* ‖ publio *M*, *om. G* 23. paullo ς ‖ quid sit nobilitas *post Kleynium del. Boot 'obs.' p.* 8, *iniuria. cf. inscr. Pisid. Herm.* XXIII *p.* 513 (οὐ γάρ τοι πρόγονοι τὸν ἐλεύϑερον ἄνδρα τίϑεντι· . . . ὃ δὲ τὰν φύσιν ἔλλαχεν ἐσϑλάν, εὐπατρίδας τῆνος καὶ ἐλεύϑερος ἀτρεκές ἐντι· *cet.*) *et v. O. Immisch 'comm. Ribbeck.'* (*Lips.* 1888) *p.* 75 *sq.* ‖ sit *ex* si *M*¹, *ut vid.* ‖ 24. his] iis *Wesenberg* ‖ 25. attenderes *GR* ‖ redeam *ex* redeas *M*ᶜ ‖ 26. 27. meis officiis *GR* ‖ 27. autem *MR*, tamen *G*

ut minus mea causa, dum ego apsim, debere videaris, quam ego tua laborarim, libero te ista cura:

— — παρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι,
οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς.

si autem natura es φιλαίτιος, illud non perficies quo minus tua causa velim, hoc adsequere, ut, quam in partem tu accipias, minus laborem. haec ad te scripsi liberius, fretus conscientia officii mei benivolentiaeque, quam a me certo iudicio susceptam, quoad tu voles, conservabo.

VIII. (96.)

CICERO S. D. APPIO PVLCHRO.

1 Etsi, quantum ex tuis litteris intellegere potui, videbam te hanc epistolam, cum ad urbem esses, esse lecturum refrigerato iam levissimo sermone hominum provincialium, tamen, cum tu tam multis verbis ad me de improborum oratione scripsisses, faciendum
2 mihi putavi, ut tuis litteris brevi responderem. sed prima duo capita epistolae tuae tacita mihi quodammodo relinquenda sunt; nihil enim habent, quod definitum sit aut certum, nisi me vultu taciturnitate significasse tibi non esse amicum, idque pro tribunali cum aliquid ageretur et nonnullis in conviviis intellegi potuisse. hoc totum nihil esse possum intellegere; sed, cum sit nihil, ne qui dicatur quidem intellego: illud quidem scio, meos multos et inlustris et ex superiore et ex aequo loco sermones habitos cum tua summa laude et † cum magna sollicitudine significatione nostrae familiaritatis ad te vere potuisse deferri. nam, quod ad legatos attinet, quid a me fieri potuit aut elegantius aut iustius, quam ut sumptus egentissimarum civitatum minuerem sine ulla imminutione dignitatis tuae, praesertim ipsis civitatibus postulantibus? nam mihi totum genus legationum tuo nomine proficiscentium notum non erat. Apameae cum essem, multarum civitatum principes ad me detule-

1. absum ς ‖ uideris *M* ‖ 3. *ΠΑΡΕΜΟΥΓΕ M*, *ΠΑΡΕΜΟΥΤΕ GR*, *ex quibus monstra omnia in scribendis verbis Graecis referre non opus* ‖ 4. μάλιστα δὲ μητίετα Ζεὺς *verba suspectat J. Frey (progr. Roessel.* 1875. *p.* V) ‖ 6. uelim *M*, uel in *GR* ‖ in quam *R* ‖ 8. beniuolentiae copiam a me *GR* ‖ 11. *inscriptionem om. R* ‖ 12. Etsi *GR*, Ut si *M*, *sed* U *in ras. a M*[c] ‖ 13. esses *M*, isses *G*, issem *R* ‖ 14. tu tam *M*, totam *GR* ‖ 15. ad me de *M*, adde *G*, ac de *R* oratione *ex* moratione *radendo M*, hortacione *GR* ‖ 18. 19. uultu et taciturnitate *GR* ‖ 19. non tibi *G* ‖ 20. in *om. GR* ‖ 21. hoc—intellegere *om. G* ‖ posum *M* qui *Orelli*, quid *Ω*, *quod tenet Schmalz* (*Z. f. d. Gymn.* 1881 *p.* 98) ‖ 24. sollicitudine *in M paene erasum*, *sed post P qui r. integrum legit. del.* ς ‖ 25. vere *om. R* ‖ ad l.] adlegatos *ex* allegatos *R*[1], allegatos *M*, allegato *G* ‖ 27. sumtus *h. l. M* ‖ 28. ciciuitatibus *M*

runt sumptus decerni legatis nimis magnos, cum solvendo civitates
non essent. hic ego multa simul cogitavi. primum te, hominem 3
non solum sapientem, verum etiam, ut nunc loquimur, urbanum,
non arbitrabar genere isto legationum delectari, idque me arbitror
Synnadis pro tribunali multis verbis disputavisse: primum Ap. Clau-
dium senatui populoque Romano non † Mideaesium testimonio —
in ea enim civitate mentio facta est —, sed sua sponte esse lau-
datum; deinde me ista vidisse accidere multis, ut eorum causa
legationes Romam venirent, sed eis legationibus non meminisse
ullum tempus laudandi aut locum dari; studia mihi eorum placere,
quod in te bene merito grati essent, consilium totum videri minime
necessarium; si autem vellent declarare in eo officium suum, lau-
daturum me, si qui suo sumptu functus esset officio, concessurum,
si legitimo, non permissurum, si infinito. † quid enim reprehendi
potest? nisi quod addis visum esse quibusdam edictum meum quasi
consulto ad istas legationes impediendas esse accommodatum. iam
non tantum mihi videntur iniuriam facere ei, qui haec disputant,
quam si cuius aures ad hanc disputationem patent. Romae com- 4
posui edictum; nihil addidi nisi quod publicani me rogarunt, cum
Samum ad me venissent, ut de tuo edicto totidem verbis trans-
ferrem in meum. diligentissime scriptum caput est, quod pertinet
ad minuendos sumptus civitatum: quo in capite sunt quaedam nova,
salutaria civitatibus, quibus ego magnopere delector; hoc vero, ex
quo suspicio nata est me exquisisse aliquid, in quo te offenderem,
tralaticium est. neque enim eram tam desipiens, ut privatae rei
causa legari putarem, qui, et tibi non privato et pro re non privata
sua, sed publica, non in privato, sed in publico orbis terrae

1. cum *om.* *GR* ‖ soluendae (-e, *ut solet*, *R*) *GR* ‖ 2. te — 3. urbanum *adfert Quintil. inst. or.* VIII, 3, 35 ‖ 3. nunc] num *M* ‖ 4. me *om.* *G* ‖ 5. synnadis *M*, synandis *R*, sinnachs *G* ‖ 5. 6. Ap. Claudium] apud clodium *Ω* ‖ 6. populique *M* mideaesium *M*, mihi deaesium *GR*. *qua Graeci nominis* (ΜΙΔΑΕΩΝ *nummi: Head 'hist. num.' p.* 567) *forma Latina usus sit incertum:* Midaeium *Lachmann ad Lucr. p.* 281), *quod verum videtur*, Midaeensium *alii* ‖ 7. in ea] de ea *Lambinus* ‖ 8. ista] ita *Martyni-Laguna. at cf. e. c.* IV, 7, 2: sed idem etiam illa vidi neque te . . probare *cet.* ‖ 9. eis] iis *Wesenberg*, his *Ω* ‖ meminisse] meminissem *Ω*, meminisse me *alii* ‖ 10. aut—mihi *om.* *GR* ‖ 13. si qui *M*, qui *GR* ‖ concess$\overset{u}{o}$rum, u *a* 1, *M* ‖ 14. quid enim] quid in me *Orelli. an* quid horum (*vel* eorum)? *cf. Landgraf ad Cic. p. Rosc. Am. p.* 211 *sq.* ‖ reprehendendi *R*, *om.* *G* ‖ 15. edictum *ex* medictum M^1, *ut vid.* ‖ 16. accomodatum *MR* ‖ 17 tantum *Ω*, tam *Victorius*, tantam *Orelli.* tantum *tenui cum Klotzio*², *de* iniuriam faciendi *v. absolute poni solito cf. Landgraf ad Cic. p. Rosc. Am. p.* 392 ‖ ei] hi *Ω*, ii ς ‖ 18. patent] putent *Ω* ‖ 23 magno opere ς ‖ 25 translaticium *R*, translatum *G* ‖ priuatae *M*, si priuate *R*, si prauitate *G* ‖ 26. causa *ex* causae M^1, *ut vid.* ‖ putarem, arem *in ras.* M^c, *M*, putarem *ex* im G^3 ‖ et pro — 27. privato *om.* *GR*

consilio, id est in senatu, ut gratias agerent, mittebantur; neque, cum edixi, ne quis iniussu meo proficisceretur, exclusi eos, qui me in castra et qui trans Taurum persequi non possent; nam id est maxime in tuis litteris inridendum; quid enim erat, quod me persequerentur in castra Taurumve transirent, cum ego Laodicea usque ad Iconium iter ita fecerim, ut me omnium illarum dioecesium, quae cis Taurum sunt, omniumque earum civitatum magistratus
5 legationesque convenirent? nisi forte postea coeperunt legare, quam ego Taurum transgressus sum: quod certe non ita est; cum enim Laodiceae, cum Apameae, cum Synnadis, cum Philomeli, cum Iconii essem, quibus in oppidis omnibus commoratus sum, omnes iam istius generis legationes erant constitutae. atque hoc tamen te scire volo, me de isto sumptu legationum aut minuendo aut remittendo decrevisse nil, nisi quod principes civitatum a me postulassent, ne in venditionem tributorum et illam acerbissumam exactionem, quam tu non ignoras, capitum atque ostiorum inducerentur sumptus minime necessarii; ego autem, cum hoc suscepissem non solum iustitia, sed etiam misericordia adductus, ut levarem miseriis perditas civitates et perditas maxime per magistratus suos, non potui in illo sumptu non necessario neglegens esse. tu, si istiusmodi sermones ad te delati de me sunt, non debuisti credere; si autem hoc genere delectaris, ut, quae tibi in mentem veniant, aliis adtribuas, genus sermonis inducis in amicitiam minime liberale. ego, si in provincia de tua fama detrahere umquam cogitassem, non † generum tuum libertum Brundisii neque ad praefectum fabrum Corcyrae, quem in locum me venire velles, retulissem. quare potes doctissimis hominibus auctoribus, quorum sunt de amicitia gerenda praeclarissime scripti libri, genus hoc totum orationis tollere: 'disputabant; ego contra
6 disserebam: dicebant; ego negabam.' an mihi de te nihil esse dictum umquam putas? ne hoc quidem, quod, cum me Laodiceam venire

---

1. concilio *GR* ‖ id est in senatu *non recte a quibusdam suspectata* 3. possent, *ut vid.*, *ex* possunt M^1 ‖ 3. 4. maxime est *G* ‖ 5. taurumue *M*, taurum ut *GR* ‖ laodiciae *G*, laodicee *R* ‖ 6. dioecesium] diocesim *G*, diocensium *M*, dyocensium *R*. *cf. Ritschl opusc.* III *p.* 103, 11. diocesis *formam tenet M. Bonnet 'le latin de Grégoire de Tours' p.* 105 ‖ 10. laodiciae *G* ‖ apamiae *G*, pameae *M* ‖ sinnadis *R*, sinadis *G*, synadeis *M* ‖ Philomelii *Orelli* ‖ 14. nihil *G* ‖ a me *GR*, mane *M* ‖ 15. acerbissimam *GR* ‖ 18. ductus *G* ‖ 18. 19. et parditas *M* 19. suptu *M* ‖ 20. tu si *Orelli*, tui *R*, tu *MG* ‖ 20. 21. sermonibus ad te delatis de me non d. *G* ‖ 21. sunt de me *R* ‖ 24. cogitassem *ex* -sse M^r, *ut vid.* generum] convenissem *conieci ann. phil.* 1891 *p.* 71. *generi mentio cum omnino huc non quadret, coniecturae a Baitero commemoratae, quibus illud retinetur et ita retinetur ut lacuna statuatur, irritae sunt. nec opus maiore Martyni-Lagunae mutatione:* cogitassem, neque ad libertum tuum Brundisii ‖ 26. retullissem *M*, retulisse *R* ‖ 27. praeclarissimi *G* ‖ 30. quod *GR* (M^c *vel* M^r), quo M^1. *de constructione cf. C. F. W. Müller ad Cic. de off.* II, 20, 70 ‖ me] meam *M*, me

voluisses. Taurum ipse transisti? quod eisdem diebus meus conventus erat Apameae, Synnade, Philomeli, tuus Tarsi? non dicam plura, ne, in quo te obiurgem, id ipsum videar imitari: illud dicam, ut sentio: si ista, quae alios loqui dicis, ipse sentis, tua summa culpa est: sin autem alii tecum haec locuntur, tua tamen, quod audis, culpa nonnulla est. mea ratio in tota amicitia nostra constans et gravis reperietur: quod si qui me astutiorem fingit, quid potest esse callidius quam, cum te absentem semper defenderim, cum praesertim mihi usu venturum non arbitrarer, ut ego quoque a te absens defendendus essem, nunc committere, ut tu iure optimo me apsentem deserere posses! unum genus excipio sermonis, in 7 quo persaepe aliquid dicitur, quod te putem nolle dici, si aut legatorum tuorum quoipiam aut praefectorum aut tribunorum militum male dicitur: quod tamen ipsum non mercule adhuc accidit, me audiente ut aut gravius diceretur aut in pluris, quam mecum Corcyrae Clodius est locutus, cum in eo genere maxime quereretur te aliorum improbitate minus felicem fuisse. hos ego sermones, quod et multi sunt et tuam existimationem, ut ego sentio, non offendunt, lacessivi numquam, sed non valde repressi. si quis est, qui neminem bona fide in gratiam putet redire posse, non nostram is perfidiam comarguit, sed indicat suam, simulque non de me is peius quam de te existimat; sin autem quem mea instituta in provincia non delectant et quadam dissimilitudine institutorum meorum ac tuorum laedi se putat, cum uterque nostrum recte fecerit, sed non idem uterque secutus sit, hunc ego amicum habere non curo. liberalitas 8 tua, ut hominis nobilissimi, latius in provincia patuit: nostra si angustior — etsi de tua prolixa beneficaque natura limavit aliquid posterior annus propter quandam tristitiam temporum —, non debent mirari homines, cum et natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior et temporibus, quibus alii moventur, isdem ego

iam *GR* ‖ laodiciam *G*, laudiceam *R* ‖ 1. transistis *R* ‖ eisdem] hisdem *MR*, isdem *G* ‖ 2. apemeae *M*, apamiae *G* ‖ synnade *M*, sinnade *R*, sinnadae *G* (*M*ʳ). *cf. Neue* I² *p.* 479 ‖ 4. ista *MG*, ita *R* ‖ 5. sin autem — 6. est *om. G* ‖ 7. quis *G* ‖ 8. calidius ς ‖ semper — 10. absens *om. GR* ‖ 10. defendendum *R* ‖ esset *GR* ‖ committere] committerem Ω (comitterem *G*, comiterem *R*). committere me *alii* ‖ 11. possem *G*. possis *Martyni-Laguna* ‖ 12. ⟨non⟩ nolle *Lambinus* ‖ 13. quoipiam] quipiam *M*, quippiam *GR* ‖ 14. mehercule *GR* ‖ 14. 15. audiente me *R* ‖ 15. in pluris] liberius *Wesenberg* ‖ quam mecum] quod me *G* ‖ 19. repraesi *M* ‖ 20 posse *ex* posses *M*¹, *ut vid.* ‖ his *M* ‖ 21. comarguit *M*, *quod tenui quamvis dubitans* (*cf. Heraeus* 'Arch. f. lat. Lexicogr.' VI *p.* 276), coarguit *GR* ‖ 23. ac tuorum *M*, *et R*¹ *ex* actorum, aut tuorum *G* ‖ 26. homines *M* ‖ patuit] potuit *M*, posuit *GR* ‖ 27. *ante* etsi 2 *litt. spat. in M.* est *add. Lambinus* ‖ beneficiaque *R* naturae *GR* ‖ limavit] limanitabit Ω (lima uitabit *disiunctim GR*) ‖ 30 isdem *G*, *et M*¹ *ex* iidem, hisdem *R*

9 movear, 'me esse acerbum sibi, ut sim dulcis mihi'. de rebus ur-
banis quod me certiorem fecisti, cum per se mihi gratum fuit, tum
quod significasti tibi omnia mea mandata curae fore; in quibus
unum illud te praecipue rogo ut cures, ne quid mihi ad hoc negotii
aut oneris accedat aut temporis, Hortensiumque, nostrum conlegam
et familiarem, roges, ut, si umquam mea causa quicquam aut sensit
aut fecit, de hac quoque sententia bima decedat, qua mihi nihil
10 potest esse inimicius. de nostris rebus quod scire vis, Tarso Nonis
Octobribus Amanum versus profecti sumus; haec scripsi postridie
eius diei, cum castra haberem in agro Mopsuhestiae. si quid egero,
scribam ad te, neque domum umquam ad me litteras mittam, quin
adiungam eas, quas tibi reddi velim. de Parthis quod quaeris, fuisse
nullos puto; Arabes qui fuerunt admixto Parthico ornatu, dicuntur
omnes revertisse; hostem esse in Syria negant ullum. tu velim ad
me quam saepissime et de tuis rebus scribas et de meis et de omni
rei publicae statu, de quo sum sollicitus eo magis, quod ex tuis
litteris cognovi Pompeium nostrum in Hispaniam iturum.

IX. (122.)

CICERO APPIO PVLCHRO S.

1 Vix tandem legi litteras dignas Ap. Claudio, plenas humanitatis, officii, diligentiae. aspectus videlicet urbis tibi tuam pristinam urbanitatem reddidit: nam, quas ex itinere, ante quam ex Asia egressus es, ad me litteras misisti, unas de legatis a me prohibitis proficisci, alteras de Appianorum aedificatione impedita, legi perinvitus; itaque conscientia meae constantis erga te voluntatis rescripsi tibi subiratus. eis vero litteris lectis, quas Philotimo, liberto meo, dedisti, cognovi intellexique in provincia multos fuisse, qui nos, quo animo inter nos sumus, esse nollent, ad urbem vero ut accesseris vel potius ut primum tuos videris, cognosse te ex eis, qua in te absentem fide, qua in omnibus officiis tuendis erga te observantia et constantia fuissem. itaque quanti illud me aestimare

1. *v. Ribbeck com. fr.*^{2} *p.* 120 ‖ me] med *Martyni-Laguna* ‖ ut] uti *Ribbeck* dulcis *GR*, pulcis *M* ‖ *post* mihi *spat.* 4 *litt. in M* ‖ 5. oneris *M*, honoris *GR* 9. ⟨ad⟩ Amanum *Wesenberg* ‖ profecti sumus *GR*, profectissimus *M* ‖ posttridie *MG* ‖ 10. moshestie *M*, hostiae *GR* ‖ si *GR*, si si *M* ‖ 11. ad me *M* (*cf. Boot ad Cic. ad Att.* IV, 14, 1), a me *R*, ad te *G*, ad meos ς ‖ 12. adiungerem *G* ‖ uellem *G* ‖ de partis *M* ‖ 13. fuerint *G* ‖ 14. negant ullum *G*, *et* M^c *ex* negantulum, negant illum *R* ‖ 16. quod *GR*, ut quoḍ (d *puncto notata a m.* 1, *ut vid.*) *M* ‖ 19. *inscriptionem om. GR* ‖ 20. Ap.] apud *M*, appio *GR* claudio *ex* cloudio R^1, clodio *MG* ‖ 23. es *M*, esses *GR* ‖ ad me lit(teras) *in ras.* M^c ‖ 24. appiorum *Ω* ‖ 25. meae] mea *Ω* ‖ recripsi *M* ‖ 26. tibi *om. R* ‖ eis] his *Ω*, iis ς ‖ 29. eis] hiis *M*, iis *GR*

putas, quod est in tuis litteris scriptum, si quid inciderit, quod ad meam dignitatem pertineat, etsi vix fieri posset, tamen te parem mihi gratiam relaturum! tu vero facile facies: nihil est enim, quod studio et benevolentia vel amore potius effici non possit. ego, etsi 2
et ipse ita iudicabam et fiebam crebro a meis per litteras certior, tamen maximam laetitiam cepi ex tuis litteris de spe minime dubia et plane explorata triumphi tui, neque vero ob eam causam, quo ipse facilius consequerer — nam id quidem Ἐπικούρειον est —, sed mehercule, quod tua dignitas atque amplitudo mihi est ipsa cara per se: quare, quoniam pluris tu habes quam ceteri, quos scias in hanc provinciam proficisci, quod te adeunt fere omnes, si quid velis, gratissimum mihi feceris, si ad me, simulatque adeptus eris, quod et tu confidis et ego opto, litteras miseris. 'longi subsellii', ut noster Pompeius appellat, iudicatio et mora si quem tibi item unum alterumve diem abstulerit — quid enim potest amplius? —, tua tamen dignitas suum locum obtinebit; sed, si me diligis, si a me diligi vis, ad me litteras, ut quam primum laetitia adficiar, mittito. et velim, relicum quod est promissi ac muneris tui, mihi 3
persolvas: cum ipsam cognitionem iuris augurii consequi cupio, tum mehercule tuis incredibiliter studiis erga me muneribusque delector. quod autem a me tale quiddam desideras, sane mihi considerandum est, quonam te remunerer potissimum genere; nam profecto non est meum, qui in scribendo, ut soles admirari, tantum industriae ponam, committere, ut neglegens scribendo fuisse videar, praesertim cum id non modo neclegentis, sed etiam ingrati animi crimen futurum sit. verum haec videbimus: illud, quod polliceris, 4
velim pro tua fide diligentiaque et pro nostra non instituta, sed iam inveterata amicitia cures enitare, ut supplicatio nobis quam honorificentissime quam primumque decernatur. omnino serius misi litteras, quam vellem, in quo cum difficultas navigandi fuit odiosa,

1. putes *GR* ‖ quis incederit *G* ‖ 2. posset *M quod tenui cum M. Wetzelio* (*'selbst. u. bezog. Gebrauch d. Temp. im Lat.' Paderborn.* 1890 *p.* 39), possit *GR* ‖ 3. enim est *G* ‖ 5. et ipse *MG*[3], ipse *G*[1]*R*, *fort. recte. cf. Landgraf ad Cic. p. Rosc. Am.* 48, *Nägelsbach-Müller 'lat. Stil.' p.* 366[8] ‖ 8. sed *om. G* ‖ 10. plures *G* ‖ 11. quod *M*, quo *GR* ‖ 12. simulque adeptus *R* ‖ 13. longi subs. *vix cum Willemsio* (*'le sénat' t.* II *p.* 173) *ad tribunorum subsellium referendum. ceterum cf. Ambros. ep.* 48, 1 *t.* II *p.* 1152 *Migne*: 'non erit longi subsellii ista indicatio et mora, ut dictum est antiquitus' ‖ 16. sed ⟨simul⟩ *vel* ⟨simul atque⟩, si *Lehmann* (*p.* 67), *praeter necessitatem puto* ‖ 18. relicum *M*, reliquum *GR* ‖ 20. tum] tunc *M*, tu *GR* ‖ 24. indrustriae *M* ‖ neglegens scribendo Ω (*cf.* II, 1, 1), n. ⟨in⟩ scr. *Lambinus*, n. ⟨in re⟩scribendo *Madvig*, n. [scribendo] *Baiter* fuisse scribendo *R*[1] ‖ 25. neclegentis *M*, negl. *GR* ‖ ingrati animi *M*, in gratiam (gram̃) mihi *GR* ‖ 26. haec] hoc *Wesenberg, iniuria* ‖ 27. 28. sed etiam *G* ‖ 28. cures enitare *M* (*cf. Lehmann p.* 24), cures. Enitere *GR*, cures et enitare **Kayser** ‖ ut] cur ut *R* (*sic*)

tum ⟨in⟩ ipsum discessum senatus incidisse credo meas litteras; sed id feci adductus auctoritate et consilio tuo, idque a me recte factum puto, quod non statim, ut appellatus imperator sim, sed aliis rebus additis aestivisque confectis litteras miserim. haec igitur tibi erunt curae, quemadmodum ostendis, meque totum et mea et meos commendatos habebis.

X. (126.)

CICERO APPIO PVLCHRO S.

1 Cum est ad nos adlatum de temeritate eorum, qui tibi negotium facesserent, etsi graviter primo nuntio commotus sum, quod nihil tam praeter opinionem meam accidere potuit, tamen, ut me collegi, cetera mi facillima videbantur, quod et in te ipso maximam spem et in tuis magnam habebam multaque mihi veniebant in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore; illud plane moleste tuli, quod certissimum et iustissimum triumphum hoc invidorum consilio esse tibi ereptum videbam: quod tu si tanti facies, quanti ego semper iudicavi faciendum esse, facies sapienter et ages victor ex inimicorum dolore triumphum iustissimum; ego enim plane video fore nervis, opibus, sapientia tua, vehementer ut inimicos tuos paeniteat intemperantiae suae. de me tibi sic contestans omnis deos promitto atque confirmo, me pro tua dignitate — malo enim dicere, quam pro salute — in hac provincia, cui tu praefuisti, rogando deprecatoris, laborando propinqui, auctoritate cari hominis, ut spero, apud civitates, gravitate imperatoris susceptarum officia atque partis. omnia volo a me et postules et
2 expectes: vincam meis officiis cogitationes tuas. Q. Servilius per-
brevis mihi a te litteras reddidit, quae mihi tamen nimis longae visae sunt, iniuriam enim mihi fieri putabam, cum rogabar. nollem accidisset tempus, in quo perspicere posses, quanti te, quanti Pompeium, quem unum ex omnibus facio, ut debeo, plurimi, quanti Brutum facerem — quamquam in consuetudine cotidiana perspexisses, sicuti perspicies —; sed, quoniam accidit, si quid a me praetermissum erit, commissum facinus et admissum dedecus confitebor.
3 Pomptinus, qui a te tractatus est praestanti ac singulari fide, cuius

1. in *om.* Ω ‖ 8. *inscriptionem om. GR* ‖ 9. dum *G* ‖ 10. facesserint *R*, facesse rupit *G* ‖ 12. mi *M*, mihi ς ‖ quod et] quod *G* ‖ 14. tibi etiam *om. R* ‖ 18. uictor *R*, uictor *ex* uictori *radendo M*, uictor uictor (*alt. exp. m.* 2) *G* ‖ ex *GR*, et ex *M* ‖ doloro *M* ‖ 19. nervis *om. R* ‖ 20. 21. sic contestans] si contestans *M*, sicut testans *GR* ‖ 22. ⟨ita⟩ dicere alii. *at v. C. F. W. Müller ad Cic. de off.* II, 21, 74 ‖ 26. expectes] spectes Ω ‖ 29. accidisse G^1 ‖ 31. 32. perspexisses] perspexisti *Wesenberg* ‖ 32. a *ex* ad M^c, *ut vid.* ‖ 34. Pomptinus] pomitinus Ω

tui beniticii sum ego testis, praestat tibi memoriam benevolentiamque, quam debet: qui cum maximis suis rebus coactus a me invitissumo decessisset, tamen, ut vidit interesse tua, conscendens iam navem Epheso Laodiceam revertit. talia te cum studia videam habiturum esse innumerabilia, plane dubitare non possum, quin tibi amplitudo ista sollicitudo futura sit; si vero efficis, ut censores creentur, et si ita gesseris censuram, ut et debes et potes, non tibi solum, sed tuis omnibus video in perpetuum summo te praesidio futurum. illud pugna et enitere, ne quid nobis temporis prorogetur, ut, cum hic tibi satis fecerimus, istic quoque nostram in te benevolentiam navare possimus. quae de hominum atque ordinum 4
omnium erga te studiis scribis ad me, minime mihi miranda et maxime iucunda acciderunt, eademque ad me perscripta sunt a familiaribus meis: itaque capio magnam voluptatem, cum tibi, cuius mihi amicitia non solum ampla, sed etiam iucunda est, ea tribui, quae debeantur, tum vero remanere etiam nunc in civitate nostra studia prope omnium consensu erga fortis et industrios viros, quae mihi ipsi una semper tributa merces est laborum et vigiliarum mearum; illud vero mihi permirum accidit, tantam temeritatem 5
fuisse in eo adulescente, cuius ego salutem duobus capitis iudiciis summa contentione defendi, ut tuis inimicitiis suscipiendis oblivisceretur †pro omnium fortunarum ac rationum suarum, praesertim cum tu omnibus vel ornamentis vel praesidiis redundares, ⟨ipsi,⟩ ut levissime dicam, multa dessent. cuius sermo stultus et puerilis erat iam ante ad me a M. Caelio, familiari nostro, perscriptus; de quo item sermone multa scripta sunt abs te. ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias suscepisset, veterem coniunctionem diremissem, quam novam conciliassem; neque enim de meo erga te studio dubitare debes, neque id est obscurum cuiquam in provincia nec Romae fuit. sed tamen significatur in tuis litteris suspicio 6
quaedam et dubitatio tua, de qua alienum tempus est mihi tecum expostulandi, purgandi autem mei necessarium. ubi enim ego cuiquam legationi fui impedimento, quo minus Romam ad laudem tuam mitteretur? aut in quo potui, si te palam odissem, minus,

1. tui *ex* tua M^c ‖ 3. invitissumo M^1 (-simo *postea radendo*), *om.* *G* ‖ discessisset G^1, *quod cum aliis praeoptaverat Pluygers (Mnemos.* I. 1873. *p.* 61) ‖ 4. iam *om.* *G* ‖ laodiciam *G*, laudiceam *R* ‖ 6. sollicitudo ista *R* ‖ *in* efficis, *pro quo* effeceris *et* efficies *coniecerunt, hodie nemo haerebit* ‖ 6. 7. ut censor creeris (creere *Wesenberg*) *Lambinus, iniuria* ‖ 12. mihi *om.* *G* ‖ 15. solum] solum etiam *Ω* ‖ 16. debentur *G* ‖ tum *GR*, tunc *M* ‖ 18. ipsi *om.* *G* ‖ 20. ⟨in⟩ duobus *Wesenberg* ‖ 22. pro *Ω*, patroni ς. *an* pro⟨sus⟩? ‖ 23. ipsi *add.* *Orelli* ‖ 24. lenissime *alii* ‖ deessent *GR* ‖ 25. M.] marco *GR*, margo *M* ‖ 26. sunt scripta *G* ‖ 30. suscipio *M*

quod tibi obesset, facere, si clam, magis aperte inimicus esse?
quod si essem ea perfidia, qua sunt ei, qui in nos haec conferunt,
tamen ea stultitia certe non fuissem, ut aut in obscuro odio apertas
inimicitias aut, in quo tibi nihil nocerem, summam ostenderem
voluntatem nocendi. ad me adire quosdam memini, nimirum ex
Epicteto, qui dicerent nimis magnos sumptus legatis decerni: quibus
ego non tam imperavi quam censui sumptus legatis quam maxime
ad legem Corneliam decernendos, atque in eo ipso me non per-
severasse testes sunt rationes civitatum, in quibus, quantum quae-
7 que voluit, legatis tuis datum induxit; te autem quibus mendaciis
homines levissimi onerarunt! non modo sublatos sumptus, sed etiam
a procuratoribus eorum, qui iam profecti essent, repetitos et ab-
latos, eamque causam multis omnino non eundi fuisse. quererer
tecum atque expostularem, ni, ut supra scripsi, purgare me tibi hoc
tuo tempore quam accusare te mallem idque putarem esse rectius.
itaque nihil de te, quod credideris; de me, quamobrem non debueris
credere, pauca dicam: nam, si me virum bonum, si dignum eis
studiis eaque doctrina, cui me a pueritia dedi, si satis magni animi,
non minimi consilii in maximis rebus perspectum habes, nihil in
me non modo perfidiosum et insidiosum et fallax in amicitia, sed
8 ne humile quidem aut ieiunum debes agnoscere; sin autem me
astutum et occultum lubet fingere, quid est, quod minus cadere in
eiusmodi naturam possit quam aut florentissimi hominis aspernari
benevolentiam aut eius existimationem oppugnare in provincia, cuius
laudem domi defenderis, aut in ea re animum ostendere inimicum,
in qua nihil obsis, aut id eligere ad perfidiam, quod ad indicandum
odium apertissimum sit, ad nocendum levissimum? quid erat autem
cur ego in te tam inplacabilis essem, cum te ex fratre meo ne tunc
quidem, cum tibi prope necesse esset eas agere partis, inimicum
mihi fuisse cognossem? cum vero reditum nostrum in gratiam
uterque expetisset, quid in consulatu tuo frustra mecum egisti,
quod me aut facere aut sentire voluisses? quid mihi mandasti,

1. si clam] sic iam *M*, sit iam *G*, si iam *R* ‖ esse] essem *Ω* ‖ 2. ea *GR*, ex *M* ‖ ei] hi *Ω*, ii ς ‖ 4. in quo *GR*, iniquo *M* ‖ 5. adire ad me *G* ‖ *Epicteti regionis* (*cf. Strabo p.* 130, 534, 563, 564, 576, 625 *Cas., C. I. L.* XIV 2218 (= *Herm.* VI *p.* 7), *Head 'hist. num.' p.* 563) *incolas maxime direxatos fuisse idque Appium ipsum non ignorare adiecto v.* nimirum *tecte significat* ‖ 6. epicteto *M*, epictote *G*, epito te *R* ‖ sumptos, u *a m.* 1, *M* ‖ 7. imperatu *G*, imperam *R* ‖ sumptis *G* ‖ 8. decernendo *GR* ‖ 9. in quas *Wesenberg* ‖ 9. 10. quantumcumque uoluit *G* ‖ 10. induxi *G* ‖ 11. onerauerunt *GR* ‖ 12. repetitos *ex* repertitos *M*[1] ‖ 15. esse *om. G*[1] ‖ 17. eis] his *Ω*, iis ς ‖ 20. et insidiosum *om. GR* ‖ in (*sup. vs. a m.* 1) amicitia *R*, inimicitia *M*, in nnicicia *G* ‖ 21. ieiunium *GR* (*in R tamen ult.* i *erasa*) ‖ me *om. G* ‖ 22. lubet] iubet *Ω* ‖ 27. erat *M*, erit *GR*

cum te Puteolis prosequerer, in quo non expectationem tuam dili-
gentia mea vicerim? quod si id est maxime astuti, omnia ad suam 9
utilitatem referre, quid mihi tandem erat utilius, quid commodis
meis aptius, quam hominis nobilissimi atque honoratissimi con-
iunctio, cuius opes ingenium, liberi adfines propinqui mihi magno
vel ornamento vel praesidio esse possent? quae tamen ego omnia
in expetenda amicitia tua non astutia quadam, sed aliqua potius
sapientia secutus sum. quid? illa vincula, quibus quidem liben-
tissime astringor, quanta sunt! studiorum similitudo, suavitas con-
suetudinis, delectatio vitae atque victus, sermonis societas, litterae
interiores. atque haec domestica: quid illa tandem popularia?
reditus inlustris in gratiam, in quo ne per inprudentiam quidem
errari potest sine suspicione perfidiae, amplissimi sacerdotii colle-
gium, in quo non modo amicitiam violari apud maiores nostros fas
non erat, sed ne coptari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam
ex collegio esset inimicus. quae ut omittam tam multa atque tanta, 10
quis umquam tanti quemquam fecit aut facere potuit aut debuit,
quanti ego Cn. Pompeium, socerum tuae filiae? etenim, si merita
valent, patriam, liberos, salutem, dignitatem, memet ipsum mihi
per illum restitutum puto; si consuetudinis iucunditas, quae fuit
umquam amicitia consularium in nostra civitate coniunctior? si illa
amoris atque officii signa, quid mihi ille non commisit? quid non
mecum communicavit? quid de se in senatu, cum ipse abesset, per
quemquam agi maluit? quibus ille me rebus non ornatissimum
voluit amplissime? qua denique ille facilitate, qua humanitate tulit
contentionem meam pro Milone adversante interdum actionibus suis?
quo studio providit, ne quae me illius temporis invidia attingeret,
cum me consilio, cum auctoritate, cum armis denique texit suis?
quibus quidem temporibus haec in eo gravitas, haec animi altitudo
fuit, non modo ut Phrygi alicui aut Lycaoni, quod tu in legatis
fecisti, sed ne summorum quidem hominum malevolis de me ser-
monibus crederet. huius igitur filius cum sit gener tuus cumque
praeter hanc coniunctionem adfinitatis, quam sis Cn. Pompeio carus
quamque iucundus, intellegam, quo tandem animo in te esse debeo?

1. Puteolos *Orelli*, *bene* ‖ 4. nobilissime, i *a m.* 1, *M* ‖ 14 maioris *M* 15. ne coptari] nec optari Ω, ne cooptari ς. *cf. Lachmann ad Lucr.* II, 1061 16. qui ut *G* ‖ 18. tuae *GR*, turae *M* ‖ 20 restituturum Ω ‖ 24 uoluit *G* ‖ me *MR*, in *G* ‖ ornatissimum Ω, *quod in tam tumida praesertim totius loci conformatione tenendum videtur*, ornatum ς, ornatum esse *Orelli*. *cf. Ott ann. phil.* 1875 *p.* 792 ‖ 26. aduersante *R*, aduersantem *MG* ‖ 27. quo *GR* (*G*[1] *ex* que, *ut vid.*), quod *M* ‖ ne quae] neque *M*, ne qua *GR* ‖ 28 denique *om. G* ‖ 30. frygi alieni *M*, frigia lieui *G*, phrigiali cui *R* ‖ aut *om. G* ‖ licaoni Ω ‖ 34 intellegebam *M*

cum praesertim eas ad me is litteras miserit, quibus, etiam si tibi,
cui sum amicissimus, hostis essem, placarer tamen totumque me
ad eius viri ita de me meriti voluntatem nutumque converterem.
11 sed haec hactenus; pluribus enim etiam fortasse verbis, quam
necesse fuit, scripta sunt: nunc ea, quae a me profecta quaeque
instituta sint, cognosce. * * * * * * * * * * * * *
atque haec agimus et agemus magis pro dignitate quam pro periculo tuo; te enim, ut spero, propediem censorem audiemus, cuius magistratus officia, quae sunt maximi animi summique consilii, tibi diligentius et accuratius quam haec, quae nos de te agimus, cogitanda esse censeo.

XI. (133.)

CICERO APPIO PVLCHRO, VT SPERO, CENSORI S. D.

1 Cum essem in castris ad fluvium Pyramum, redditae mihi sunt
uno tempore a te epistolae duae, quas ad me Q. Servilius Tarso
miserat: earum in altera dies erat ascripta Nonarum Aprilium; in
altera, quae mihi recentior videbatur, dies non erat. respondebo
igitur superiori prius, in qua scribis ad me de apsolutione maies-
tatis. de qua etsi permultum ante certior factus eram litteris,
nuntiis, fama denique ipsa — nihil enim fuit clarius, non quo quis-
quam aliter putasset, sed nihil de insignibus ad laudem viris
obscure nuntiari solet —, tamen eadem illa laetiora fecerunt mihi
tuae litterae, non solum quia planius loquebantur et uberius quam
vulgi sermo, sed etiam quia magis videbar tibi gratulari, cum de
2 te ex te ipso audiebam. conplexus igitur sum cogitatione te ab-
sentem; epistolam vero osculatus, etiam ipse mihi gratulatus sum;
quae enim ⟨a⟩ cuncto populo, a senatu, a iudicibus ingenio, in-
dustriae, virtuti tribuuntur, quia mihi ipse adsentior fortasse, cum
ea esse in me fingo, mihi quoque ipsi tribui puto. nec tam glo-
riosum exitum tui iudicii extitisse, sed tam pravam inimicorum
tuorum mentem fuisse mirabar. 'de ambitu vero, quid interest',

---

1. eas *om.* *R* ‖ me is] meis *M*, meas *GR* ‖ 2. hostis *ex* hostes M^1 ‖ placaret totum tamen me *G* ‖ 2. 3. me ad *GR* (M^r), mea de *M* ‖ 5. a me *R*, ante *G*, me *M* ‖ profecta *MR*, profecto *G*. perfecta *alii* ‖ quoque *G* ‖ 6. sint *M*, sunt *GR*. *utrumque bonum* ‖ agnosce *R* ‖ *lacunam non significant* *Ω* ‖ 9. sumique *M* 10. accuratius *M*, accius *G*, aptius *R* ‖ 13. *inscriptionem om.* *GR* ‖ 14. sunt mihi *G* ‖ 15. Q.] que *M*, *om.* *GR* ‖ 16. adscriptus *ex Baiteri coni. Wesenberg, qui tamen ap. Cic. ad Q. fr.* III, 1, 8 adscripta dies *tenuit* ‖ 19. permultum] permulto *alii. cf. Landgraf ad Reisigii schol. synt. Lat. p.* 167 ‖ ante] a te *Ω* ‖ 21. aliter *GR*, alter *M* ‖ 22. obscure] -ra *M*, -rum *GR* ‖ 23. litterae tuae *G* ‖ 25. ex te *om.* *R* ‖ 26. sum *om.* R^1 ‖ 27. ⟨a⟩ cuncto ς, cuncto *Ω* ‖ 28. ipse mihi *G* ‖ assentor ς ‖ 29. tam] tamen *R* ‖ 30. tui *om.* *R* ‖ tam] iam *R* ‖ 31. mente *M*

inquies, 'an de maiestate?' ad rem nihil, alterum enim non atti-
gisti, alteram auxisti: † verum tamen est maiestas — etsi Sulla
voluit, ne in quemvis inpune declamari liceret —, ambitus vero ita
apertam vim habet, ut aut accusetur inprobe aut defendatur. †quod
enim facta necne facta largitio ignorari potest? tuorum autem
honorum cursus cui suspectus umquam fuit? me miserum, qui non
adfuerim! quos ego risus excitassem! sed de maiestatis iudicio 3
duo mihi illa ex tuis litteris iucundissima fuerunt: unum, quod te
ab ipsa re publica defensum scribis, quae quidem etiam in summa
bonorum et fortium civium copia tueri tales viros deberet, nunc
vero eo magis, quod tanta penuria est in omni vel honoris vel
aetatis gradu, ut tam orba civitas talis tutores complecti debeat;
alterum, quod Pompei et Bruti fidem benevolentiamque mirifice
laudas: laetor virtute et officio quom tuorum necessariorum, meorum
amicissimorum, tum alterius omnium saeclorum et gentium prin-
cipis, alterius iam pridem iuventutis, celeriter, ut spero, civitatis.
de mercennariis testibus a suis civitatibus notandis, nisi iam factum
aliquid est per Flaccum, fiet a me, cum per Asiam decedam. nunc 4
ad alteram epistolam venio. quod ad me quasi formam communium
temporum et totius rei publicae misisti expressam, prudentia litte-
rarum tuarum valde mihi est grata — video enim et pericula
leviora, quam timebam, et maiora praesidia, si quidem, ut scribis,
omnes vires civitatis se ad Pompei ductum adplicaverunt — tuum-
que simul promptum animum et alacrem perspexi ad defendendam
rem publicam, mirificamque cepi voluptatem ex hac tua diligentia.
quod in summis tuis occupationibus mihi tamen rei publicae statum

---

2. **uerum | est** ***R*** **‖ 2. 3. etsi sulla uoluit** ***M*****, et sic silla uoluit** ***R*****, et sic** si illa proprium nomen fuit illa uoluit *G. totus locus cum ab aliis aliter repetitus sit, equidem nil nisi* verum *v. corruptum esse puto (cf. ann. phil.* 1891 *p.* 72). *hoc dicit: de maiestate quod te Dolabella postularit, fecit pravitate adductus: cum enim non ignoraret ipsa lege Cornelia cautum esse ne quis temere ea lege abuteretur, tamen illud maxime crimen elegit, utpote quod in genere parum definito versaretur eoque facultatem quidvis fingendi comminiscendique haberet (cf. Rein 'Criminalrecht d. Römer' p.* 510 *sq.). et sententiae, opinor, satis facit et a re grammatica tutum erit (cf. Reisigii schol. synt. Lat. p.* 4 *sq. ed. Schmalz) pro* verum *positum* veteratorium. [vafrum *praefert O. Hirschfeld*] ‖ 3. in *M^c vel M^r ex* is ‖ 5. nec ne *R*, nec me *G*, nec (*non* et) non *M. scripserim (cf. ann. phil. l. c.)*: quid enim? facta necne facta l. i. potest? *qua in verborum conformatione vel coniunctivo sit caveri potest.* qui (quomodo *Wesenberg*) enim facta et (*vel* aut) non facta . . . . ? *alii* [quid enim? factane an non facta . . . ? *A. Nauck*] ‖ 9. rei publice *M* ‖ 11. eo *GR*, eos *M* ‖ tanta *GR*, tuante *M* ‖ honoris *GR*, oneris *M* ‖ 14. laudas] laudat *Ω* ‖ quom] quam *M*, cum *GR* (*M^r*) ‖ 15. seclorum *M* ‖ 19. ueniam *R* ‖ quasi *om. G* ‖ 20. temporum *GR*, tempus eorum *M* ‖ 21. et *om. G* ‖ 22. praesidia, ‹quam sperabam,› si *Lambinus* ‖ 23. vires] uiros *M*[1] *ex* uires, *ut vid.*, uiri *GR* ‖ in *ante* ciuitatis *exp.* ***R***[2] **‖ 25. mirificamque** ***M*****, Quam** ***GR*** **‖ 26. rei | rei** ***M***

per te notum esse voluisti: nam auguralis libros ad commune utriusque nostrum otium serva; ego enim, a te cum tua promissa per litteras flagitabam, ad urbem te otiosissimum esse arbitrabar, nunc tamen, ut ipse polliceris, pro auguralibus libris orationes tuas confectas omnis exspectabo. D. Tullius, cui mandata ad me dedisti, non convenerat me; nec erat iam quisquam mecum tuorum praeter omnes meos, qui sunt omnes tui. 'stomachosiores' meas litteras quas dicas esse, non intellego: bis ad te scripsi me purgans diligenter, te leviter accusans in eo, quod de me cito credidisses: quod genus querelae mihi quidem videbatur esse amici; sin tibi displicet, non utar eo posthac. sed, si, ut scribis, eae litterae non fuerunt 'disertae', scito meas non fuisse; ut enim Aristarchus Homeri versum negat, quem non probat, sic tu — libet enim mihi iocari —, quod disertum non erit, ne putaris meum. vale et in censura — si iam es censor, ut spero — de proavo multum cogitato tuo.

XII. (139.)

CICERO APPIO PVLCHRO S.

1 Gratulabor tibi prius — ita enim rerum ordo postulat —, deinde ad me convertar. ego vero vehementer gratulor de iudicio ambitus, neque id, quod nemini dubium fuit, absolutum esse te, sed illud, quod, quo melior civis, quo vir clarior, quo fortior amicus es quoque plura virtutis industriae ornamenta in te sunt, eo mirandum est magis, nullam ne in tabellae quidem latebra fuisse absconditam malevolentiam, quae te inpugnare auderet: non horum temporum, non horum hominum atque morum negotium; nihil iam
2 sum pridem admiratus magis. de me autem, suscipe paullisper meas partis et eum te esse finge, qui sum ego: si facile inveneris, quid dicas, noli ignoscere haesitationi meae. ego vero velim mihi Tulliaeque meae, sicut tu amicissime et suavissime optas, prospere evenire ea, quae me insciente facta sunt a meis; sed ita cecidisse, ut agerentur eo tempore! spero omnino cum aliqua felicitate et opto, verumtamen plus me in hac spe tua sapientia et humanitas con-

1. per te *G*, perite *MR* ‖ communem *MR* ‖ 5. D. *GR*, dicit *M* ‖ 7. sthomacosiores *M* ‖ 9. leniter *alii* ‖ 10. uidebantur *G*, *et R ut vid.* ‖ si *G* ‖ 12. desertae *M* ‖ aristarcus *GR* ‖ 14. desertum *M* ‖ 15. es *GR*, est *M* 17. *inscriptionem om. GR* ‖ 18. gratulor *G* ‖ primum *GR* ‖ ita—postulat *om. GR, sed R cum spatio circ.* 10 *litt.* ‖ 22. virt. ind.] *offensum olim in asyndeto* 23. nulla *G* ‖ latebram *ex* latebrae *M*[c] ‖ 25. non horum hominum *om. R* ‖ 26. meas *M*, per meas *GR* ‖ 28. uellem *G* ‖ 28. 29. Tulliaeque meae *om. G* ‖ 30. cecidisse *M*, accidisse *GR*. *de toto loco cf. Lehmann p.* 4 *sq.* ‖ 31. omnino] tempore (*exp. m.* 1) omnimodis *G*

solatur quam opportunitas temporis: itaque, quemadmodum expediam exitum huius institutae orationis, non reperio; neque enim tristius dicere quidquam debeo ea de re, quam tu ipse ominibus optimis prosequeris, neque non me tamen mordet aliquid. in quo unum non vereor, ne tu parum perspicias ea, quae gesta sint, ab aliis esse gesta, quibus ego ita mandaram, ut, cum tam longe afuturus essem, ad me ne referrent, agerent, quod probassent. in hoc autem 3
mihi illud occurrit: 'quid tu igitur, si adfuisses?' rem probassem, de tempore, nihil te invito, nihil sine consilio egissem tuo. vides sudare me iamdudum laborantem, quomodo ea tuear, quae mihi tuenda sunt, et te non offendam: leva me igitur hoc onere; numquam enim mihi videor tractasse causam difficiliorem. sic habeto tamen: nisi iam tunc omnia negotia cum summa tua dignitate diligentissime confecissem, tametsi nihil videbatur ad meum erga te pristinum studium addi posse, tamen hac mihi adfinitate nuntiata non maiore equidem studio, sed acrius, apertius, significantius dignitatem tuam defendissem. decedenti mihi et iam imperio annuo 4
terminato ante d. III Nonas Sext., cum ad Sidam navi accederem et mecum Q. Servilius esset, litterae a meis sunt redditae: dixi statim Servilio — etenim videbatur esse commotus —, ut omnia a me maiora expectaret; quid multa? benevolentior tibi, quam fui, nilo sum factus, diligentior ad declarandam benevolentiam multo; nam, ut vetus nostra simultas antea stimulabat me, ut caverem, ne cui suspicionem ficte reconciliatae gratiae darem, sic adfinitas nova curam mihi adfert cavendi, ne quid de summo meo erga te amore detractum esse videatur.

XIII. (141.)

CICERO APPIO PVLCHRO S.

Quasi divinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum 1
studium tuum, sic, cum de tuis rebus gestis agebatur, inserviebam honori tuo; dicam tamen vere: plus, quam acceperas, reddidisti; quis enim ad me non perscripsit te non solum auctoritate orationis, sententia tua, quibus ego a tali viro contentus eram, sed

3. ominibus] omnibus Ω ‖ 5. non *om.* *R* | quae *R*, *om.* *MG* | 5. 6. sint — gesta *om.* *R*[1] ‖ 5. sint] sunt ς ‖ 8. illud mihi *G* ‖ 10. sudare] suadere *MR*, suadare *ex* -to *G*[1] ‖ 11. et te, ut te ς *et C. F. W. Müller* (*'com. Tull.' progr. Regimont.* 1860 *p.* 19) ‖ leua me *R*, leuam *M*, leua *G* ‖ 11. 12. nam quam *M* ‖ 17. decedendi *M* ‖ et iam *M*, etiam *GR* ‖ 18. d *om.* *GR* | sidam *M*, siciliam *GR* ‖ 20. commutus *M* ‖ 21. expectaret ς, -rent Ω ‖ 23. simulabat *M* ‖ 25. noua *M*[1], nouam *M*[c]*GR*, nova nunc *Kayser* ‖ 28. *inscriptionem om.* *R* | icero *M* ‖ 32. 33. oratione *alii*

etiam opera consilio, domum veniendo conveniendis meis nullum onus officii cuiquam reliquum fecisse? haec mihi ampliora multo sunt quam illa ipsa, propter quae haec laborantur; insignia enim virtutis multi etiam sine virtute adsecuti sunt, talium virorum
2 tanta studia adsequi sola virtus potest. itaque mihi propono fructum amicitiae nostrae ipsam amicitiam, qua nihil est uberius, praesertim in eis studiis, quibus uterque nostrum devinctus est; nam tibi me profiteor et in re publica socium, de qua idem sentimus, et in cotidiana vita coniunctum, quam his artibus studiisque colimus. vellem ita fortuna tulisset, ut, quanti ego omnis tuos facio, tanti tu meos facere posses, quod tamen ipsum nescio qua permotus animi divinatione non ⟨de⟩spero. sed hoc nihil ad te; nostrum est onus. illud velim sic habeas, quod intelleges, hac re novata additum potius aliquid ad meum erga te studium, quo nihil videbatur addi posse, quam quicquam esse detractum. cum haec scribebam, censorem iam te esse sperabam: eo brevior est epistola et, ut adversus magistrum morum, modestior.

---

2. onus *M*, munus *G*, minus *R* ‖ cuiquam *M*, umquam *G*, quam *R* ‖ haec enim mihi *R* ‖ 5. potest *ex* postest M^c ‖ mihi propono *M*, mihi nunc pr. *G*, nunc m. pr. *R* ‖ 7. eis] his *Ω*, iis ς ‖ 8. me *om.* G^1 ‖ idem *om.* *G* ‖ 9. quam *GR*, cum *M* ‖ 10. vellem] uelim *Ω* ‖ ut quanti *GR* (M^r), unquanti *M* ‖ tanti M^r, uti *Ω* ‖ 11. tum eos f. *M* ‖ 12. non despero M^r, non spero *M*, nunc spero *GR* ‖ 13. quo int. *G* ‖ hac *ex* hec R^1 ‖ re noua *R*, re nova iam *Klotz* ‖ 14. quo *MR*, *om.* *G*. cui ς ‖ 17. *subscribitur:* MARCVS TVLLIVS CICERONIS EPISTVLARVM AD APPIVM CLAVDIVM EXPLICIT. INCIPIT EIVSDEM AD SERVILIVM SVLPICIVM FELICITER *M*, MARCII TVLLI CICERONIS EPISTOLARVM LIBER II AD APPIVM FINITVR. INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI TERCII AD SERVILIVM SVLPICIVM *G*, Tullii Ciceronis epistolarum l. III. ad Appium explicit. Incipit eiusdem ad Servilium Sulpicium l. IIII. *R*

IV.

I (160)

M. CICERO S. D. SER. SVLPICIO

C. Trebatius, familiaris meus, ad me scripsit te ex se quaesisse, quibus in locis essem, molesteque te ferre, quod me propter valetudinem tuam, cum ad urbem accessissem, non vidisses, et hoc tempore velle te mecum, si propius accessissem, de officio utriusque nostrum communicare. utinam, Servi, salvis rebus — sic enim est dicendum — conloqui potuissemus inter nos! profecto aliquid opis occidenti rei publicae tulissemus: cognoram enim iam absens te haec mala multo ante providentem defensorem pacis et in consulatu tuo et post consulatum fuisse; ego autem, cum consilium tuum probarem et idem ipse sentirem, nihil proficiebam, sero enim veneram, solus eram, rudis esse videbar in causa, incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias. nunc, quoniam nihil iam videmur opitulari posse rei publicae, si quid est, in quo nobismet ipsis consulere possimus, non ut aliquid ex pristino statu nostro retineamus, sed ut quam honestissime lugeamus, nemo est omnium, quicum potius mihi quam tecum communicandum putem; nec enim clarissimorum virorum, quorum similes esse debemus, exempla neque 1

---

1. *Libro quarto in Ω hic praemissus est index (leves quaedam GR discrepantiae omissae sunt)*: 1. M. (*om. R*) CICERO S. D. SER. SVLPICIO | CONTREBATIVS FAMILIARIS MEVS (Cum trebacius familiaris *G*) | 2. M. (*om. R*, *et sic porro*) CICERO S. D. SER. SVLPICIO | AD III KL MAI CVM ESSEM (in cumano *add. R*) | 3. M. CICERO S. D. SER. SVLPICIO | VEHEMENTER TE ESSE SOLLICITVM || 4. M. CICERO S. D. SER. SVLPICIO | ACCIPIO EXCVSATIONEM TVAM (*hoc v. om. G*) | 5. SERVILIVS (SEVILIVS *M*) CICERONI SALVTEM (*hoc v. om. R*; *G*: M. Cicero sal. d. Ser. Sulpicio) | POSTEA QVAM MIHI || 6. M. CICERO S. D. SER. SVLPICIO | EGO VERO SERVI | 7. M. CICERO S. D. M. MARCELLO | ETSI EO (ego *R*) TE (*sup. cs. G*) ADHVC | 8. M. CICERO S. D. M. MARCELLO | NEQVE MONERE TE AVDEO (*hoc v. om. G*, *totum colon om. R*) | 9. M. CICERO S. D. M. MARCELLO | ET PER PAVCIS (etsi paucis *G*, etsi *spat.* 6—7 *litt.* paucis *R*) | 10 CICERO MARCELLO SALVTEM | ETSI NIHIL ERAT NOVI (*hoc v. om. G*) | 11 MARCELLVS (Marcellius *R*) CICERONI SALVTEM | PLVRIMAM VOLVISSE (*sic M*, plurimum ualuisse *G*, plurimam uoluisse te *R*) | 12. *om. MR*. (*G*: Marcus Cicero sal. d. G. N. plangio | etsi scio) | 13. M. CICERO S. D. P. FIGVLO | QVERENTE (quaerenti *GR*) MIHI (*hoc v. om. G*) | 14. M. CICERO S. D. GN PLANCIO | BINAS A (ad *G*) TE (*reliqua om. G*, *in quo pergitur*: finiunt capitula. Incipit liber tercius) ACCEPI (recepi *R*) LITTERAS || 15 ACCEPI PERBREVIS TVAS LITTERAS (*reliqua om. R*) | QVIBVS ID QVOD || 2 *inscriptionem om. R* || arcus *M* | seruilio *MG* | suspicio *M* || 3 C. Trebatius] contrebatius *MR*, cum tr. *G* | 3.4 quaesese *M* | 5. non vidisses — 6. accessissem *om. GR* 6. proprius *M* | 8. nos *GR*, nostro *M* | 9. absens te *M*, absente *R*, absens *G* 11. cum *M*, tum cum *GR* | tuum *om. R* || 13. essi *M* | 14 uidemur ς, uidebimur *MG*, -bamur *R* || 15. rei p. posse *R*

doctissimorum, quos semper coluisti, praecepta te fugiunt. atque ipse antea ad te scripsissem te frustra in senatum sive potius in conventum senatorum esse venturum, ni veritus essem, ne eius animum offenderem, qui a me, ut te imitarer, petebat: cui quidem ego, cum me rogaret, ut adessem in senatu, eadem omnia, quae a te de pace et de Hispaniis dicta sunt, ostendi me esse dicturum.
2 res vides quo modo se habeat: orbem terrarum imperiis distributis ardere bello; urbem sine legibus, sine iudiciis, sine iure, sine fide relictam direptioni et incendiis: itaque mihi venire in mentem nihil potest non modo, quod sperem, sed vix, iam quod audeam optare; sin autem tibi, homini prudentissimo, videtur utile esse nos conloqui, quamquam longius etiam cogitabam ab urbe discedere, cuius iam etiam nomen invitus audio, tamen propius accedam, Trebatioque mandavi, ut, si quid tu eum velles ad me mittere, ne recusaret, idque ut facias velim aut si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas, ne aut tibi exire ex urbe necesse sit aut mihi accedere. ego tantum tibi tribuo, quantum mihi fortasse adrogo, ut exploratum habeam, quicquid nos communi sententia statuerimus, id omnes homines probaturos. vale.

II. (162.)

M. CICERO S. D. SER. SVLPICIO.

1 A. d. III K. Maias cum essem in Cumano, accepi tuas litteras, quibus lectis cognovi non satis prudenter fecisse Philotimum, qui, cum abs te mandata haberet, ut scribis, de omnibus rebus, ipse ad me non venisset, litteras tuas misisset, quas intellexi breviores fuisse, quod eum perlaturum putasses; sed tamen, postquam tuas litteras legi, Postumia tua me convenit et Servius noster: his placuit, ut tu in Cumanum venires, quod etiam mecum ut ad te
2 scriberem egerunt. quod meum consilium exquiris, id est tale, ut capere facilius ipse possim quam alteri dare; quid enim est, quod audeam suadere tibi, homini summa auctoritate summaque prudentia? si, quid rectissimum sit, quaerimus, perspicuum est, si, quid maxime expediat, obscurum; sin ei sumus, qui profecto esse

1. praecepta te *GR*, praecepte *M* ‖ 5. cum me *GR*, mecum me *M* ‖ adessem *M*[1] *ex* adesset ‖ 7. rem *alii pro* res, habeant *alii pro* habeat *voluerunt: neutri audiendi* ‖ 9. uenire mihi *G* ‖ 10. quod *R*, quid *MG* ‖ quod *R*, quid *MG* ‖ 13. 14. trebatio *R* ‖ 18. communi sententia *GR* (*M*[r]), communis in sententias *M* ‖ 19. vale *om. G* ‖ 21. *inscriptionem om. R* ‖ arcus *M* ‖ seruilio suspicio *M* ‖ 22. K.] idus *R* ‖ litteras tuas *GR* ‖ 23. agnoui *GR* ‖ 25. uenisset *M*, uenit sed *GR*. *cf. Lehmann p.* 26 *sq.* ‖ misisset *M*, misit *GR* ‖ breuioris *M* 29. meum] mecum *Ω* ‖ 30. caperes *Ω* ‖ ipsi *GR* ‖ 31. humini *M* ‖ 32. sit *om. G* ‖ 33. ei] ii *Ω*

debemus, ut nihil arbitremur expedire, nisi quod rectum honestumque sit, non potest esse dubium, quid faciendum nobis sit. quod 3
existimas meam causam coniunctam esse cum tua, certe similis in utroque nostrum, cum optime sentiremus, error fuit: nam omnia utriusque consilia ad concordiam spectaverunt, qua cum ipsi Caesari nihil esset utilius, gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitrabamur; quantum nos fefellerit et quem in locum res deducta sit, vides. neque solum ea perspicis, quae geruntur quaeque iam gesta sunt, sed etiam qui cursus rerum, qui exitus futurus sit: ergo aut probare oportet ea, quae fiunt, aut interesse, etiamsi non probes; quorum altera mihi turpis, altera etiam periculosa ratio videtur. restat, ut discedendum putem; in quo reliqua videtur esse 4
deliberatio, quod consilium in discessu, quae loca sequamur. omnino cum miserior res numquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior; nihil enim constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. tu, si videbitur, ita censeo facias, ut, si habes iam statutum, quid tibi agendum putes, in quo non sit coniunctum consilium tuum cum meo, supersedeas hoc labore itineris; sin autem est, quod mecum communicare velis, ego te expectabo, tu, quod tuo commodo fiat, quam primum velim venias, sicut intellexi et Servio et Postumiae placere. vale.

III. (232.)

M. CICERO S. D. SER. SVLPICIO.

Vehementer te esse sollicitum et in communibus miseriis prae- 1
cipuo quodam dolore angi multi ad nos cotidie deferunt; quod quamquam minime miror et meum quodammodo agnosco, doleo tamen te sapientia praeditum prope singulari non tuis bonis delectari potius quam alienis malis laborare. me quidem, etsi nemini concedo, qui maiorem ex pernicie et peste rei publicae molestiam traxerit, tamen multa iam consolantur maximeque conscientia consiliorum meorum; multo enim ante tamquam ex aliqua specula prospexi tempestatem futuram, neque id solum mea sponte, sed multo etiam magis monente et denuntiante te; etsi enim afui

5. qua] quam Ω ‖ cum *ex* qum M^1 ‖ 6. esse *G* ‖ gratia *MG* ‖ defensa *R* 7. arbitramur *G* ‖ ducta *G* ‖ 9. 10. sit ergo *G*, siterogo *M*, sit ego *R* ‖ 10. ea *om. R* ‖ 11. quorum] quarum *alii* ‖ 12. esse *om. G* ‖ 14. miserior res *ex* miseriores (*ita G*) M^1R^1 ‖ tum] tunc Ω ‖ 17. statum *M* ‖ 23. *inscriptionem om. R* seruilio *MG* ‖ sulpicio *ex* suspicio M^c ‖ 27. 28. delectare *M* ‖ 28. laborare me quidem M^r, laborarem equidem M^1, laborare equidem *GR* ‖ 30. iam *M*, me iam *GR* ‖ consolatur *G* ‖ 32. prospexi (perspexi *R*) *post* ante (31) *collocant GR* ‖ 33. te — *p.* 78, 1 partem *om.* G^1

magnam partem consulatus tui, tamen et absens cognoscebam, quae esset tua in hoc pestifero bello cavendo et praedicendo sententia, et ipse adfui primis temporibus tui consulatus, cum accuratissime monuisti senatum conlectis omnibus bellis civilibus, ut et illa timerent, quae meminissent, et scirent, cum superiores nullo tali exemplo antea in re publica cognito tam crudeles fuissent, quicumque postea rem publicam oppressisset armis, multo intolerabiliorem futurum; nam, quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant, sed ali-
2 quid atque adeo multa addunt et adferunt de suo. quare meminisse debes eos, qui auctoritatem et consilium tuum non sint secuti, sua stultitia occidisse, cum tua prudentia salvi esse potuissent. dices: 'quid me sta res consolatur in tantis tenebris et quasi parietinis rei publicae?' est omnino vix consolabilis dolor — tanta est omnium rerum amissio et desperatio recuperandi —; sed tamen et Caesar ipse ita de te iudicat et omnes cives sic existimant, quasi lumen aliquod extinctis ceteris elucere sanctitatem et prudentiam et dignitatem tuam: haec tibi ad levandas molestias magna esse debent. quod autem a tuis abes, id eo levius ferendum est, quod eodem tempore a multis et magnis molestiis abes; quas ad te omnis perscriberem, nisi vererer, ne ea cognosceres apsens, quae quia non vides, mihi videris meliore esse condicione quam nos, qui videmus.
3 hactenus existimo nostram consolationem recte adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres eis de rebus, quibus levari possent molestiae tuae. reliqua sunt in te ipso neque mihi ignota nec minima solacia, ut quidem ego sentio, multo maxima: quae ego experiens cotidie sic probo, ut ea mihi salutem adferre videantur; te autem ab initio aetatis memoria teneo summe omnium doctrinarum studiosum fuisse omniaque, quae a sapientissimis ad bene vivendum tradita essent, summo studio curaque didicisse; quae quidem vel optimis rebus et usui et delectationi esse possent, his vero temporibus habemus aliud nihil, in quo adquiescamus. nihil faciam insolenter neque te tali vel scientia vel natura praeditum

---

1. consul|tus *M* ‖ 2. esset *M*, essent *G*, essės *R* ‖ praedicando *G*. praecidendo *Ross* ‖ 5. meminissent *M*[1] *ex* mihi inissent ‖ 8. sed *M*, ipsi *G*, ipse *R* ‖ 9. multa *om. G* ‖ 10. sint *MR*, sunt *G* ‖ 12. me sta] mesta *M*, me ista *GR*. *formam vulgarem, de qua v. Lachmann ad Lucr.* III, 954 *et Engelbrecht 'stud. Terent.'* (*Vindob.* 1883) *p.* 42 *recipiendam putari quamvis aliter sentientibus Büchelero* (*'Grundr. d. lat. Decl.'*[2] *p.* 42) *et C. F. W. Müllero* (*'krit. Bemerk. zu Plin. nat. hist.' progr. Vratisl.* 1888 *p.* 22) ‖ parietinis *GR*, partetinis *M* ‖ 15. sic *GR*, si *M* ‖ 19. ad te *ex* a te *M*[c] ‖ 21. meliore] melior *Ω* ‖ 23. fieres iis de *R*, flere si his de *M*, flere de his *G* ‖ 25. ut *R*, aut *MG* ‖ 28. omnia quaeque *MR* ‖ a sapientissimis] *cf. de nat. d.* II, 23, 60: 'et a Graeciae sapientissimis et a maioribus nostris'. a sap. ⟨viris⟩ *Martyni-Laguna* ‖ 30. possent] possunt *Kleyn* (*p.* 30) ‖ 31. in quo adq. nihil *om. R*

hortabor, ut ad eas te referas artis, quibus a primis temporibus
aetatis studium tuum dedisti: tantum dicam, quod te spero adpro- 4
baturum, me, postea quam illi arti, cui studueram, nihil esse loci
neque in curia neque in foro viderem, omnem meam curam atque
operam ad philosophiam contulisse. tuae scientiae excellenti ac
singulari non multo plus quam nostrae relictum est loci: quare
non equidem te moneo, sed mihi ita persuasi, te quoque in eisdem
versari rebus, quae, etiamsi minus prodessent, animum tamen a
sollicitudine abducerent. Servius quidem tuus in omnibus ingenuis
artibus in primisque in hac, in qua ego me scripsi adquiescere,
ita versatur, ut excellat; a me vero sic diligitur, ut tibi uni concedam,
praeterea nemini, mihique ab eo gratia refertur, in quo ille
existimat — quod facile appareat —, cum me colat et observet,
tibi quoque in eo se facere gratissimum.

IV. (228.)

M. CICERO S. D. SER. SVLPICIO.

Accipio excusationem tuam, qua usus es, cur saepius ad me 1
litteras uno exemplo dedisses, sed accipio ex ea parte, quatenus
aut neglegentia aut inprobitate eorum, qui epistolas accipiant, fieri
scribis, ne ad nos perferantur: illam partem excusationis, qua te
scribis 'orationis paupertate' — sic enim appellas — eisdem verbis
epistolas saepius mittere, nec nosco nec probo, et ego ipse, quem
tu per iocum — sic enim accipio — 'divitias orationis' habere
dicis, me non esse verborum admodum inopem agnosco — εἰρωνεύεσθαι
enim non necesse est —, sed tamen idem — nec hoc
εἰρωνευόμενος — facile cedo tuorum scriptorum subtilitati et elegantiae.
consilium tuum, quo te usum scribis hoc Achaicum nego- 2
tium non recusavisse, cum semper probavissem, tum multo magis
probavi lectis tuis proximis litteris; omnes enim causae, quas commemoras,
iustissimae sunt tuaque et auctoritate et prudentia dignissimae.
quod aliter cecidisse rem existimas, atque opinatus sis, id
tibi nullo modo adsentior; sed, quia tanta perturbatio et confusio

4. uiderem Ω. viderim *alii* ‖ 5. excelenti *M* ‖ 7. eisdem] hisdem *MR*, isdem *G* ‖ 9. ingenuis *R*, ingeniis *MG* ‖ 11. excellat *G*, expellat *M*, excelleat *R* ‖ 13. cum] quod ς *et Wesenberg, praeter necessitatem* ‖ 14. gratissimum. uale *G* ‖ 16. *inscriptionem om. GR* ‖ seruilio *M* ‖ 17. qua usus es] *cf. C. F. W. Müller ann. phil.* 1866 *p.* 488, 5 ‖ es *G, et ex* est *R*[1] (*M*[1]) ‖ 18. quatinus *GR* ‖ 21 eisdem] hisdem *MR*, isdem *G* ‖ 22. sepius epistolas *R* ‖ nec nosco *om. R*[1] ‖ *cf. Mommsen C.I.L.* I *p.* 67, XLII ‖ 23. 24. dicis habere *G* ‖ 24. admodum *M*, adeo *GR* ‖ 24. 25. ερωνευσθαι *M* ‖ 27. hoc *om. R* ‖ 30. actoritate *M* ‖ 30. 31 dignissimae (-e *R*, *ut solet*) *GR*, et dignissime *M*, et ⟨dignitate⟩ d. *Lehmann p.* 93) 31. sis *MR*, sit *G*, esses *Wesenberg* ‖ 32. adsentior modo *G*

est rerum, ita perculsa et prostrata foedissimo bello iacent omnia, ut is cuique locus, ubi ipse sit, et sibi quisque miserrimus esse videatur, propterea et tui consilii paenitet te et nos, qui domi sumus, tibi beati videmur, at contra nobis non tu quidem vacuus molestiis, sed prae nobis beatus. atque hoc ipso melior est tua quam nostra condicio, quod tu, quid doleat, scribere audes, nos ne id quidem tuto possumus, nec id victoris vitio, quo nihil moderatius, sed ipsius victoriae, quae civilibus bellis semper est insolens.
3 uno te vicimus, quod de Marcelli, collegae tui, salute paulo ante quam tu cognovimus, etiam ercle quod, quemadmodum ea res ageretur, vidimus: nam sic fac existimes, post has miserias, id est postquam armis disceptari coeptum sit de iure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate; nam et ipse Caesar accusata 'acerbitate' Marcelli — sic enim appellabat — laudataque honorificentissime et aequitate tua et prudentia repente praeter spem dixit se senatui roganti de Marcello ne ominis quidem causa negaturum; fecerat autem hoc senatus, ut, cum a L. Pisone mentio esset facta de Marcello et C. Marcellus se ad Caesaris pedes abiecisset, cunctus consurgeret et ad Caesarem supplex accederet. noli quaerere: ita mihi pulcher hic dies visus est, ut speciem aliquam viderer videre
4 quasi reviviscentis rei publicae. itaque, cum omnes ante me rogati gratias Caesari egissent praeter Volcacium — is enim, si eo loco esset, negavit se facturum fuisse —, ego rogatus mutavi meum consilium; nam statueram non mercule inertia, sed desiderio pristinae dignitatis in perpetuum tacere: fregit hoc meum consilium et Caesaris magnitudo animi et senatus officium; itaque pluribus verbis egi Caesari gratias, meque metuo ne etiam in ceteris rebus honesto

---

1. perculsa] perclusa **Ω**. *cf. Cic. p. Marc.* 23: 'quae iacere sentis belli ipsius impetu perculsa atque prostrata.' *frustra Marcellianam denuo nuper impugnarit S. Schmid diss. Turic. a.* 1888 (*'Untersuchung über die Frage der Echtheit der Rede pro M. Marcello'*), *qui Tiberio regnante eam a rhetore aliquo compositam esse sibi persuasit* ‖ postrata *M* ‖ 2. is *GR*, his *M* ‖ et sibi] ut sibi *MG*, *om. R* ‖ 5. ipso *om. R* ‖ 7. quo *GR*, quod *M* ‖ 8. 'in victoria, quae natura insolens et superba est' *p. Marc.* 9 ‖ ⟨in⟩ civ. b. *Boot* (*'obs.' p.* 8) *coll.* IV, 9, 3
9. vicimus] vincimus *alii* ‖ marcelli *M*, marcello tuo *G*, mar,$^{\text{celli}}$ celli *sup. vs. a m.* 2, *R* ‖ tui *om. G* ‖ paullo ς ‖ 10. ercle *MR*, *om. G*, mehercule ς ‖ 11. 12. postquam *GR*, potest quam *M* ‖ 12. armis *M*, armis ciuilibus *GR*, *male. cf.* IV, 14, 2: 'videbamque, quanto periculo de iure publico disceptaretur armis', *ad Att.* VIII, 11 *D*, 8: 'ego condicionibus, illi armis disceptari maluerunt'. *alia omnino condicio est locorum, quos ut* civilibus *defenderet attulit Streicher* (*p.* 149) ‖ sit] est *alii* ‖ 12. 13. nihil factum esse aliud *R* ‖ 13. et ipse] *cf. ad* III, 9, 2
16. de m. marcello *R*, *bene* ‖ ne ominis *R et* M^c (*sive* M^r), ne hominis *G*, neominus M^1 ‖ 17. autem *om. R* ‖ L. *om. R* ‖ 18. C. *Baiter*, cum **Ω**, cum C. *alii*
22. caesari *ex* caesar M^c ‖ uolcatium *R* ‖ is *GR*, his *M* ‖ 23. esse *M* ‖ 24. mehercule *GR* ‖ 27. Caesari *om. R*

otio privarim, quod erat unum solatium in malis: sed tamen, quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc rem publicam non putare, si perpetuo tacerem, modice hoc faciam aut etiam intra modum, ut et illius voluntati et meis studiis serviam: nam, etsi a prima aetate me omnis ars et doctrina liberalis et maxime philosophia delectavit, tamen hoc studium cotidie ingravescit, credo et aetatis maturitate ad prudentiam et eis temporum vitiis, ut nulla res alia levare animum molestiis possit; a quo studio 5
te abduci negotiis intellego ex tuis litteris, sed tamen aliquid iam noctes te adiuvabunt. Servius tuus vel potius noster summa me observantia colit, cuius ego cum omni probitate summaque virtute, tum studiis doctrinaque delector. is mecum saepe de tua mansione aut decessione communicat: adhuc in hac sum sententia, nihil ut faciamus, nisi quod maxime Caesar velle videatur. res sunt eiusmodi, ut, si Romae sis, nihil praeter tuos delectare possit; de reliquis, nihil melius ipso est Caesare, cetera sunt eiusmodi, ut, si alterum utrum necesse sit, audire ea malis quam videre. hoc nostrum consilium nobis minime iucundum est, qui te videre cupimus, sed consulimus tibi. vale.

V. (289.)

SERVIVS CICERONI S.

Postea quam mihi renuntiatum est de obitu Tulliae, filiae tuae, 1
sane quam pro eo ac debui graviter molesteque tuli communemque eam calamitatem existimavi, qui, si istic adfuissem, neque tibi defuissem coramque meum dolorem tibi declarassem. etsi genus hoc consolationis miserum atque acerbum est, propterea quia, per quos ea confieri debet propinquos ac familiaris, ei ipsi pari molestia adficiuntur neque sine lacrimis multis id conari possunt, uti magis ipsi videantur aliorum consolatione indigere quam aliis posse suum

1. sed tamen — 4. serviam *adfert Gell. n. a.* XII, 13, 22 *t.* II *p.* 121 *H.* 2. offensionem] occasionem *libri Gelliani* ‖ 7. eis] iis *Wesenberg*, his Ω ‖ 12 tum] tunc Ω ‖ tua *ex* tuam M^1, *ut vid.* ‖ 13. dicessione, *s a m.* 1, *R* ‖ 14. 15. huiusmodi *GR* ‖ 15. nihil *GR*, nihi *M.* te *a multis additum recte respuerunt C. F. W. Müller (Cic. op. t.* II, 3 *ad p.* 264, 10) *et Lehmann* (*p.* 16 *sq.*) ‖ possis *R*, possit *ex* possis M^1 ‖ 16. cesare *R*, cesare et *G*, ceteri et *M*, *del. Stroebel* (*p.* 149) *et Boot* (*p.* 8), *iniuria puto* ‖ sunt *GR*, *om. M*, *potestque eo carere* ‖ huiusmodi *G* ‖ 17. alterutrum *G* ‖ ea *GR* M^c, a M^1 ‖ 21. seruius *M*, seruilius *R*, *et ex* seruiolus G^1 ‖ 22. *imitando hanc consolationem — de toto genere v. C. Buresch Leipz. Stud. z. class. Philol.* IX. 1886. *p.* 1—170 — *ex parte expressit S. Ambrosius ep.* 39 *ad Faustinum scripta* (*t.* II *p.* 1098 *Migne*), *ipsum Sulpicii dicendi genus diligentissime perscrutatus est J. H. Schmalz Z. f. d. Gymnasialw.* XXXV 1881 *p.* 87 *sq.* ‖ 23. sane quam *M*, sane *GR* ‖ 26. miserum *ς*, mirum Ω ‖ 27. ei] ii *R*, it *M*, *om. G*

officium praestare, tamen, quae in praesentia in mentem mihi vene-
runt, decrevi brevi ad te perscribere, non quo ea te fugere existi-
2 mem, sed quod forsitan dolore impeditus minus ea perspicias. quid
est, quod tanto opere te commoveat tuus dolor intestinus? cogita,
quemadmodum adhuc fortuna nobiscum egerit: ea nobis erepta esse,
quae hominibus non minus quam liberi cara esse debent, patriam,
honestatem, dignitatem, honores omnis. hoc uno incommodo addito
quid ad dolorem adiungi potuit? aut qui non in illis rebus exer-
citatus animus callere iam debet atque omnia minoris existimare?
3 an illius vicem, credo, doles? quotiens in eam cogitationem necesse
est et tu veneris et nos saepe incidimus, hisce temporibus non
pessime cum eis esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem
cum vita commutare! quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad
vivendum magno opere invitare posset? quae res? quae spes? quod
animi solacium? ut cum aliquo adulescente primario coniuncta
aetatem gereret? licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac
iuventute generum diligere, cuius fidei liberos tuos te tuto com-
mittere putares! an ut ea liberos ex sese pareret, quos cum
florentis videret, laetaretur? qui rem a parente traditam per se
tenere possent, honores ordinatim petituri essent, in re publica, in
amicorum negotiis libertate sua uti? quid horum fuit, quod non
prius quam datum est, ademptum sit? 'at vero malum est liberos
4 amittere.' malum: nisi hoc peius sit, haec sufferre et perpeti. quae
res mihi non mediocrem consolationem attulit, volo tibi comme-
morare, si forte eadem res tibi dolorem minuere possit. ex Asia
rediens cum ab Aegina Megaram versus navigarem, coepi regiones

2. decreui ad te breui *G* ‖ scribere *GR* ‖ non quo ea *M*, neque a *G*, non (*ex* mn *m.* 1) quod ea *R* ‖ 3. 4. quod est *G* ‖ 4. quo^{d}, d *a m.* 1, *ut vid.*, *M* ‖ tantopere *R* ‖ tete *G* ‖ 5. ea *MR*, et *G* ‖ 7. honoris *MG* ‖ addito *om. R* ‖ 8. aut *M*, an *GR* ‖ in *om. R* ‖ 10. an] at *Manutii ac Lambini quamvis probatum Lachmanno* (*ad Lucr.* V 175) *necessarium non puto* ‖ credo *om. G* ‖ 10. 11. necesse est tu veneris — nos saepe *Hofmann-Andresen probante Bechero* (*Wochenschr. f. klass. Philol.* 1889 *p.* 1227) *qui tamen alterum* et *tenet* ‖ 12. eis] his *Ω*, iis ς ‖ esse *om. R* ‖ 13. illa *M* ‖ 14. uiendum (*sic*) *ex* uidendum M^1 ‖ magnopere *GR* ‖ 15. coniunctam (*ex* coniunctamtem) *G* ‖ 16. gereret] ageret ς, *quod probat Schmalz* (*p.* 127), degeret *Kayser* ‖ 17. diligere *Ω*, del. ς. *in perpetuo codicum dissensu — v. C. F. W. Müller ad Cic. op. t.* IV, 2 *p.* 189, 18 *et ad Lael.*^{2} *p.* 391 — *diiudicatio difficilis, in Sulpicio praesertim* ‖ tuos *om. R* ‖ 18. an ut ea *MR*, ut antea *G* ‖ liberos filios ex *G* ‖ pararet *M* ‖ 19. a parente *G*, *et radendo R*, apparente MR^1 ‖ 21. uti *quamvis dubitans tenui*, usi *et* usuri *alii*, uterentur ς ‖ quid *M*, quod *GR* ‖ 22. ademptum M^cG, adeptum M^1R ‖ ad *M* ‖ 23. sit] est *Wesenberg* ‖ 24. attulit (*in fine vs. om. a R*)] attulerit *alii. at cf. Schmalz p.* 125 ‖ 25. 26. ex Asia rediens *eqs.*] *cf. Ambros. l. d.* ‖ 26. redeens *M* ‖ megaram uersus nauigarem *M*, megarem *GR*. Megara *ne quis cum Madvigio* ('*adv. cr.*' II *p.* 298, 1) *reponat, cavebit praeter Neuium* (I^2 *p.* 479) *inscr. C. I. L.* I *p.* 472, IX : (ar) taciram (Artageram *Vell.* II, 102, 2), *cum τὰ Ἀρτάγειρα Graecis fuerit* (*Zonar.* X, 36)

circumcirca prospicere: post me erat Aegina, ante me Megara, dextra Piraeus, sinistra Corinthus, quae oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata et diruta ante oculos iacent. coepi egomet mecum sic cogitare: 'hem! nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiit aut occisus est, quorum vita brevior esse debet, cum uno loco tot oppidum cadavera proiecta iacent? visne tu te, Servi, cohibere et meminisse hominem te esse natum?' crede mihi, cogitatione ea non mediocriter sum confirmatus. hoc, idem si tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas: modo uno tempore tot viri clarissimi interierunt, de imperio p. R. tanta deminutio facta est, omnes provinciae conquassatae sunt: in unius mulierculae animula si iactura facta est, tanto opere commoveris? quae si hoc tempore non diem suum obisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. etiam tu ab hisce rebus 5 animum ac cogitationem tuam avoca atque ea potius reminiscere, quae digna tua persona sunt: illam, quamdiu ei opus fuerit, vixisse, una cum re publica fuisse, te, patrem suum, praetorem, consulem, augurem vidisse, adulescentibus primariis nuptam fuisse, omnibus bonis prope perfunctam esse; cum res publica occideret, vita excessisse: quid est, quod tu aut illa cum fortuna hoc nomine queri possitis? denique noli te oblivisci Ciceronem esse et eum, qui aliis consueris praecipere et dare consilium, neque imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur tenere se medicinae scientiam, ipsi se curare non possunt, sed potius, quae aliis tute praecipere soles, ea tute tibi subiace atque apud animum propone. nullus dolor 6 est, quem non longinquitas temporis minuat ac molliat: hoc te expectare tempus tibi turpe est ac non ei rei sapientia tua te occurrere. quod si qui etiam inferis sensus est, qui illius in te amor fuit pietasque in omnis suos, hoc certe illa te facere non vult. da hoc illi mortuae, da ceteris amicis ac familiaribus, qui

1. circumcirca *(in G* circum *m. 2 corr., quid prius fuerit non liquet cf. 'Arch. f. lat. Lexicogr.'* V *p. 332 sq.* ‖ perspicere *R* ‖ me Megara *Orelli*, me megare *GR*, menegare *M* ‖ 2. Piraeeus *alii* ‖ 4. hommunculi *M* ‖ 6. iacerent *G* ‖ 8. 9. hoc idem, si *vulgo distinguunt.* hoc item, si *Lehmann* (*p.* 57) ‖ 10. clarissimi *R*, carissimi *MG* ‖ p. r. *R*, propter *MG* ‖ diminutio *GR* ‖ 11. est *om. G* ‖ 12. tantopere *R* ‖ 14. his *R* ‖ 15. ac] a *MG*, a[d], d *a m.* 1, *R* ‖ cogitatione tua uoca *G* ‖ 17. fuisse] floruisse *post alios commendavit Madvig (adv. crit.* III *p.* 156) ‖ 19. perfunctam] perfructam *Wölfflin* ‖ 20. quaeri *M* ‖ 21. *ante* denique 2 *litt. ras. in M* ‖ 22. imitare Ω, imitari *M*[c]. *cf. Schmal. p.* 126 ‖ 23. alienis *M*[1] *ex* aliis iis, *et R*[1] *ex* alienos, *sed cum unius litt. ras. ante* morbis, aliis *G* ‖ 24. aliis tute] aliis *Lambinus. ceterum ex hac Sulpicii admonitione additos esse in Ciceronis Consolationem versus Sophocleos* (*Tusc.* III, 29, 71, *fr. tr. Gr.*[2] *p.* 289 *N.*) *suspicatur Buresch (l. d. p.* 99) ‖ 25. subiace atque *R*, subiaceat que *M*, subiacent quae *G*. subiice atque *alii* ‖ 26. longiquitas *M*, longanimitas *G* ‖ ac *MR*, aut *G* ‖ 29. amor *M*, sensus *G*, amor sensus *R*

tuo dolore maerent, da patriae, ut, si qua in re opus sit, opera et consilio tuo uti possit. denique, quoniam in eam fortunam devenimus, ut etiam huic rei nobis serviendum sit, noli committere, ut quisquam te putet non tam filiam quam rei publicae tempora et aliorum victoriam lugere. plura me ad te de hac re scribere pudet, ne videar prudentiae tuae diffidere; quare, si hoc unum proposuero, finem faciam scribendi: vidimus aliquotiens secundam pulcherrime te ferre fortunam magnamque ex ea re te laudem apisci; fac aliquando intellegamus adversam quoque te aeque ferre posse neque id maius, quam debeat, tibi onus videri, ne ex omnibus virtutibus haec una tibi videatur desse. quod ad me attinet, cum te tranquilliorem animo esse cognoro, de eis rebus, quae hic geruntur, quemadmodumque se provincia habeat, certiorem faciam. vale.

VI. (291.)

M. CICERO S. D. SER. SVLPICIO.

1 Ego vero, Servi, vellem, ut scribis, in meo gravissimo casu adfuisses; quantum enim praesens me adiuvare potueris et consolando et prope aeque dolendo, facile ex eo intellego, quod litteris lectis aliquantum adquievi, nam et ea scripsisti, quae levare luctum possent, et in me consolando non mediocrem ipse animi dolorem adhibuisti: Servius tamen tuus omnibus officiis, quae illi tempori tribui potuerunt, declaravit et quanti ipse me faceret et quam suum talem erga me animum tibi gratum putaret fore; cuius officia iucundiora scilicet saepe mihi fuerunt, numquam tamen gratiora. me autem non oratio tua solum et societas paene aegritudinis, sed etiam auctoritas consolatur; turpe enim esse existimo me non ita ferre casum meum, ut tu, tali sapientia praeditus, ferendum putas; sed opprimor interdum et vix resisto dolori, quod ea me solacia deficiunt, quae ceteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt: nam et Q. Maximus, qui filium consularem, clarum virum et magnis rebus gestis, amisit, et L. Paullus, qui duo septem diebus, et vester Galus et M. Cato, qui summo ingenio, summa virtute filium perdidit, eis temporibus fuerunt, ut eorum

3. commitere *M* ‖ 5. ad te *om. R* ‖ 7. aliquoties ς ‖ 8. re *om. R* ‖ apisci *M*, adipisci *GR*. *cf. Schmalz p.* 104 ‖ 11. desse *M*, deesse *GR* ‖ 11. 12. tranquilliore *alii* ‖ 12. cognosco *R*, ignoro *G* ‖ eis] his *Ω*, iis ς ‖ 15. Ser.] seruilio *Ω* (*om. R*[1]) ‖ 18. 19. litteris lectis *M*, litteris letus *R*, lectis litteris *G*, litt. ⟨tuis⟩ l. ς ‖ 20. ipsi *M* ‖ 24. fuerunt ς, fuerint *Ω* ‖ 29. addeficiunt *M* 31. paulus *GR* ‖ 32. galus *M* (*cf. Mommsen 'roem. Forsch.'* I *p.* 119), gallus *GR* ‖ 33. eis] his *Ω*, iis ς

luctum ipsorum dignitas consolaretur ea, quam ex re publica consequebantur; mihi autem amissis ornamentis eis, quae ipse commemoras 2 quaeque eram maximis laboribus adeptus, unum manebat illud solacium, quod ereptum est: non amicorum negotiis, non rei publicae procuratione impediebantur cogitationes meae, nihil in foro agere libebat, aspicere curiam non poteram, existimabam, id quod erat, omnis me et industriae meae fructus et fortunae perdidisse; sed, cum cogitarem haec mihi tecum et cum quibusdam esse communia, et cum frangerem iam ipse me cogeremque illa ferre toleranter, habebam, quo confugerem, ubi conquiescerem, cuius in sermone et suavitate omnis curas doloresque deponerem: nunc autem hoc tam gravi vulnere etiam illa, quae consanuisse videbantur, recrudescunt; non enim, ut tum me a re publica maestum domus excipiebat, quae levaret, sic nunc domo maerens ad rem publicam confugere possum, ut in eius bonis adquiescam. itaque et domo absum et foro, quod nec eum dolorem, quem †ad re publica capio, domus iam consolari potest nec domesticum res publica. quo magis te expecto teque videre quam primum cupio — 3 †maior mihi uatio mihi adferre nulla potest quam coniunctio consuetudinis sermonumque nostrorum —; quamquam sperabam tuum adventum — sic enim audiebam — adpropinquare. ego autem cum multis de causis te exopto quam primum videre, tum etiam, ut ante commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus, quod est totum ad unius voluntatem accommodandum et prudentis et liberalis et, ut perspexisse videor, nec a me alieni et tibi amicissimi; quod cum ita sit, magnae tamen est deliberationis, quae ratio sit ineunda nobis non agendi aliquid, sed illius concessu et beneficio quiescendi. vale.

VII. (222.)

M. CICERO S. D. M. MARCELLO.

Etsi eo te adhuc consilio usum intellego, ut id reprehendere 1 non audeam, non quin ab eo ipse dissentiam, sed quod ea te sa-

1. luctum *GR*, lum *M* ‖ 2. amisis *M* ‖ eis] his *Ω*, iis ς ‖ 3. et quae eram *G* ‖ 4. illum *M* ‖ 7. me] tuae *G* ‖ 9. cogeremque *GR*, cogerem *M* ‖ 10. confugerem *R*, confugirem *M*, fugerem *G* ‖ 12. consanuisse *M*, consenuisse *GR* ‖ 13. me a] mea *MR*, a *G* ‖ 14. marens *M* ‖ 16. ad *M*[1] *corr. in* ax (a *ex* ax *M*[2]), de *GR*, e *Lambinus*, *del. Wesenberg* ‖ 19. maior mihi uatio mihi adferre nulla *M*, maius mihi solacium (solatium *R*) afferre ratio nulla *GR*, *ut equidem puto — aliter Streichero (p. 151) visum — ex interpolatione*. maior mihi levatio *vel* maior enim levatio mihi afferri *corrigunt*, *quod iure respuit Streicher* ‖ 24. accomodandum *M* ‖ 25. a *G*, *et ex* ad *R*[1], *om.* *M* ‖ 27. agendi *ex* agend *M*[c] ‖ 31. consilio adhuc *R* ‖ 32. non (*ante* quin) *M*, ne *GR*

pientia esse iudicem, ut meum consilium non anteponam tuo, tamen et amicitiae nostrae vetustas et tua summa erga me benevolentia, quae mihi iam a pueritia tua cognita est, me hortata est, ut ea scriberem ad te, quae et saluti tuae conducere arbitrarer et non
2 aliena esse ducerem a dignitate. ego eum te esse, qui horum malorum initia multo ante videris, consulatum magnificentissime atque optime gesseris, praeclare memini; sed idem etiam illa vidi, neque te consilium civilis belli ita gerendi nec copias Cn. Pompei nec genus exercitus probare semperque summe diffidere, qua in sententia me quoque fuisse memoria tenere te arbitror. itaque neque tu multum interfuisti rebus gerendis et ego id semper egi, ne interessem; non enim eis rebus pugnabamus, quibus valere poteramus, consilio, auctoritate, causa, quae erant in nobis superiora, sed lacertis et viribus, quibus pares non eramus: victi sumus igitur aut, si vinci dignitas non potest, fracti certe et abiecti; in quo tuum consilium nemo potest non maxime laudare, quod cum spe vincendi simul abiecisti certandi etiam cupiditatem ostendistique sapientem et bonum civem initia belli civilis invitum suscipere,
3 extrema libenter non persequi. qui non idem consilium, quod tu, secuti sunt, eos video in duo genera esse distractos; aut enim renovare bellum conati sunt — ei qui se in Africam contulerunt —, aut, quemadmodum nos, victori sese crediderunt: medium quoddam tuum consilium fuit, qui hoc fortasse humilis animi duceres, illud pertinacis. fateor a plerisque vel dicam ab omnibus sapiens tuum consilium, a multis etiam magni ac fortis animi iudicatum; sed habet ista ratio, ut mihi quidem videtur, quendam modum, praesertim cum tibi nihil desse arbitrer ad tuas fortunas omnis optinendas praeter voluntatem; sic enim intellexi, nihil aliud esse, quod dubitationem adferret ei, penes quem est potestas, nisi quod vereretur, ne tu illud benificium omnino non putares; de quo quid
4 sentiam, nihil attinet dicere, cum appareat, ipse quid fecerim. sed tamen, si iam ita constituisses, ut abesse perpetuo malles quam ea,

---

1. iudico *alii* ‖ 2. tamen *ante* nostrae *repetitum exp.* M^c *vel* M^r ‖ 4. que ut saluti *M* ‖ 5. eum te *M*, te eum *GR* ‖ 6. malorum] maiorum Ω ‖ ⟨cum⟩ consulatum *Lehmann* (*Woch. f. klass. Philol.* 1885 *p.* 1106) *vix recte: iam ante consulatum crescentem Caesaris potentiam Marcello timori fuisse Cicero significat* ‖ 11. semper id egi, *cum ras.* 2—3 *litt. ante* egi, *G* ‖ 12. eis] his Ω, iis ς 21. ei qui] hi qui Ω, hique *vel* iique *alii*, ut ii qui *cum* ς *Klotz* ‖ 22. victori sese *Victorius*, uictores esse *M*, uictos se esse *GR* ‖ crediderunt] dediderunt *Bentley* (*ad Hor. carm.* III, 5, 33) ‖ 25. 26. iudicatum sed habet ista *MG*, duceres illud pertinacis *R* ‖ 27. tibi nihil *R*, nihil tibi *G*, tibi (*exp.* M^r, *ut vid.*) nihil tibi *M* ‖ deesse *GR* ‖ 31. sentiam *ex* sententiam M^c (*vel* M^r) *et R* ‖ 32. tamen si] tametsi *alii* ‖ abesse *GR*, esse *M*

quae nolles, videre, tamen id cogitare deberes, ubicumque esses, te fore in eius ipsius, quem fugeres, potestate: qui si facile passurus esset te carentem patria et fortunis tuis quiete et libere vivere, cogitandum tibi tamen esset, Romaene et domi tuae, cuicuimodi res esset, an Mitylenis aut Rhodi malles vivere; sed, cum ita late pateat eius potestas, quem veremur, ut terrarum orbem complexa sit, nonne mavis sine periculo tuae domi esse quam cum periculo alienae? equidem, etiamsi oppetenda mors esset, domi atque in patria mallem quam in externis atque alienis locis; hoc idem omnes, qui te diligunt, sentiunt, quorum est magna pro tuis maximis clarissimisque virtutibus multitudo. habemus etiam rationem 5 rei familiaris tuae, quam dissupari nolumus; nam, etsi nullam potest accipere iniuriam, quae futura perpetua sit, propterea quod neque is, qui tenet rem publicam, patietur neque ipsa res publica, tamen impetum praedonum in tuas fortunas fieri nolo. ei autem qui essent, auderem scribere, nisi te intellegere confiderem. hic te unius solli- 6 citudines, unius etiam multae et assiduae lacrimae, C. Marcelli, fratris optimi, deprecantur: nos cura et dolore proximi sumus, precibus tardiores, quod ius adeundi, cum ipsi deprecatione eguerimus, non habemus, gratia tantum possumus, quamtum victi; sed tamen consilio studio Marcello non desumus. a tuis reliquis non adhibemur; ad omnia parati sumus.

VIII. (217.)

M. CICERO S. D. M. MARCELLO.

Neque monere te audeo praestanti prudentia virum nec con- 1 firmare maximi animi hominem unumque fortissimum, consolari vero nullo modo; nam, si ea, quae acciderunt, ita fers, ut audio, gratulari magis virtuti debeo quam consolari dolorem tuum, sin te tanta mala rei publicae frangunt, non ita abundo ingenio, ut te consoler, cum ipse me non possim. relicuum est igitur, ut tibi

---

2. fore *ex* flore M^c ‖ qui si] quasi Ω ‖ 3. esset te M^1 *ex* essente, esses te *GR* ‖ 4. tamen tibi *G* ‖ esse *R* ‖ cuicuimodi *Lambinus* (*cf. Neue* II³ *p.* 246), cuiusmodi *MG*, huiusmodi *R* ‖ 5. mitylenis *M*, mitulenis *G*, mitilenis *R*, mytilenis ς, *quod ut nummi confirmant* (*v. Head 'hist. num.' p.* 487) *nec raro Ciceronis habent codices* (*v.* C. F. W. *Müller Cic. op.* II, 2 *ad p.* 383, 30), *fort. recipiendum erat. fluctuant tamen inscriptiones* | et aut *R* ‖ vivere] uidere Ω ‖ 7. nonne mauis sine *M*, non te maius sine *G*, non ne maius *R* ‖ 9. extremis *G* ‖ 10. omnis *M* ‖ 12. dissupari *M*, dissipare (*sic*) *GR* ‖ potes *Victorius* ‖ 14. his *M* ‖ 15. ei] hi Ω, ii ς ‖ 16. hic ‹pro› te *Lambinus* ‖ 20. quamtum *M* (*cf. C. I. L.* I 206, *Gramm. Lat.* VII *p.* 152, 3; 203, 11 *K.*), quantum *GR* ‖ 24. *pr.* M.] arcus *M* ‖ 26. unumque *M*, uirumque *GR* ‖ 29. non tam *G* ‖ 30. relicuum *M*, reliqum *G*, reliquum *R*

me in omni re eum praebeam praestemque et ad omnia, quae tui velint, ita sim praesto, †ut me non solum omnia debere tua causa,
2 sed causa quoque, etiam quae non possim, putem. illud tamen vel tu me monuisse vel censuisse puta vel propter benevolentiam tacere non potuisse, ut, quod ego facio, tu quoque animum inducas, si sit aliqua res publica, in ea te esse oportere, iudicio hominum reque principem, necessitate cedentem tempori, sin autem nulla sit, hunc tamen aptissimum esse etiam ad exulandum locum; si enim libertatem sequimur, qui locus hoc dominatu vacat? sin qualemcumque locum, quae est domestica sede iucundior? sed mihi crede, etiam is, qui omnia tenet, favet ingeniis, nobilitatem vero et dignitates hominum, quantum ei res et ipsius causa concedit, amplectitur. sed plura, quam statueram; redeo ergo ad unum illud, me tuum esse: fore cum tuis, si modo erunt tui, si minus, me certe in omnibus rebus satis nostrae coniunctioni amorique facturum. vale.

IX. (223.)

M. CICERO S. D. M. MARCELLO.

1 Etsi perpaucis ante diebus dederam Q. Mucio litteras ad te pluribus verbis scriptas, quibus declaraveram, quo te animo censerem esse oportere et quid tibi faciendum arbitrarer, tamen, cum Theophilus, libertus tuus, proficisceretur, cuius ego fidem erga te benivolentiamque perspexeram, sine meis litteris eum ad te venire nolui. eisdem igitur de rebus etiam atque etiam hortor quibus superioribus litteris hortatus sum, ut in ea re publica, quaecumque

1. re eum M^c, reum M^1, re *GR* ‖ et *Lambinus*, ut *Ω* ‖ tui *M*, tua *GR* 2. omnia *MG*, iam *R* ‖ 3. possim putem *MR*, potest *G*. *scripserim* (*cf. ann. phil.* 1891 *p.* 73): ut me non solum omnia cupere tua causa, sed ausurum quoque, etiam quae non possim, putent (*sic* ς *pro* putem). debere alicuius causa *etsi recte dicitur* (*v. Landgraf ad Cic. p. Rosc. Am. p.* 395), *ab h. l. alienum mihi videtur*, *ad* ausurum, etiam quae non possim *cf. Cic. p. Quinct.* 69: 'illorum, qui tum et poterant per vim et scelus plurimum et, quod poterant, id audebant'. debere tua causa, ⟨quae possim⟩, sed ea quoque etiam, quae non possim, putem *post alios Martyni-Laguna, ubi* quoque etiam *tenet Wölfflin Münchner Sitzungsber.* 1880 *p.* 427 (*v. tamen Schmalz ad Reisigii schol. synt. Lat. p.* 840), d. t. c., ⟨quae possim⟩, sed etiam quae non possim, putem *Wesenberg* (⟨quae praestare possim⟩ *Streicher p.* 158, ⟨quae possim in tua causa⟩ *Lehmann p.* 57) ‖ 3. 4. uel tu ς, uultu *M*, multum *GR* ‖ 4. uel censuisse *M*, uel consulisse *G*, *om. R* ‖ 6. aliqua *ex* aliquae, *ut vid., radendo M* ‖ 7. reque principem *M*, reique .p. principem *G*, rei .p. *R* ‖ 11. is *ex* his *radendo M*, his *G* ‖ 13. ergo] ego *M, om. GR* ‖ 17. *pr.* M.] arcus *M* ‖ 18. dedederamq. mutio (de *exp.* M^c) *M*, dederam q. multo *G*, dederam mutio *R* ‖ 21. tuus libertus *R* ‖ 22. eum — 24. litteris *om. R* ‖ 23. eisdem] hisdem *MG*, iisdem ς ‖ igitur *M*, ergo *G* (*confusis scilicet notis* $\overset{i}{g}$ *et* $\overset{o}{g}$) ‖ de rebus] te rebus ς, ⟨te⟩ de rebus *Lambinus*, te rationibus *Orelli*, te verbis *Lehmann* (*p.* 57). *incorrupta tamen omnia: neque enim* te *in priore neque* de (quibus) *in altero colo omissa offensionem habent*

est, quam primum velis esse: multa videbis fortasse, quae nolis, non plura tamen, quam audis cotidie; non est porro tuum uno sensu solum oculorum moveri, cum idem illud auribus percipias — quod etiam maius videri solet —, minus laborare. at tibi ipsi 2
dicendum erit aliquid, quod non sentias, aut faciendum, quod non probes. primum tempori cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum; deinde non habet, ut nunc quidem est, id vitii res: dicere fortasse, quae sentias, non licet, tacere plane licet; omnia enim delata ad unum sunt: is utitur consilio ne suorum quidem, sed suo; quod non multo secus fieret, si is rem publicam teneret, quem secuti sumus: an, qui in bello, cum omnium nostrum coniunctum esset periculum, suo et certorum hominum minime prudentium consilio uteretur, eum magis communem censemus in victoria futurum fuisse, quam incertis in rebus fuisset? et, qui nec te consule tuum sapientissimum consilium secutus esset nec fratre tuo consulatum ex auctoritate tua gerente vobis auctoribus uti voluerit, nunc omnia tenentem nostras sententias desideraturum censes fuisse? omnia sunt misera in bellis civilibus — quae 3
maiores nostri ne semel quidem, nostra aetas saepe iam sensit —, sed miserius nihil quam ipsa victoria, quae, etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores inpotentioresque reddit, ut, etiamsi natura tales non sint, necessitate esse cogantur; multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda sunt. an tu non videbas mecum simul, quam illa crudelis esset futura victoria? igitur tunc quoque careres patria, ne, quae nolles, videres? 'non', inquies, 'ego enim ipse tenerem opes et dignitatem meam.' at erat tuae virtutis in minimis tuas res ponere, de re publica vehementius laborare. deinde, qui finis istius consilii est? nam adhuc et factum tuum probatur et, ut in tali re, etiam fortuna laudatur: factum, quod et initium belli necessario secutus sis et extrema sapienter

---

1. nolis *R*, nobis *MG* ‖ 6. id est n. p. *delebat Ruhnken (ad Vell.* II, 23, 6). *at r. Madvig ad Cic. de fin.* II, 2, 6 ‖ 7. 8. id uitii *M*, inducii *G*, inditii *R* 9. is *GR* (M^r), his *M* ‖ 10. non *GR*, nom *M* ‖ si is rem *GR* (M^r *in ras.*), his rem P^1 ‖ 11. quem ⟨nos⟩ *s. Streicher* (*p.* 201), *inutiliter* ‖ sumus *GR* (M^r), simus *M* ‖ 12. coniuncti *R* ‖ esse *M* ‖ 13. 14. censemus communem magis *R* 14. quam in ceteris rebus *G* ‖ 17. nunc *MR*, nec *G*. hunc *Martyni-Laguna* 20. melioris *M*, maiores *G* ‖ 21. uenit maiores (*repetito hoc voc.*) *G* ‖ ferocioris *M* ‖ inpotentiorisque *M*, inpacientioresque *GR* ‖ reddit *M*, reddidit *GR* etiamsi — 22. necessitate *om. R* ‖ 22 natura tales] ra tales *in ras.* M^r, *quae tamen legerat P* ‖ 23. arbitrio per quos uicit *M*, per quos arbitrio uicit *G*, per quos uicit arbitrio *R* ‖ an tu *R*, ante *MG* ‖ 24. non *MG*, esse non *R* 25. tunc *MG*, tunc quidem *R*, tum *Wesenberg* ‖ ne quae] neque *Ω* ‖ uideres *M*, uidere *GR* ‖ 27. minimis M^c, minimas M^1 (minimis, *ult.* i *in ras.*, P^1), minimo *GR* ‖ 30. initia *Kleyn* (*p.* 31)

persequi nolueris; fortuna, quod honesto otio tenueris et statum
et famam dignitatis tuae: nunc vero nec locus tibi ullus dulcior
esse debet patria nec eam diligere minus debes, quod deformior
est, sed misereri potius nec eam multis claris viris orbatam privare
4 etiam aspectu tuo. denique, si fuit magni animi non esse suppli-
cem victori, vide, ne superbi sit aspernari eiusdem liberalitatem,
et, ⟨si⟩ sapientis est carere patria, duri non desiderare, et, si re
publica non possis frui, stultum est nolle privata. caput illud est,
ut, si ista vita tibi commodior esse videatur, cogitandum tamen
sit, ne tutior non sit: magna gladiorum est licentia, sed in externis
locis minor etiam ad facinus verecundia. mihi salus tua tantae
curae est, ut Marcello, fratri tuo, aut par aut certe proximus sim;
tuum est consulere temporibus et incolumitati et vitae et for-
tunis tuis.

X. (231.)

CICERO MARCELLO S.

1 Etsi nihil erat novi, quod ad te scriberem, magisque litteras
tuas iam expectare incipiebam vel te potius ipsum, tamen, cum
Theophilus proficisceretur, non potui nihil ei litterarum dare: cura
igitur, ut quam primum venias; venies enim, mihi crede, exspec-
tatus, neque solum nobis, id est tuis, sed prorsus omnibus; venit
enim mihi in mentem subvereri interdum, ne te delectet tarda
2 decessio. quod si nullum haberes sensum nisi oculorum, prorsus
tibi ignoscerem, si quosdam nolles videre, sed, cum leviora non
multo essent, quae audirentur, quam quae viderentur, suspicarer
autem multum interesse rei familiaris tuae te quam primum venire
†atque in omnis partis valeret, putavi ea de re te esse admonen-
dum. sed, quoniam, quid mihi placeret, ostendi, reliqua tu pro tua
prudentia considerabis; me tamen velim, quod ad tempus te expec-
temus, certiorem facias.

---

2. nec *om. G* ‖ ullus dulcior *M*, nullus d. *R*, *om. G* ‖ 3. quam patria nec eam minus diligere debes *R* (*in mg. a m.* 2) ‖ 4. miserari *R* ‖ eam] eam diligere *R* ‖ 5. esse] isse *alii* ‖ 5. 6. suplicem *GR* ‖ 6. sit *in ras.* M^r (superbis ista spernari P^1) ‖ 7. si *om.* Ω ‖ sapiens *R* ‖ est *del. Madvig* (*'adv. crit.'* III *p.* 156) 8. stultum, stul *corr. a m.* 1, *R* ‖ stultum est] stultum *I. M. Heusinger*, stulti *Martyni-Laguna*, stultum sit *Wesenberg*, *del. Madvig* ‖ capud *MG* ‖ 9. uidetur *GR* ‖ 10. ne tutior non sit *om. R* ‖ non *om. G* ‖ gladiatorum *G* ‖ 12. cer | proximis *M* ‖ 13. temporibus *om. G* ‖ 14. tuis uale *G* ‖ 17. erat *GR*, *om. M* 22. enim *om. R* ‖ 23. discessio G^1 ‖ sensum *ex* sensus M^1 ‖ nisi *om. GR* ‖ 27. atque] idque *Victorius*, *bene.* atque ⟨id⟩ in *Orelli* ‖ ualeret *M*, ualere et *GR* ‖ re *om.* R^1 ‖ 28. quid] quod Ω ‖ 30. facias uale *G*

XI. (230.)

MARCELLVS CICERONI S.

Plurimum valuisse apud me tuam semper auctoritatem cum 1
in omni re tum in hoc maxime negotio potes existimare: cum mihi C. Marcellus, frater amantissimus mei, non solum consilium daret, sed precibus quoque me obsecraret, non prius mihi persuadere potuit, quam tuis est effectum litteris, ut uterer vestro potissimum consilio. res quemadmodum sit acta, vestrae litterae mihi declarant. gratulatio tua etsi est mihi probatissima, quod ab optimo fit animo, tamen hoc mihi multo iucundius est et gratius, quod in summa paucitate amicorum, propinquorum ac necessariorum, qui vere meae saluti faverent, te cupidissimum mei singularemque mihi benevolentiam praestitisse cognovi. reliqua sunt eiusmodi, quibus 2
ego, quoniam haec erant tempora, facile et aequo animo carebam; hoc vero eiusmodi esse statuo, ut sine talium virorum et amicorum benevolentia neque in adversa neque in secunda fortuna quisquam vivere possit: itaque in hoc ego mihi gratulor; tu vero ut intellegas homini amicissimo te tribuisse officium, re tibi praestabo. vale.

XII. (296.)

SERVIVS CICERONI †SALVTEM PLVRIBVS VERBIS.

Etsi scio non iucundissimum me nuntium vobis allaturum, 1
tamen, quoniam casus et natura in nobis dominatur, visum est faciendum, quoquo modo res se haberet, vos certiores facere. a. d. x K. Iun., cum ab Epidauro Piraeum navi advectus essem, ibi Marcellum, conlegam nostrum, conveni eumque diem ibi consúmpsi, ut cum eo essem. †postero die ab eo digressus essem eo consilio,

---

2 sq. *de Marcelli dicendi genere v. I. H. Schmalz Z. f. d. Gymn.* XXXV. 1881. *p.* 128 *sq.* ‖ salutem dicit *G* ‖ 3. plurimum *GR* (*M*[1]), plurimam *M. c. supra index* ‖ 4. re *M et R*[2], te, *ut vid.*, *R*[1], *om. G* ‖ tum *GR* (*M*[r]), tunc *M* ‖ 5. C.] consul *Ω* ‖ 6. non prius mihi *in ras. M*[c] (*integra tamen in P*) ‖ 7. effectum *iteratum in M* ‖ 8. quemadmodum — 9. gratulatio *om. GR* ‖ 9. ab *in ras. M*[1] *ex* ati, *ut vid.*, ad *G*, *om. R* ‖ 12. mei ⟨esse⟩ *Wesenberg* ‖ singularem quem mihi *R* ‖ 15. uiuorum et *R* ‖ 17. uiuere *GR* (*M*[r]), uidere *M* ‖ ut *om. R* 18. homini *adrasum in M* ‖ 20. *inscriptionem om. GR* ‖ sal. plur. *Baiter*, s. d. s. v. b. e. v. *Orelli* ‖ 21 sq. *cf. Schmalz l. d. p.* 90 *sq.* ‖ 22. nobis *R*, bonis *MG* ‖ dominantur *alii* ‖ 22. 23. visum est faciendum — facere *ab aliis aliter temptata iure tenuerunt Schmalz* (*p.* 123 *sq.*) *et Ph. Thielmann* (*'Archiv f. lat. Lexicogr.'* III *p.* 181) ‖ 23. quoquo modo *M*, quo quomodo *G*, quo modo *R* ‖ certioris *M* ‖ 24. epitauro *GR* ‖ pireum *M*, *et G*[1] *ex* pereum, pureum *R*, piraeeum ς ‖ 24. 25. ⟨*M.*⟩ Marcellum *Orelli*, *bene* ‖ 25. conueni ibique eum diem consumpsi *G* ‖ eumque *M*, eumque *R* ‖ 26. die *GR M*[c] (*P*), diem *M*[1], die cum ς ‖ essem *M*, cum essem *GR*, sum *Streicher* (*p.* 153), *fort. recte* ‖ eo cons. *MG*, in cons. *R*

ut ab Athenis in Boeotiam irem reliquamque iurisdictionem absolverem, ille, ut aiebat, supra maias in Italiam versus navigaturus
2 erat. post diem tertium eius diei, cum ab Athenis proficisci in animo haberem, circiter hora decima noctis P. Postumius, familiaris eius, ad me venit et mihi nuntiavit M. Marcellum, collegam nostrum, post cenae tempus a P. Magio Cilone, familiare eius, pugione percussum esse et duo vulnera accepisse, unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem; sperare tamen eum vivere posse; Magium se ipsum interfecisse postea; se a Marcello ad me missum esse, qui haec nuntiaret et rogaret, uti medicos ei mitterem. itaque medicos coegi et e vestigio eo sum profectus prima luce. cum non longe a Piraeo abessem, puer Acidini obviam mihi venit cum codicillis, in quibus erat scriptum, paulo ante lucem Marcellum diem suum obisse. ita vir clarissimus ab homine deterrimo acerbissuma morte est adfectus, et, cui inimici propter dignitatem
3 pepercerant, inventus est amicus, qui ei mortem offerret. ego tamen ad tabernaculum eius perrexi: inveni duos libertos et pauculos servos; reliquos aiebant profugisse metu perterritos, quod dominus eorum ante tabernaculum interfectus esset. coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre, ibique pro ea copia, quae Athenis erat, funus ei satis amplum faciendum curavi. ab Atheniensibus, locum sepulturae intra urbem ut darent, impetrare non potui, quod religione se impediri dicerent, neque tamen id antea cuiquam concesserant: quod proximum fuit, uti in quo vellemus gymnasio eum sepeliremus, nobis permiserunt. nos in nobilissimo orbi terrarum gymnasio Academiae locum delegimus ibique eum conbussimus posteaque curavimus, ut eidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum fa-

---

2. ille *M*, ipse ille *GR* ‖ ut aiebat *GR*, utiebat *M* ‖ supra maias *M*, supra kal. maias *GR*, supra (super *Wesenberg*) Maleam *vel* Maleas *vel* Malias (*ita dubitanter Rühl* 'Königsb. wiss. Monatsbl.' VI. 1878. *p.* 27) *alii*, sub Kalendas *Streicher, valde improbabiliter* ‖ in italiam *MG*, italiam *R* ‖ 3. post diem tertium *Victorius*, postridiem tertium *MR*, post tercium diem *G* ‖ eius dei *M* ‖ 4. horam decimam *R* ‖ P. *M*, *om.* *GR* ‖ 5. M. *om.* *R* ‖ marcellum *in mg.* R^1 ‖ 6. a P. Magio Cilone] apud magio (*ex* maigio *m.* 1) cilone *M*, apud macium | urbem (*hoc v. exp. m.* 1) cilonem *G*, apud magnum cilonem *R* | familiare *M*, -em *GR*, -i ς. *cf. Charis. p.* 130 *K.* ‖ 8. aurem *ex* aurum M^c | sperari *Baiter* ‖ 9. magnum *G* ‖ me *om.* R^1 ‖ 10. ei mitterem itaque medicos *om.* *M* ‖ 12. piraeo *M*, pireo *GR*, piraeeo ς ‖ 13. paullo ς ‖ 14. 15. deterrimo acerbissuma M^r, deterromodo cerbis suma *M*, deterrimo (tet. *G*) acerbissima *GR* ‖ 16. pepercerunt *GR* ‖ offerret *ex* aff. R^1 ‖ 17. paucos *R* ‖ 18. aiebant *R*, agebant *MG* ‖ 20. dilatus *M* ‖ meis *G* ‖ 21. quae] quo *MG*, quod *R* ‖ 25. gimnasio *GR* (M^r), ginasio *M* ‖ 26. orbi *M*, orbis *GR*. *cf. Schmalz p.* 118 ‖ gimnasio Ω ‖ 27. posteaque curaumus (*sic*) *in ras.* M^c (posteaque curauimus *P*), postea quoque curauimus *GR* ‖ 28. eidem *MR*, idem *G*

ciendum locarent. ita, quae nostra officia fuerunt pro collegio et pro propinquitate, et vivo et mortuo omnia ei praestitimus. vale. d. pr. K. Iun. Athenis.

XIII. (215.)

M. CICERO S. D. P. FIGVLO.

Quaerenti mihi iamdiu, quid ad te potissimum scriberem, non 1
modo certa res nulla, sed ne genus quidem litterarum usitatum veniebat in mentem; unam enim partem et consuetudinem earum epistolarum, quibus secundis rebus uti solebamus, tempus eripuerat perfeceratque fortuna, ne quid tale scribere possem aut omnino cogitare: relinquebatur triste quoddam et miserum et his temporibus consentaneum genus litterarum; id quoque deficiebat me, in quo debebat esse aut promissio auxilii alicuius aut consolatio doloris tui. quod pollicerer, non erat; ipse enim pari fortuna † adiectus aliorum opibus casus meos sustentabam saepiusque mihi veniebat in mentem queri, quod ita viverem, quam gaudere, quod viverem;
quamquam enim nulla me ipsum privatim pepulit insignis iniuria 2
nec mihi quicquam tali tempore in mentem venit optare, quod non ultro mihi Caesar detulerit, tamen † nihil eis conficior curis, ut ipsum, quod maneam in vita, peccare me existimem: careo enim cum familiarissimis multis, quos aut mors eripuit nobis aut distraxit fuga, tum omnibus amicis, quorum benevolentiam nobis conciliarat per me quondam te socio defensa res publica, versorque in eorum naufragiis et bonorum direptionibus, nec audio solum, quod ipsum esset miserum, sed etiam id ipsum video, quo nihil est acerbius, eorum fortunas dissipari, quibus nos olim adiutoribus illud incendium exstinximus, et, in qua urbe modo gratia, auctoritate, gloria floruimus, in ea nunc his quidem omnibus caremus, optinemus ipsius Caesaris summam erga nos humanitatem, sed ea plus non
potest quam vis et mutatio omnium rerum atque temporum. itaque 3

---

1. ita quae] itaque Ω ‖ nostra *om.* *G* ‖ 1. 2. et pro propinq. *M*, et propinq. *GR* ‖ 3. d. pr. k. *M*, obiit pridie kal. *G*, II kal. *R* ‖ 5. M.] arcus *M* ‖ 5 sq. *Nigidii de vita et studiis testimonia r. ap. A. Swobodam 'P. Nig. Fig. op. rel.'* 1889 *p.* 134 *sq.* ‖ 7. certa *ex* certa certa *M*[r] ‖ ulla *R* ‖ 8. unam *ex* una *M*[c] ‖ unam partem *R* ‖ 10. tale *M*, tibi tale *GR* ‖ 13. debeat *GR* ‖ 14. quod] quid Ω ‖ enim *om.* *R* ‖ adiectus *M*, adfectus *GR*, adflictus ς, abiectus *alii* ‖ 17. pepulit] perculit *Lambinus. si quid mutandum esset, mallem* pepugit (*cf. Gell.* VI, 9, 15) ‖ 19. nihil eis] nihil ⟨o minus⟩ eis ς, ⟨non⟩ nihil eis *Baiter*, multeis *Klotz*[2] (*idem mihi in mentem venerat* —), eis *Wesenberg* ‖ 21. familiarissimis, mis *radendo ex* mus, *M* ‖ 24. nec *om.* *GR* ‖ 25. id ipsum *GR*, deipsum *M* ‖ 26. nos olim *GR*, non solim *M* ‖ 28. his Ω, iis ς ‖ quidem omnibus *GR*, qui demonibus *M* 29. summa *M* ‖ 30. quam uis et *R*, quam uis est *G*, quamuis est *M*

orbus eis rebus omnibus, quibus et natura me et voluntas et consuetudo adsuefecerat, cum ceteris, ut quidem videor, tum mihi ipse displiceo; natus enim ad agendum semper aliquid dignum viro nunc non modo agendi rationem nullam habeo, sed ne cogitandi quidem, et, qui antea aut obscuris hominibus aut etiam sontibus opitulari poteram, nunc P. Nigidio, uni omnium doctissimo et sanctissimo et maxima quondam gratia et mihi certe amicissimo, ne benigne quidem polliceri possum. ergo hoc ereptum est litterarum
4 genus: relicum est, ut consoler et adferam rationes, quibus te a molestiis coner abducere. at ea quidem facultas vel tui vel alterius consolandi in te summa est, si umquam in ullo fuit; itaque eam partem, quae ab exquisita quadam ratione et doctrina proficiscitur, non attingam, tibi totam relinquam: quid sit forti et sapienti homine dignum, quid gravitas, quid altitudo animi, quid acta tua vita, quid studia, quid artes, quibus a pueritia floruisti, a te flagitent, tu videbis; ego, quod intellegere et sentire, quia sum Romae et quia curo adtendoque, possum, id tibi adfirmo, te in istis molestiis, in quibus es hoc tempore, non diutius futurum, in eis
5 autem, in quibus etiam nos sumus, fortasse semper fore. videor mihi perspicere primum ipsius animum, qui plurimum potest, propensum ad salutem tuam — non scribo hoc temere: quo minus familiaris sum, hoc sum ad investigandum curiosior —: quo facilius, quibus est iratior, respondere tristius possit, hoc est adhuc tardior ad te molestia liberandum; familiares vero eius, et ei quidem, qui illi iucundissimi sunt, mirabiliter de te et locuntur et sentiunt; accedit eodem vulgi voluntas vel potius consensus omnium; etiam illa, quae minimum nunc quidem potest, sed possit necessest, res publica, quascumque viris habebit, ab eis ipsis, ⟨a⟩ quibus
6 tenetur, de te propediem, mihi crede, impetrabit. redeo igitur ad id, ut iam tibi etiam pollicear aliquid, quod primo omiseram: nam et conplectar eius familiarissimos, qui me admodum diligunt multumque mecum sunt, et in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo et certe omnis vias persequar, quibus

1. eis rebus] his (iis ς) r. *MG*, *om.* *R* ‖ 2. tum *GR*, tunc *M* ‖ 4. nullam *om.* *R* ‖ 6. p. nigidio *M*, pernigidi *R*, pernigimo *G* ‖ 8. possum *G*, possim *MR* ‖ 9. reliquum *GR* ‖ ⟨te⟩ consoler *alii* ‖ 11. ullo *M*, illo *GR* ‖ 12. quae *GR* (*M*[r], *ut vid.*), qui *M* ‖ quadam *om.* *G*[1] ‖ 17. attendo quae possum *GR* ‖ id *MR*, itaque *G* ‖ 18. quibus *MG*, quibus etiam nos *R* ‖ eis] his *Ω*, iis ς ‖ 19. f. ⟨non⟩ semper ς ‖ uideo *Ω* ‖ 24. ei] hi *Ω*, ii ς ‖ 25. loquuntur *R* ‖ 27. etiam *MG*, et non *R* ‖ sed ⟨plus iam⟩ *Wesenberg, cf. Lehmann p.* 14. *si quid mutandum sit, malim* sed ⟨rursus⟩ ‖ 27. necessest] necesset *M*, necesse est *GR* ‖ 28. eis] his *Ω*, iis ς ‖ a *inseruit Lambinus. cf. Reisig-Landgraf schol. synt. Lat. p.* 728 *sq* ‖ 30. polliceat *M* ‖ 33. ⟨me⟩ insinuabo *alii. cf. Nägelsbach-Müller 'lat. Stil.' p.* 461[8]

putabo ad id, quod volumus, pervenire posse; in hoc toto genere plura faciam, quam scribere audeo. cetera, quae tibi a multis prompta esse certo scio, a me sunt paratissima: nihil in re familiari mea est, quod ego meum malim esse quam tuum; hac de re et de hoc genere toto hoc scribo parcius, quod te id, quod ipse confido, sperare malo, te esse usurum tuis. extremum illud est, ut 7
te orem et obsecrem, animo ut maximo sis nec ea solum memineris, quae ab aliis magnis viris accepisti, sed illa etiam, quae ipse ingenio studioque peperisti; quae si colliges, et sperabis omnia optime et, quae accident, qualiacumque erunt, sapienter feres. sed haec tu melius vel optime omnium: ego, quae pertinere ad te intellegam, studiosissime omnia diligentissimeque curabo tuorumque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conservabo.

XIV. (194.)

M. CICERO S. D. CN. PLANCIO.

Binas a te accepi litteras Corcyrae datas, quarum alteris mihi 1
gratulabare, quod audisses me meam 'pristinam dignitatem' optinere, alteris dicebas te velle, quae egissem, bene et feliciter evenire. ego autem, si dignitas est bene de re publica sentire et bonis viris probare, quod sentias, optineo dignitatem meam; sin autem in eo dignitas est, si, quod sentias, aut re efficere possis aut denique libera oratione defendere, ne vestigium quidem ullum est relicum nobis dignitatis, agiturque praeclare, si nosmet ipsos regere possumus, ut ea, quae partim iam adsunt, partim inpendent, moderate feramus, quod est difficile in eiusmodi bello, cuius exitus ex altera parte caedem ostentat, ex altera servitutem: quo in periculo non- 2
nihil me consolatur, cum recordor haec me tum vidisse, cum secundas etiam res nostras, non modo adversas, pertimescebam videbamque, quanto periculo de iure publico disceptaretur armis, quibus si ei vicissent, ad quos ego pacis spe, non belli cupiditate adductus accesseram, tamen intellegebam, et iratorum hominum et cupidorum

1. pervenire] perveniri *vel* ⟨nos⟩ pervenire *vel* pervenire ⟨me⟩ *alii* ‖ 2. ceteraq | quae, q *exp. m.* 1, *ut vid.*, *M* ‖ 3. certo *M*, certe *GR* ‖ paratussima *M*, *fort. pro* paratissuma ‖ 4. hac] ac *M*, ea *GR* ‖ 6. 7. ut te] u te *M* 7. orem *GR*, ortem *M* ‖ animo maximo ut *G* ‖ sis] si *M* ‖ 9. colliges] colleges *M*, colligas *GR* ‖ 10. optime] optima *Madvig* ('*adv. crit.*' III *p.* 156), *at v. C. F. W. Müller* '*krit. Bem. z. Plin. n. h.*' (*progr. Vratisl.* 1888) *p.* 2 *sq.*, *Nägelsbach*[8] *p.* 582 *sq.* ‖ et quae — 11. optime *om. R* ‖ 16. corcyre *Ω*, Corcyra *alii. cf. A. Köhler progr. Norimb.* 1890 *p.* 26 ‖ 17. gratulabare *R*, gratulare, ba *a m.* 1, *G*, gratulabere *M* ‖ 21. posse *M*[c] ‖ 22. relicum *M*, relictum *GR* ‖ 26. ostentat *M*[c]*G*, ostendat *R*, ostentet *M*[1] ‖ 27. me tum *M*, mecum *G*, meum *R* ‖ 30. ei] hi *Ω*, ii ς

et insolentium quam crudelis esset futura victoria, sin autem victi
essent, quantus interitus esset futurus civium partim amplissimo-
rum, partim etiam optimorum, qui me haec praedicentem atque
optime consulentem saluti suae malebant nimium timidum quam
3 satis prudentem existimari. quod autem mihi de eo, quod egerim,
gratularis, te ita velle certo scio; sed ego tam misero tempore
nihil novi consilii cepissem, nisi in reditu meo nihilo meliores res
domesticas quam rem publicam offendissem; quibus enim pro meis
immortalibus beneficiis carissima mea salus et meae fortunae esse
debebant, cum propter eorum scelus nihil mihi intra meos parietes
tutum, nihil insidiis vacuum viderem, novarum me necessitudinum
fidelitate contra veterum perfidiam muniendum putavi. sed de
4 nostris rebus satis vel etiam nimium multa: de tuis velim ut eo
sis animo, quo debes esse, id est, ut ne quid tibi praecipue timen-
dum putes; si enim status erit aliquis civitatis, quicumque erit, te
omnium periculorum video expertem fore; nam alteros tibi iam
placatos esse intellego, alteros numquam iratos fuisse. de mea
autem in te voluntate sic velim iudices, me, quibuscumque rebus
opus esse intellegam, quamquam videam, qui sim hoc tempore et
quid possim, opera tamen et consilio, studio quidem certe, rei,
famae, saluti tuae praesto futurum. tu velim et quid agas et quid
acturum te putes facias me quam diligentissime certiorem. vale.

XV. (195.)

⟨M. CICERO S. D. CN. PLANCIO.⟩

1 Accepi perbrevis tuas litteras, quibus id, quod scire cupiebam,
cognoscere non potui, cognovi autem id, quod mihi dubium non
fuit: nam, quam fortiter ferres communis miserias, non intellexi,
quam me amares, facile perspexi; sed hoc scieram, illud si scissem,
2 ad id meas litteras accommodavissem. sed tamen etsi antea scripsi,
quae existimavi scribi oportere, tamen hoc tempore breviter com-

1. futura — 2. esset *om.* *G* ‖ 1. *post* uictoria *addita in* *M* sin autem uicti essent quantus interitus esset futurus a uictoria *exp.* M^c (*om.* *P*) ‖ 3. me haec *M*, haec me *G*, me *R* ‖ 4. saluti suae M^cR, salutis suae M^1, suae salutis *G* ‖ 5. egeram *R* ‖ 6. gratularis *ex* gratulari M^c ‖ certe *G* ‖ sed *MG*, quod *R* ‖ tam *M*, tamen *GR* ‖ 7. nihilo *M*, nihil *GR* ‖ 11. nouarum *ex* nauarum M^c ‖ 13. 14. eo ‖ sis, 2 *litt. eras.*, sis *in ras.*, M^c, *fort. fuerat* esses ‖ 16. iam tibi *G* ‖ 19. video *Wesenberg* ‖ qui M^1, quis M^cGR ‖ 22. vale *GR*, *et M a m. quad. antiqua* (*P quoque*), *om.* M^1 ‖ 24. *inscriptionem om.* Ω *et index* ‖ 25. breuis *R* ‖ litteras tuas *GR* ‖ 26. autem *om.* *R* ‖ id *om.* *G* ‖ 27. quam *GR*, quem *M* ‖ 28. si scissem *G*, siiscissem *M*, si scississem *R* ‖ 29. ante *G* ‖ 30. oportere *ex* oporteret M^1 ‖ breviter] brevi te *Krauss* (*'em. Cic. ep.'* *p.* 19), *alii aliis locis* te *inserebant*

monendum putavi, ne quo periculo te proprio existimares esse: in magno omnes, sed tamen in communi sumus: quare non debes aut propriam fortunam et praecipuam postulare aut communem recusare. quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus: quod de te sperare, de me praestare possum.

V.

I. (2.)

Q. METELLVS Q. F. CELER PROCOS. S. D. M. TVLLIO CICERONI.

Si vales, benest. existimaram pro mutuo inter nos animo et 1
pro reconciliata gratia nec absentem ludibrio laesum iri nec Metellum fratrem ob dictum capite ac fortunis per te oppugnatum iri; quem si parum pudor ipsius defendebat, debebat vel familiae nostrae dignitas vel meum studium erga vos remque publicam satis sublevare: nunc video illum circumventum, me desertum, a quibus

1. ne quo] neque *R* ‖ ⟨in⟩ periculo *Lambinus, quod frustra commendat Burg 'de M. Caelii Rufi genere dicendi'* (*diss. Friburg.* 1888) *p.* 24 ‖ 3. et] aut Ω ‖ 5. possum. finit liber III. epistolarum Marci Tullii Cic. ad Seruilium Sulpicium et ad Marcum Marcellum et ad ficulum et ad Gneum plangium. Incipiunt capitula libri quarti *G*, possum. M. T. epistolarum ad Seruilium explicit l. IIII. Incipit. V. (*a m.* 2) ad Q. metellum et ceterarum *R* ‖ 7. *Libro quinto in MR hic praemissus est index (leves quaedam R discrepantiae omissae sunt)*: 1. Q. Metellus Q. F. CELER PROCOS. S. D. M. TVLLIO CICERONI ‖ 2. M. TVLLIVS M. F. CICERO Q. METELLO Q. F. CELERI (ciceroque marcello f. caleri *R*) PROCOS. S. D. ‖ 3. Q. METELLVS NEPOS S. D. M. CICERONI HOMINIS (*hoc v. om. R*) ‖ 4. M. CICERO S. D. Q. METELLO (marcello *R*) CONS. LITTERAEQ. FRATRIS (*haec duo v. om. R*) ‖ 5. M. CICERO S. D. C. ANTONIO M. F. IMPERATORI ‖ 6. *om. M. R*: M. cicero s. d. p. Festio l. f. procons. *in G codice plenior extat index hice*: I. Q. metellus q. f. celer proconsul s. d. m. t. ciceroni ‖ II. M. tullius m. f. cicero quinto furio celeri proconsul (*sic*). si tu ‖ III. Q. metellus nepos salutem dicit m. c. hominis ‖ IIII. M. tullius cicero s. d. q. metello consuli litterae ‖ V. M. cicero s. d. c. antonio m. f. imperatori. etsi ‖ VI. M. cicero s. d. publico (*sic*) sostio (*sic*) lucio furio proconsuli ‖ VII. Marcus tullius m. f. c. s. d. gn. pompeio gg. f. magno imperatori. s. t. e. q. v. r. (*sup.* r *a m.* 2 b) e. ex litteris tuis ‖ VIII. (*haec nota num. erasa*). M. cicero marco licinio p. ficrasso (*sic*). quantum ad meum ‖ VIIII. Vatinius imperator ciceroni suo (*hoc v. eras.*) suo salutem dicit. si uales (*hoc lemma in mg. a* G^2) ‖ X. Uatinius ciceroni suo salutem. s. v. b. e. q. v. ‖ XI. M. cicero uatinio imperatori ‖ (1 *litt. er.*) salutem. grata ‖ XII. M. cicero salutem dicit lucio lucceio quinto furio. coram ‖ XIII. M. cicero salutem d. lucio luceio quinto fabio. usquam ‖ 9. benest *M*, bene est *GR* ‖ 10. absentem *G*, absente *MR*. absentem ⟨me⟩ *Orelli*, absentem ⟨me a te⟩ *Wesenberg*, abs te me *Klein* (*p.* 31 *et Cobet Mnemos.* VIII. 1880. *p.* 181), me abs te *Maixner* (*Z. f. österr. Gymn.* XL. 1889. *p.* 386), *Metello omnes erepturi id, quod ne Ciceroni quidem denegari potest. cf. I. H. Schmalz 'über den Sprachgebrauch d. Asin. Pollio'* (*Monachii* 1890) *p.* 33 *sq.* ‖ lusum *R* ‖ 14. subleuari *GR* ‖ a quo quidem m. *R*

2 minime conveniebat. itaque in luctu et squalore sum, qui provinciae, qui exercitui praesum, qui bellum gero: quae quoniam nec ratione nec maiorum nostrum clementia administrastis, non erit mirandum, si vos paenitebit. te tam mobili in me meosque esse animo non sperabam: me interea nec domesticus dolor nec cuiusquam iniuria ab re p. abducet.

II. (3.)

M. TVLLIVS M. F. CICERO Q. METELLO Q. F. CELERI PROCOS. S. D.

1 Si tu exercitusque valetis, benest. scribis ad me 'te existimasse pro mutuo inter nos animo et pro reconciliata gratia numquam te a me ludibrio laesum iri'. quod cuiusmodi sit, satis intellegere non possum, sed tamen suspicor ad te esse allatum me in senatu, cum disputarem permultos esse, qui rem p. a me conservatam dolerent, dixisse a te propinquos tuos, quibus negare non potuisses, impetrasse, ut ea, quae statuisses tibi in senatu de mea laude esse dicenda, reticeres. quod cum dicerem, illud adiunxi, mihi tecum ita dispertitum officium fuisse in rei p. salute retinenda, ut ego urbem a domesticis insidiis et ab intestino scelere, tu Italiam et ab armatis hostibus et ab occulta coniuratione defenderes, atque hanc nostram tanti et tam praeclari muneris societatem a tuis propinquis labefactatam, qui, cum tu a me rebus amplissimis atque honorificentissimis ornatus esses, timuissent, ne quae mihi
2 pars aps te voluntatis mutuae tribueretur. hoc in sermone cum a me exponeretur, quae mea expectatio fuisset orationis tuae quantoque in errore versatus essem, visa est oratio non iniucunda et mediocris quidam est risus consecutus, non in te, sed magis in errorem meum et quod me abs te cupisse laudari aperte atque ingenue confitebar. iam hoc non potest in te non honorifice esse dictum, me in clarissimis meis atque amplissimis rebus tamen ali-
3 quod testimonium tuae vocis habere voluisse. quod autem ita scribis, 'pro mutuo inter nos animo', quid tu existimes esse in

1. itaque *om. GR* ‖ 3. nostrum *R*, nr̃m *M*, nostrorum *G* ς ‖ administratis *R* ‖ 4. te tam *R*, etam *M*, et tam *G* ‖ 5. speraram *Wesenberg* ‖ 6. ab Ω, a ς ‖ abducet. uale *R* ‖ 10. benest *M*, bene est *GR* ‖ 14. in senatum *M* ‖ permultos esse rem *in mg.* R^1 *omisso* qui ‖ 15. a te — 16. impetrasse *om. R* ‖ 16. ea *G*, eas *M*, *om. R* ‖ 19. a domesticis — Ital. et ab *om. G* ‖ a dom. *M*, et dom. *R* ‖ intestino *R* (M^r), testino *M* ‖ 22. labefactatam *GR*, lare facta tam *M* ‖ 23. timuisset *M* ‖ ne quae] neque *MG*, nequa *R* ‖ 24. hoc *om. GR* 25. exponeretur] exponeretur cum a me *M* ‖ 25. 26. quanto *R* ‖ 27. est risus *GR*, et risus *M* ‖ 28. meum *GR*, metum *M* ‖ cupissem *GR* ‖ 29. ingenue *M*, ingenuo *R*, ingenio *G* ‖ iam] nam *Wesenberg*

amicitia mutuum. nescio, equidem hoc arbitror, cum par voluntas
accipitur et redditur. ego si hoc dicam, me tua causa praeter-
misisse provinciam, tibi ipse levior videar esse; meae enim rationes
ita tulerunt atque eius mei consilii maiorem in dies singulos fruc-
tum voluptatemque capio: illud dico, me, ut primum in contione
provinciam deposuerim, statim, quemadmodum eam tibi traderem,
cogitare coepisse. nihil dico de sortitione vestra: tantum te
suspicari volo, nihil in ea re per collegam meum me insciente
esse factum. recordare cetera: quam cito senatum illo die facta
sortitione coegerim, quam multa de te verba fecerim, cum tu ipse
mihi dixisti orationem meam non solum in te honorificam, sed
etiam in collegas tuos contumeliosam fuisse. iam illud senatus 4
consultum, quod eo die factum est, ea praescriptione est, ut, dum
id exstabit, officium meum in te obscurum esse non possit. postea
vero quam profectus es, velim recordere, quae ego de te in senatu
egerim, quae in contionibus dixerim, quas ad te litteras miserim:
quae cum omnia collegeris, tu ipse velim iudices, satisne videatur
his omnibus rebus tuus adventus, cum proxime Romam venisti,
mutue respondisse. quod scribis de 'reconciliata gratia', non in- 5
tellego, cur reconciliatam esse dicas, quae numquam imminutast.
quod scribis non oportuisse 'Metellum, fratrem tuum, ob dictum a 6
me oppugnari', primum hoc velim existimes, animum mihi istum
tuum vehementer probari et fraternam plenam humanitatis ac pie-
tatis voluntatem, deinde, si qua ego in re fratri tuo rei publicae
causa restiterim, ut mihi ignoscas — tam enim sum amicus rei
p., quam qui maxime —; si vero meam salutem contra illius
impetum in me crudelissimum defenderim, satis habeas nihil me
etiam tecum de tui fratris iniuria conqueri: quem ego cum con-
perissem omnem sui tribunatus conatum in meam perniciem parare
atque meditari, egi cum Claudia, uxore tua, et cum vestra sorore
Mucia, cuius erga me studium pro Cn. Pompei necessitudine multis
in rebus perspexeram, ut eum ab illa iniuria deterrerent. atqui 7

---

2. 3. praetermississe *M* ‖ 3. tibi] mihi *L. Lange, speciose, vereor tamen ut vere* ‖ ipsi *alii* ‖ levior] lenior *Ω* ‖ uideor *R* ‖ 5. in contentione *GR* ‖ 7. tantum] tamen *G*¹ ‖ 8. nihil *M*, nil *G*, *et ex* nichil *R*¹ ‖ 9. illo *M*, ea *GR* ‖ 13. praescriptione *Ω* (*cf. Willems 'le sénat'* II *p.* 206 *sq.*), perscriptione *alii* ‖ 16. egerim *om. R*, *male* ‖ 17. tu] tum *alii* ‖ 18. rebus *M*, *om. GR* ‖ ad uentus, 1 *litt. er.*, *M* ‖ 19. respondisse *M*, respondi sed *GR* ‖ conciliata *R* ‖ gratia (*i. e.* gra͡) *scripsi* (*cf. ann. phil.* 1886 *p.* 68), nostra (*i. e.* nr̄a) *MG*, *om. R.* ⟨gratia⟩ nostra *vel* nostra ⟨gratia⟩ *alii. cf.* V, 1, 1 ‖ 20. dicas esse *G* ‖ esse dicas quae numquam *in ras. R*² ‖ 20. 21. imminuta est quod scribis *in mg. R*¹ imminuta quod *G* ‖ 22. (oppugna ri) istum *om. R* ‖ 25. restiterim *R*, restituerim *MG* ‖ 27. nihil *om. G*¹ ‖ 31. Cn.] gn. *MR*, gnei *G* ‖ 32. atqui *R*, atque *MG*

ille, quod te audisse certo scio, pr. K. Ian., qua iniuria nemo umquam in aliquo magistratu improbissimus civis adfectus est, ea me consulem adfecit, cum rem p. conservassem, atque abeuntem magistratu contionis habendae potestate privavit: cuius iniuria mihi tamen honori summo fuit; nam, cum ille mihi nihil, nisi ut iurarem, permitteret, magna voce iuravi verissimum pulcherrimumque ius iurandum, quod populus idem magna voce me vere iurasse
8 iuravit. hac accepta tam insigni iniuria tamen illo ipso die misi ad Metellum communis amicos, qui agerent cum eo, ut de illa mente desisteret: quibus ille respondit sibi non esse integrum; etenim paulo ante in contione dixerat ei, qui in alios animum advertisset indicta causa, dicendi ipsi potestatem fieri non oportere. hominem gravem et civem egregium! qui, qua poena senatus consensu bonorum omnium eos adfecerat, qui urbem incendere et magistratus ac senatum trucidare, bellum maximum conflare voluissent, eadem dignum iudicaret eum, qui curiam caede, urbem incendiis, Italiam bello liberasset. itaque ego Metello, fratri tuo, praesenti restiti: nam in senatu K. Ianuariis sic cum eo de re p. disputavi, ut sentiret sibi cum viro forti et constanti esse pugnandum; a. d. tertium Non. Ian., cum agere coepisset, tertio quoque verbo orationis suae me appellabat, mihi minabatur, neque illi quicquam deliberatius fuit quam me, quacumque ratione posset, non iudicio neque disceptatione, sed vi atque impressione evertere. huius ego temeritati si virtute atque animo non restitissem, quis esset, qui me in consulatu non casu potius existimaret quam consilio
9 fortem fuisse? haec si tu Metellum cogitare de me nescisti, debes existimare te maximis de rebus a fratre esse celatum; sin autem aliquid impertivit tibi sui consilii, lenis a te et facilis existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem. et, si intellegis non me 'dicto Metelli', ut scribis, sed consilio eius animoque in me inimicissimo esse commotum, cognosce nunc humanitatem meam, si humanitas appellandast in acerbissima iniuria

---

1. certo scio *GR*, certo *M* (credo P^2 ς) ‖ 2. aliquo *R*, animo *MG*. intimo *vel* minimo *alii*. *de re v. Mommsen* '*r. Staatsr.*' I³ *p.* 625 ‖ 3. cum] qui *Pluygers* (*Mnemos.* IX. 1881. *p.* 115) ‖ 7. idem *MG*, id est, *ex notarum similitudine ortum potestque etiam G* idē *ita solvi*. *R*, item *alii* ‖ 11. paullo *R* ‖ qui in *GR*, quin *M* ‖ 11. 12. animadvertisset ς ‖ 12. dicendi] adiciendi Ω ‖ 13. egregium *GR*, aegrium *M* ‖ 15. <et> bellum *Wesenberg* ‖ 16. iudicarit *Wesenberg* qui — 17. liberasset] *cf. Cic. in Cat.* III 15 ‖ 17. ego *om. G* ‖ 21. 22. quicquam *R*, quisquam *MG* ‖ 22. deliberatius *M*, deliberarius *R*, deliberaturus *G* ‖ quacumque *R*, quicumque *MG* ‖ 24. uirtute *ex* -tem M^r ‖ restitissem *M*, restistissem *G*, restituissem *R* ‖ 28. et *om. R* ‖ 29. 30. intellegit *M* ‖ 32. appellandast *M*, appellanda sit *GR* ‖ aceruissima *M*

remissio animi ac dissolutio: nullast a me umquam sententia dicta in fratrem tuum: quotienscumque aliquid est actum, sedens eis adsensi, qui mihi lenissime sentire visi sunt. addam illud etiam, quod iam ego curare non debui, sed tamen fieri non moleste tuli atque etiam, ut ita fieret, pro mea parte adiuvi, ut senati consulto meus inimicus, quia tuus frater erat, sublevaretur. quare non ego 10 'oppugnavi' fratrem tuum, sed fratri tuo repugnavi, nec 'in te', ut scribis, 'animo' fui 'mobili', sed ita stabili, ut in mea erga te voluntate etiam desertus ab officiis tuis permanerem. atque hoc ipso tempore tibi paene minitanti nobis per litteras hoc rescribo atque respondeo: ego dolori tuo non solum ignosco, sed summam etiam laudem tribuo — meus enim me sensus, quanta vis fraterni sit amoris, admonet —: a te peto, ut tu quoque aequum te iudicem dolori meo praebeas: si acerbe, si crudeliter, si sine causa sum a tuis oppugnatus, ut statuas mihi non modo non cedendum, sed etiam tuo atque exercitus tui auxilio in eiusmodi causa utendum fuisse; ego te mihi semper amicum esse volui, me ut tibi amicissimum esse intellegeres, laboravi: maneo in voluntate et, quoad voles tu, permanebo citiusque amore tui fratrem tuum odisse desinam, quam illius odio quicquam de nostra benivolentia detraham.

III. (32.)

Q. METELLVS NEPOS S. D. M. CICERONI.

Hominis importunissimi contumeliae, quibus crebris contioni- 1 bus me onerat, tuis erga me officiis leniuntur et, ut sunt leves ab eiusmodi homine, a me despiciuntur, libenterque commutata persona te mihi fratris loco esse duco. de illo, ne meminisse quidem volo, 2 tametsi bis eum invitum servavi. de meis rebus, ne vobis multitudine litterarum molestior essem, ad Lollium perscripsi, de rationibus provinciae quid vellem fieri, ut is vos doceret et commonefaceret. si poteris, velim pristinam tuam erga me voluntatem conserves.

1. remissio animi *R*, remissio animo *M*, remisso animo *G* ‖ nulla est *GR* ‖ 2. eis] his *Ω*, iis *ς* ‖ 3. leuissime *R* ‖ 4. debui *MG*, potui *R* ‖ 5. mea *GR*, me *M* ‖ senati *M*, -tus *GR* ‖ 7. sed fratri — 8. mobili *om. G* ‖ 10. haec rescribo *Wesenberg* ‖ 16. tui *GR*, tu *M* ‖ utendum *GR*, ut est dum *M* ‖ 24. ab *om. R* ‖ 25. homine] homines *MR*, -i *G* ‖ 26. te *R*, a te *MG* ‖ ne *om. GR* nolo quidem meminisse *G* ‖ 27. bis *om. G* ‖ 27–28. multitudinem *M* ‖ 28. mollestior *M* ‖ nollium *R*

IV. (20.)

M. CICERO S. D. Q. METELLO COS.

1 Litterae Quinti fratris et T. Pomponii, necessarii mei, tantum spei dederant, ut in te non minus auxilii quam in tuo collega mihi constitutum fuerit; itaque ad te litteras statim misi, per quas, ut fortuna postulabat, et gratias tibi egi et de reliquo tempore auxilium petii. postea mihi non tam meorum litterae quam sermones eorum, qui hac iter faciebant, animum tuum inmutatum significa-
2 bant, quae res fecit, ut tibi litteris obstrepere non auderem. nunc mihi Quintus, frater meus, mitissimam tuam orationem, quam in senatu habuisses, perscripsit, qua inductus ad te scribere sum conatus et abs te, quantum tua fert voluntas, peto quaesoque, ut tuos mecum serves potius quam propter adrogantem crudelitatem tuorum me obpugnes. tu, tuas inimicitias ut rei p. donares, te vicisti, alienas ut contra rem p. confirmes, adduceris? quod si mihi tua clementia opem tuleris, omnibus in rebus me fore in tua potestate tibi confirmo; si mihi neque magistratum neque senatum neque populum auxiliari propter eam vim, quae me cum re p. vicit, licuerit, vide, ne, cum velis revocare tempus omnium reservandorum, cum, qui servetur, non erit, non possis.

V. (5.)

M. CICERO S. D. C. ANTONIO M. F. IMP.

1 Etsi statueram nullas ad te litteras mittere nisi commendaticias — non quo eas intellegerem satis aput te valere, sed ne eis, qui me rogarent, aliquid de nostra coniunctione imminutum esse ostenderem —, tamen, cum T. Pomponius, homo omnium meorum in te studiorum et officiorum maxime conscius, tui cupidus, nostri amantissimus, ad te proficisceretur, aliquid mihi scribendum putavi,

---

2. *inscriptionem om. G* ‖ 3. Quinti] q. *MG*, quae *R* ‖ mei *GR*, met *M* 6. et (*ante* gratias) *M*, ut R^{1}, *exp.* R^{2}, *om. G* ‖ 9. obsterpere *M* ‖ 10. quintus *G*, q *R*, que *M* ‖ 11. senatum *M* ‖ 12. feret *Wesenberg* ‖ 12. 13. tuos mecum (G^{2}, mecon G^{1}) serues *MG*, tu me conserues *R* ‖ 14. condonares *alii* ‖ 15. contram *M* ‖ 17. sin *alii* ‖ magistratus *alii, fort. recte: incertum tamen quo haec spectent, cum de huius epistulae tempore dubitari possit* (*v. G. Rauschen 'ephemer. Tull.' diss. Bonn.* 1886 *p.* 30 *sq.*) ‖ 19. vide ne] *locus difficilis idque eo magis quod qualis fuerit ad quam hic adluditur Metelli oratio, nescimus.* vide, ne tum velis r. t. o. serv., cum, ⟨quia⟩ qui *Madvig* (*'adv. crit.'* III *p.* 157). *equidem ne* reservandorum *quidem* — servandorum *vel* conservandorum *alii* — *temptare ausim* ‖ 20. non possis *om. G* ‖ 22. *inscriptionem om. G*, M. (*ante* Cicero) *om. R* ‖ 23. ad te *GR*, ate *M* ‖ 24. apud *GR* ‖ eis] his *Ω*, iis ς ‖ 25. immutatum *G* ‖ 27. cupidus] *cf. Wölfflin 'Comparation' p.* 55

praesertim cum aliter ipsi Pomponio satis facere non possem. ego 2 si abs te summa officia desiderem, mirum nemini videri debeat: omnia enim a me in te profecta sunt, quae ad tuum commodum, quae ad honorem, quae ad dignitatem pertinerent: pro his rebus nullam mihi abs te relatam esse gratiam tu es optimus testis, contra etiam esse aliquid abs te profectum ex multis audivi: nam 'comperisse' me non audeo dicere, ne forte id ipsum verbum ponam, quod abs te aiunt falso in me solere conferri; sed ea, quae ad me delata sunt, malo te ex Pomponio, cui non minus molesta fuerunt, quam ex meis litteris cognoscere. meus in te animus quam singulari officio fuerit, et senatus et p. R. testis est: tu quam gratus erga me fueris, ipse existimare potes: quantum mihi debeas, ceteri existimant. ego quae tua causa antea feci, voluntate sum adductus 3 posteaque constantia; sed reliqua, mihi crede, multo maius meum studium maioremque gravitatem et laborem desiderant: quae ego si non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustinebo; sin autem ingrata esse sentiam, non committam, ut tibi ipsi insanire videar. ea quae sint et cuiusmodi, poteris ex Pomponio cognoscere. atque ipsum tibi Pomponium ita commendo, ut, quamquam ipsius causa confido te facturum esse omnia, tamen abs te hoc petam, ut, si quid in te residet amoris erga me, id omne in Pomponi negotio ostendas: hoc mihi nihil gratius facere potes.

VI. (6.)

M. CICERO S. D. P. SESTIO L. F. PROQ.

Cum ad me Decius librarius venisset egissetque mecum, ut 1 operam darem, ne tibi hoc tempore succederetur, quamquam illum hominem frugi et tibi amicum existimabam, tamen, quod memoria tenebam, cuiusmodi ad me litteras antea misisses, non satis credidi homini prudenti, tam valde esse mutatam voluntatem tuam: sed, postea quam et Cornelia tua Terentiam convenit et ego cum Q. Cornelio locutus sum, adhibui diligentiam, quotiescumque senatus fuit, ut adessem, plurimumque in eo negotii habui, ut Q. Fufium, tr. pl., et ceteros, ad quos tu scripseras, cogerem mihi potius cre-

3. enim a me *GR*, enim me. 1 *litt. er.* *M* ‖ 8. quod abs te aiunt salse *Martyni-Laguna*, quo abs te aiunt falsa *Kayser* ‖ 11. gratus *R*, gratis *MG* 13. existiment *alii* ‖ 14. maius *MG*, amplius *R* ‖ mecum *M* ‖ 15. desierant *M* 17. sin *M*, si *GR* ‖ sentiam *M*¹, sententiam *Ω* ‖ ipsi *Ω*, ipse *alii* ‖ 22. nil *G* 24. *inscriptionem om.* *G* ‖ festio l. pro con. *R* ‖ 25. librarius *MR*, liberarius *G*, libertus tuus *alii* ‖ 29. prudenti] *verbum aliquod adfirmandi requirebat Orelli* repente *coni. H. A. Koch (progr. Putbus.* 1855 *p.* 3), *del. alii* ‖ 30. 31. cum Q.] cumque *MR*, cum quinto et *G* ‖ 32. ut Q.] utq· *M*, utque *R*, ut *G*

dere quam tuis litteris. omnino res tota in mensem Ianuarium
2 reiecta erat, sed facile obtinebatur. ego tua gratulatione commo-
tus, quod ad me pridem scripseras velle te bene evenire, quod de
Crasso domum emissem, emi eam ipsam domum |XXXV| aliquanto
post tuam gratulationem; itaque nunc me scito tantum habere aeris
alieni, ut cupiam coniurare, si quisquam recipiat, sed partim odio
inducti me excludunt et aperte vindicem coniurationis oderunt,
partim non credunt et a me insidias metuunt nec putant ei num-
mos desse posse, qui ex obsidione feneratores exemerit. † omni
semissibus magna copia est, ego autem meis rebus gestis hoc sum
3 adsecutus, ut bonum nomen existimer. domum tuam atque aedi-
ficationem omnem perspexi et vementer probavi. Antonium, etsi
eius in me officia omnes desiderant, tamen in senatu gravissime
ac diligentissime defendi senatumque vementer oratione mea atque
auctoritate commovi. tu ad me velim litteras crebrius mittas.

VII. (4.)

M. TVLLIVS M. F. CICERO S. D. CN. POMPEIO CN. F. MAGNO IMPERATORI.

1 S. t. e. q. v. b. e. ex litteris tuis, quas publice misisti, cepi
una cum omnibus incredibilem voluptatem; tantam enim spem otii
ostendisti, quam ego semper omnibus te uno fretus pollicebar; sed
hoc scito, tuos veteres hostis, novos amicos vehementer litteris
2 perculsos atque ex magna spe deturbatos iacere. ad me autem
litteras quas misisti, quamquam exiguam significationem tuae erga
me voluntatis habebant, tamen mihi scito iucundas fuisse; nulla
enim re tam laetari soleo quam meorum officiorum conscientia,
quibus si quando non mutue respondetur, apud me plus officii
residere facillime patior: illud non dubito, quin, si te mea summa

2. obtinebitur *Pluygers* (*Mnemos.* XI. 1862. *p.* 290), *inutiliter. cf. W. Sternkopf* '*Cic. Corresp.* 68—60' *pr. Elberfeld.* 1889 *p.* 14 ‖ 3. bene *om. G* ‖ evenire] uenire *Ω* ‖ 4. *post alt.* domum 3—4 *litt. spat. in fine vs. M.* HS. *supplebat Martyni-Laguna* ‖ XXXV *scripsi* (*cf. Marquardt* '*roem. Staatsverw.*' II² *p.* 40, *Hultsch* '*griech. u. roem. Metrol.*'² *p.* 296), XXXV *Ω*, sestertio tricies quinquies *Wesenberg* ‖ aliquando *G* ‖ 5. post tuam *GR*, postuam *M* ‖ scito me *G* ‖ 7. et *GR*, ea *M* ‖ 8. partim ⟨mihi⟩ non *Wesenberg* ‖ a me *om. R* ‖ 9. deesse *GR* omni *M*, omnis *GR*, omnino ς, bonis (*i. e. locupletibus hominibus*) *I. F. Gronovius* ('*observ.*' IV *cap.* 9). *an* sumendi, *quod suspensum sit a* copia? *ad* semissibus sumere *cf. Plaut. Asin.* 248: 'sumam fenore', pecuniam *omisit Cicero etiam p. Flacc.* 46: 'sumpsit a Fufiis' ‖ 10. semissibus *om. G* ‖ est *om. R* ‖ 12. et 14. uehementer *GR* ‖ 17. gn. pompeio gn. *MR*, gneo pompeio cneo *G* ‖ 19. ex litt. t.] *cf. Sternkopf mus. Rhen.* 47. 1892. *p.* 470 *sq.* ‖ 21. quam *Ω*, quantam ς, *bene* (*cf. Meutzner ann. phil. a.* 1864 *p.* 156) ‖ 22. ueteris *Ω* ‖ 23. percussos *R*

erga te studia parum mihi adiunxerint, res p. nos inter nos conciliatura coniuncturaque sit. ac, ne ignores, quid ego in tuis litteris 3
desiderarim, scribam aperte, sicut et mea natura et nostra amicitia postulat: res eas gessi, quarum aliquam in tuis litteris et nostrae necessitudinis et rei p. causa gratulationem exspectavi, quam ego abs te praetermissam esse arbitror, quod verebare, ne cuius animum offenderes: sed scito ea, quae nos pro salute patriae gessimus, orbis terrae iudicio ac testimonio comprobari, quae, cum veneris, tanto consilio tantaque animi magnitudine a me gesta esse cognosces, ut tibi multo maiorei, quam Africanus fuit, †ame non multo minorem quam Laelium facile et in re p. et in amicitia adiunctum esse patiare.

VIII. (43.)

M. CICERO M. LICINIO P. F. CRASSO.

Quantum †ad meum studium exstiterit dignitatis tuae vel 1
tuendae vel etiam augendae, non dubito quin ad te omnes tui scripserint; non enim fuit aut mediocre aut obscurum aut eiusmodi, quod silentio posset praeteriri: nam et cum consulibus et cum multis consularibus tanta contentione decertavi, quanta numquam antea ulla in causa, suscepique mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis veterique nostrae necessitudini iamdiu debitum, sed multa varietate temporum interruptum officium cumulate reddidi. neque mehercule umquam mihi tui aut colendi aut 2
ornandi voluntas defuit; sed quaedam pestes hominum laude aliena dolentium et te nonnumquam a me alienarunt et me aliquando immutarunt tibi. sed extitit tempus optatum mihi magis quam speratum, ut florentissumis tuis rebus mea perspici posset et memoria nostrae voluntatis et amicitiae fides; sum enim consecutus

1. adiunxerunt *alii* ‖ 1. 2. conciliatur *MR* ‖ 2. adconiunctura quae sit *R* ‖ 4. et nostrae *M*, nostrae *GR* ‖ 6. uerebare *GR* (*ex* ueuerebare *G*[1]), uerere *M*, uererere *alii, haud bella forma* (*cf.* Wölfflin '*Arch. f. lat. Lexicogr.*' IV *p.* 1 *sq.*) ‖ 7. eaque nos *M* ‖ 9. esse *om. G* ‖ 10. tibi] mihi *R* ‖ multo] ne multo *G* ‖ maiorei — multo *om. GR* ‖ maiorei *scripsi* (*cf. ind. C. I. L.* I *p.* 603), maiore *M*, -ri ς ‖ ame *M*, me *vel* iam me *vel* tamen *corrigunt* ‖ 11. minore Ω ‖ 14. crasso s. d. *G*. ⟨S. D.⟩ M. Licinio *Wesenberg* ‖ 15. ad meum] a. d. . . . meum *Klotz*, *et Krauss* ('*em. Cic. ep.*' *p.* 24 *sq.*), absente te meum *Wesenberg*, ⟨incrementum⟩ ad meum *Lehmann* ('*Iahresb. d. phil. Ver.*' XIV. 1888. *p.* 256), meum *alii*. *Klotzii ratio ut non est improbabilis, tamen nescio an praeferendum sit* quantum eid. (*vel* id.) meum. *Idibus ut saepe senatus est habitus* (*v.* *Willems* '*le sénat*' II *p.* 150), *haberi potuit etiam a.* 700 *vel Idibus Ianuariis, in quo mense epistulam ponit Rauchen* ('*ephem. Tullian.*' *p.* 51 *sq.*) *vel Sextilibus, quem mensem etiamnunc tenet Koerner* ‖ 19. quantum *R* ‖ 20. in *om. R* ‖ suscepi qua mihi *GR* ‖ 25. dolentium *GR*, dolentium hominum *M* ‖ 27. ut *om. G*[1] ‖ florentissimis *GR* ‖ posset *R*, potest *MG*

non modo ut domus tua tota, sed ut cuncta civitas me tibi ami-
cissimum esse cognosceret. itaque et praestantissima omnium fe-
minarum, uxor tua, et eximia pietate, virtute, gratia tui Crassi
meis consiliis, monitis, studiis actionibusque nituntur et senatus
populusque R. intellegit tibi absenti nihil esse tam promptum aut
tam paratum quam in omnibus rebus, quae ad te pertineant,
3 operam curam, diligentiam auctoritatem meam. quae sint acta
quaeque agantur, domesticorum tibi litteris declarari puto: de me
sic existimes ac tibi persuadeas vementer velim, non me repentina
aliqua voluntate aut fortuito ad tuam amplitudinem meis officiis
amplectendam incidisse, sed, ut primum forum attigerim, spectasse
semper, ut tibi possem quam maxime esse coniunctus; quo quidem
ex tempore memoria teneo neque meam tibi observantiam neque
mihi tuam summam benivolentiam ac liberalitatem defuisse. si
quae interciderunt non tam re quam suspicione violata, ea, cum
fuerint et falsa et inania, sint evulsa ex omni memoria vitaque
nostra; is enim tu vir es et eum me esse cupio, ut, quoniam in
eadem rei p. tempora incidimus, coniunctionem amicitiamque no-
4 stram utrique nostrum laudi sperem fore. quamobrem tu, quantum
tuo iudicio tribuendum esse nobis putes, statues ipse et, ut spero,
statues ex nostra dignitate, ego vero tibi profiteor atque polliceor
eximium et singulare meum studium in omni genere officii, quod
ad honestatem et gloriam tuam spectet. in quo, etiamsi multi
mecum contendent, tamen cum reliquis omnibus, tum Crassis tuis
iudicibus omnes facile superabo; quos quidem ego ambo unice
diligo, † sed in Marco benevolentiam pari hoc magis sum Publio
deditus, quod me, quamquam a pueritia sua semper, tamen hoc
tempore maxime sicut alterum parentem et observat et diligit.
5 has litteras velim existimes foederis habituras esse vim, non epi-
stulae, meque ea, quae tibi promitto ac recipio, sanctissume esse
observaturum diligentissumeque esse facturum: quae a me suscepta
defensio est te absente dignitatis tuae, in ea iam ego non solum

3. eximia *GR*, existimia *M* ‖ 4. consiliis monitis *om. R* ‖ studiis *bis scriptum in M* ‖ nituntur] *cf. de off.* I, 34, 122: 'quorum consilio atque auctoritate nitatur' *al.* utuntur *post alios Cobet* (*Mnemos.* VIII. 1880. *p.* 185) ‖ 5. nil *G* 9. uehementer *GR* ‖ 14. 15. si qua *G* ‖ 15. inciderunt *alii* ‖ ea cum *om. R* 18. re p. *GR* ‖ 20. esse *om. R* ‖ 22. exium *pro* eximium *M* ‖ 24. contendunt *G* 25. ego *M*, *et ex* ago *R*[1], *om. G* ‖ 26. in Marco benevolentiam pari] in Marcum benevolentia pari *Orelli*, *bene* (*cf. Nägelsbach-Müller* '*lat. Stil.*' *p.* 385[8]), in Marco benevolentia impari *alii*, sed [in Marcum] benevolentia non pari: hoc ⟨enim⟩ magis *Streicher p.* 201 (*potuit facilius:* sed in [Marco] benevolentia pari hoc magis, *neque tamen unde* Marco *venerit patet*) ‖ 30. sanctissime *GR* esse *om. R* ‖ 31. diligentissimeque *G*, dignentissimeque *R*

amicitiae nostrae, sed etiam constantiae causa permanebo. quamobrem satis esse hoc tempore arbitratus sum hoc ad te scribere: me, si quid ipse intellegerem aut ad voluntatem aut ad commodum aut ad amplitudinem tuam pertinere, mea sponte id esse facturum: sin autem quippiam aut a te essem admonitus aut a tuis, effecturum, ut intellegeres nihil neque te scripsisse neque quemquam tuorum frustra ad me detulisse. quamobrem velim ita et ipse ad me scribas de omnibus, minimis maximis mediocribus, rebus, ut ad hominem amicissimum, et tuis praecipias, ut opera consilio, auctoritate gratia mea sic utantur in omnibus, publicis privatis, forensibus domesticis, tuis amicorum hospitum clientium tuorum, negotiis, ut, quod eius fieri possit, praesentiae tuae desiderium meo labore minuatur.

IX. (299.)

VATINIVS IMP. CICERONI SVO S.

S. v. b. e. e. v. si tuam consuetudinem in patrociniis tuendis 1
servas, P. Vatinius cliens advenit, qui pro se causam dicier vult: non, puto, repudiabis in honore, quem in periculo recepisti. ego autem quem potius adoptem aut invocem quam illum, quo defendente vincere didici? an verear, ne, qui potentissimorum hominum conspirationem neglexerit pro mea salute, is pro honore meo pusillorum ac malevolorum optrectationes et invidias non prosternat atque opterat? quare, si me, sicut soles, amas, suscipe meme totum atque hoc, quicquid est oneris ac muneris, pro mea dignitate tibi tuendum ac sustinendum puta. scis meam fortunam nescio quo modo facile obtrectatores invenire, non meo quidem mehercules merito, sed quanti id refert, si tamen fato nescio quo accidit? si qui forte fuerit, qui nostrae dignitati obesse velit, peto a te, ut tuam consuetudinem et liberalitatem in me absente defendendo mihi praestes. litteras ad senatum de rebus nostris gestis, quo exemplo miseram, infra tibi perscripsi. dicitur mihi tuus servus 2
anagnostes fugitivus cum Vardaeis esse; de quo tu mihi nihil mandasti, ego tamen, terra marique ut conquireretur, praemandavi, et

4. mea *om.* *R* ‖ 9. 10. gratia auctoritate *R* ‖ 12. quod] quoad ς ‖ eius *M*, eis *GR* ‖ meo *GR*, eo *M* ‖ 15. *inscriptionem om.* *G* ‖ 16 *sq de Vatinii genere dicendi v. I. H. Schmalz pr. gymn. Mannheim. a.* 1881, *de rebus gestis G. Zippel* '*d. roem. Herrschaft in Illyrien*' *Lips.* 1877 *p.* 206 *sq.* ‖ 16. s. u. b. e. u. *R*, *om.* *G* ‖ 20. uincere *ex corr.* *R*[1], uinces *G* ‖ 22. non — 24. muneris *R*[2] *in mg.* ‖ 22. prosternast *M* ‖ 23. si me *om.* *G* ‖ meme *M*, me *GR* ‖ 24. oneris *M*, honoris *GR* ‖ 25. sustinendum *GR*, subtinendum *M* ‖ 26 mehercule *GR* ‖ 27. 28. si quis ς ‖ 30. quo *R*, quod *MG* ‖ 32. anagnostes *M*, ante annos III. *GR*

profecto tibi illum reperiam, nisi si in Delmatiam aufugerit, et inde tamen aliquando eruam. tu nos fac ames. vale. a. d. V Id. Quinctiles ex castris, Narona.

X[a]. (318.)

VATINIVS CICERONI SVO S.

1 S. v. b. e. e. q. v. de Dionysio tuo adhuc nihil extrico, et eo minus, quod me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hic refrigeravit; sed tamen non desistam, quin illum aliquando eruam. sed tamen omnia mi dura imperas: de Catilio nescio quid ad me scripsisti deprecationis diligentissumae. apage te cum nostro Sex. Servilio — nam mercule ego quoque illum amo —; sed huiuscemodi vos clientes, huiusmodi causas recipitis? hominem unum omnium crudelissimum, qui tot ingenuos, matresfamilias, civis R. occidit, abripuit, disperdidit, regiones vastavit? simius, non semissis
2 homo, contra me arma tulit, et eum bello cepi. sed tamen, mi Cicero, quid facere possum? omnia mercule cupio, quae tu mi imperas; meam animadversionem et supplicium, quo usurus eram in eum, quem cepissem, remitto tibi et condono: quid illis respondere possum, † qui sua bona direpta, navis expugnatas, fratres, liberos, parentes occisos actiones expostulant? si mercules Appi os haberem, in cuius locum suffectus sum, tamen hoc sustinere non possem. 'quid ergo est?' faciam omnia sedulo, quae te sciam velle. defenditur a Q. Volusio, tuo discipulo, si forte ea res poterit ad-
3 versarios fugare; in eo maxima spes est. nos, si quid erit istic opus, defendes: Caesar adhuc mi iniuriam facit; de meis supplicationibus et rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert, quasi vero non iustissimi triumphi in Dalmatia res gesserim! nam, si hoc

---

1. si *om. G* ‖ delmatiam *M*, dalm. *G*, alm. *R*. *cf. Mommsen C. I. L.* III, 1 *p.* 280 ‖ 2. a. d. V Id.] l. d. V l. d. *Ω* ‖ 3. narbona *G* ‖ 6. e. e.] e *G* ‖ dyonionisio *M*, dionisio *GR* ‖ 8. alicunde *Boot* ('*obs.*' *p.* 10) ‖ 9. mihi ς ‖ catilio *M*, catilino *G*, caltilio *R* ‖ 10. deprecationes *GR* ‖ diligentissime *G*, digestissimae *R* ‖ apage te *M*, ea peragite *GR* (i *R*[1] *ex* e) ‖ 11. mehercule *GR* ‖ 12. huiuscemodi causas *R* ‖ hominem *ex* hominun *M*[1] ‖ 13. omnium *ex* homnium *M*[1] ‖ patresfamilias *G* ‖ 14. arripuit ς ‖ ⟨tot⟩ regiones *Lambinus* ‖ simius *M*, semius *R*, seminis *G* ‖ 15. bello] *incipit folium Hamburgense (I) ap. Islerum ann. philol. t.* 75 (*a.* 1857) *p.* 289 *sq. saec.* XII *ex., ut mihi risum. excussi ipse quoque* ‖ cepit *ΩI* ‖ 16. possim *I* ‖ mercule *M*, mehercule *GRI* ‖ quod cupio *I* ‖ mihi ς ‖ 19. sua bona] ob bona *vel* sua ⟨ob⟩ bona *vel* ⟨ob⟩ sua bona *corrigunt. contra Orellio in* actiones *latere* a Catilio *videbatur.* actione ς. *cf. Schmalz p.* 15 ‖ 20. mercules *M*, mehercules *I*, mehercule *GR* ‖ 20. 21. Appi os] appios *MI*[1], appii os *I*[2], appium *GR* ‖ 21. suffectus] effectus *ΩI*. *de auguratu verba accipit Mommsen* ('*roem. Forsch.*' I[2] *p.* 81) ‖ substinere *I* ‖ 22. facta omnia *G*, *om. R* ‖ 23. ualusio *I* ‖ 24. maxime *I* ‖ 25. ⟨tu⟩ defendes *Wesenberg* ‖ mihi ς ‖ 26. rebus *om. R* ‖ gesticis *M* ‖ vero *om. R*

expectandumst, dum totum bellum conficiam. viginti oppida sunt Dalmatiae antiqua, quae ipsi sibi adsciverunt amplius sexaginta: haec nisi omnia expugno, si mihi supplicationes non decernuntur, longe alia condicione ego sum ac ceteri imperatores. * * * *

Xᵇ. (314.)

* * * * ego post supplicationes mihi decretas in Dalmatiam profectus sum: sex oppida vi oppugnando cepi, unum hoc, quod erat maximum, quater a me iam captum: quattuor enim turris et quattuor muros cepi et arcem eorum totam, ex qua me nives, frigora, imbres detruserunt, indigneque, mi Cicero, oppidum captum et bellum confectum relinquere sum coactus. quare te rogo, si opus erit, ad Caesarem meam causam agas meque tibi in omnis partis defendendum putes hoc existimans, neminem te tui amantiorem habere. vale. d. N. Decem., Narona.

XI. (312.)

M. CICERO VATINIO IMP. S.

Grata tibi mea esse officia non miror; cognovi enim te gratissimum omnium, idque numquam destiti praedicare; nec enim tu 1
mihi habuisti modo gratiam, verum etiam cumulatissime rettulisti: quamobrem reliquis tuis rebus omnibus pari me studio erga te et eadem voluntate cognosces. quod mihi feminam primariam, Pom- 2
peiam, uxorem tuam, commendas, cum Sura nostro statim tuis litteris lectis locutus sum, ut ei meis verbis diceret, ut, quicquid opus esset, mihi denuntiaret; me omnia, quae ea vellet, summo studio curaque facturum: itaque faciam eamque, si opus esse videbitur, ipse conveniam; tu tamen ei velim scribas, ut nullam rem neque tam magnam neque tam parvam putet, quae mihi aut difficilis aut parum me digna videatur: omnia, quae in tuis rebus agam, et non laboriosa mihi et honesta videbuntur. de Dionysio, 3

1. exspectandum (-am *R*) est *GR*, e. sit *I* ‖ opida *GRI* ‖ 4. *post* imperatores *defectus signa posuit Wesenberg itemque ante proximi epistolii initium* ‖ 6. ego] *priori epistulae hanc adiungunt Ω I* ‖ 7. sex *ex* sed *I²* ‖ oppida vi] oppida in *R*, in *G* ‖ oppugnando] pugnando *Cobet* (*Mnem.* VIII. 1880. *p.* 185), *quae sane est locutio communis. c. tamen Schmalz p.* 23 ‖ unum hoc] *deesse quinque oppidorum nomina sextique nomen* Ulcinium (*debebat* Olcinium) *latere in* unum *et sibi et aliis persuasit Martyni-Laguna. si quid mutandum sit, cum Weiskio in* hoc *quaeram* Docleae (*Ptol* II, 16, 12) *oppidi vel* Docleatium *populi* (*C. I. L.* III 1705, *Plin. n. h.* III, 143) *nomen* ‖ 8. iam a me *G* ‖ 12. causam meam *I*, *ut vid.* (*eranida haec*) ‖ 14. narbona *G* ‖ 16. 17. sal. ut grata *M I* ‖ 17. mea esse officia *MR*, e. m. o. *G*, o. m. e. *I* ‖ 19. gratias *I* ‖ cumulantissime *I* 20. ⟨in⟩ reliquis *Martyni-Laguna* ‖ rebus *om. G* ‖ 23. ei *R*, et *MGI* ‖ 24. ea *multis suspectum* ‖ 29. mihi *om. I* ‖ dyonisio *M*, dionisio *GRI*

si me amas, confice: quamcumque ei fidem dederis, praestabo; si vero improbus fuerit, ut est, duces eum captivum in triumpho. Delmatis di male faciant, qui tibi molesti sunt! sed, ut scribis, brevi capientur et inlustrabunt res tuas gestas; semper enim habiti sunt bellicosi.

XII. (30.)

M. CICERO S. D. L. LVCCEIO Q. F.

1 Coram me tecum eadem haec agere saepe conantem deterruit pudor quidam paene subrusticus, quae nunc expromam absens audacius, epistola enim non erubescit. ardeo cupiditate incredibili neque, ut ego arbitror, reprendenda, nomen ut nostrum scriptis inlustretur et celebretur tuis; quod etsi mihi saepe ostendis te esse facturum, tamen ignoscas velim huic festinationi meae; genus enim scriptorum tuorum etsi erat semper a me vementer exspectatum, tamen vicit opinionem meam meque ita vel cepit vel incendit, ut cuperem quam celerrume res nostras monimentis commendari tuis; neque enim me solum commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit, sed etiam illa cupiditas, ut vel auctoritate testimonii tui vel indicio benevolentiae vel suavitate ingenii vivi
2 perfruamur. neque tamen, haec cum scribebam, eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum et iam institutarum; sed, quia videbam Italici belli et civilis historiam iam a te paene esse perfectam, dixeras autem mihi te reliquas res ordiri, desse mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares, coniunctene malles cum reliquis rebus nostra contexere an, ut multi Graeci fecerunt, Callisthenes †Troicum bellum, Timaeus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes a perpetuis suis historiis ea, quae dixi, bella separaverunt, tu quoque item civilem coniurationem ab hostilibus externisque bellis seiungeres. equidem ad nostram laudem non multum video interesse, sed ad properationem meam quiddam interest

1. amas me *R* ‖ quantumque *I* ‖ 2. improbos *I* ‖ captivum *Ω*, captum *I*, *del. alii* ‖ 3. delmatis *M*, dalmatis *GI*, de dalmatis *R* ‖ di *M*, dii *I*, *om. GR* tibi *om. R* ‖ 5. bellicosi uale *I* ‖ 7. lucceio *M*, luceio *GRI* ‖ 11. reprehendenda *GR* ‖ 12. ostendisti te *Ernesti* ‖ 14. uehementer *GRI* ‖ exispectatum *M* ‖ 16. celerrime *GR*, *de I res dubia* ‖ 17. ac spes quaedam *F. Hofmann* ‖ 18. sed ⟨incendit⟩ etiam *Baiter* ‖ 19. suauitate, auitate *in ras.* M^c, *ut vid.* (*non in P*), *in mg.* M^r auitate ‖ uiui *MI*, tui *GR* ‖ 21. honeribus *R*, *et primitus M* premere *GR* ‖ 23. deesse *GRI* ‖ 24. *in* admonerem *desinit I* ‖ cogitare *M*

25. nostra] nostras *Lambinus* ‖ 26. callistenes *GR* ‖ troicum *Ω* (ticum *GR*), Phocicum *Westermann* (*v. Geier 'script. rer. Alex. M.' p.* 211 *sq.*), *vere, ut vid.*, Phocium *Wesenberg* ‖ polibius *Ω* ‖ 29. se iungeres equidem *GR*, seiungere se quidem *M*, seiungere equidem *alii* ‖ ad *GR*, ut *M* ‖ laudem nostram *G* ‖ 30. interest *om. R*

non te exspectare, dum ad locum venias, ac statim causam
illam totam et tempus arripere, et simul, si uno in argumento
unaque in persona mens tua tota versabitur, cerno iam animo,
quanto omnia uberiora atque ornatiora futura sint. neque tamen
ignoro, quam inpudenter faciam, qui primum tibi tantum oneris
imponam — potest enim mihi denegare occupatio tua —, deinde
etiam, ut ornes me, postulem. quid, si illa tibi non tanto opere
videntur ornanda? sed tamen, qui semel verecundiae finis trans- 3
ierit, eum bene et naviter oportet esse impudentem. itaque te
plane etiam atque etiam rogo, ut et ornes ea vementius etiam,
quam fortasse sentis, et in eo leges historiae neglegas gratiamque
illam, de qua suavissume quodam in prohoemio scripsisti, a qua
te †effecti non magis potuisse demonstras quam Herculem Xeno-
phontium illum a Voluptate, eam, si me tibi vementius commen-
dabit, ne aspernere amorique nostro pluscululum etiam, quam con-
cedet veritas, largiare. quod si te adducemus, ut hoc suscipias,
erit, ut mihi persuadeo, materies digna facultate et copia tua;
a principio enim coniurationis usque ad reditum nostrum videtur 4
mihi modicum quoddam corpus confici posse, in quo et illa poteris
uti civilium commutationum scientia vel in explicandis causis rerum
novarum vel in remediis incommodorum, cum et reprehendes ea,
quae vituperanda duces, et, quae placebunt, exponendis rationibus
comprobabis, et, si liberius, ut consuesti, agendum putabis, multo-
rum in nos perfidiam, insidias, proditionem notabis. multam etiam
casus nostri varietatem tibi in scribendo suppeditabunt plenam
cuiusdam voluptatis, quae vementer animos hominum in legendo,
te scriptore, tenere possit; nihil est enim aptius ad delectationem
lectoris quam temporum varietates fortunaeque vicissitudines: quae
etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen
erunt iucundae, habet enim praeteriti doloris secura recordatio de-
lectationem; ceteris vero nulla perfunctis propria molestia, casus 5

1. uenies *R* ‖ 2. uno argumento *R* ‖ 5. inprudenter *Ω* ‖ 7. me] mea *Lambinus* ‖ tantopere *GR* ‖ 9. eum *om. R* ‖ et *suspectum Orellio. cf. Wölfflin* '*Arch. f. lat. Lex.*' I *p.* 95 ‖ gnauiter *ex* nauiter *R*[1] ‖ 10. et ornes *M*, ornes *GR* ‖ 12. suauissime *R*, plenissime *G* ‖ prohoemio *M*, praemio *GR*, prooemio ς ‖ 13. effecti *M*, deflecti *G*, deflectum *R*. flecti *Victorius*, *recte puto*, affici ς ‖ demonstrans *M*, demonstramus *GR* ‖ 13. 14. xenopontium (-ienm *G*) *MG*, *quod recipere dubitavi. cf. Mommsen Herm.* XIV *p.* 66 *sq.* ‖ 14. uehementius *GR* ‖ 19. mihi non modicum *R* ‖ quodam *M* ‖ et in quo illa *G* ‖ 21. in ⟨expromendis⟩ rem. *Pluygers*, in ⟨promendis⟩ rem. *Boot* ('*obs.*' *p.* 10) ‖ 26. uehementer *GR* ‖ 26. 27. in legendo te scriptore (-rem *G*) tenere *GR*, *quod quamvis non omni ex parte placeat* — in scribendo *enim verba supervacanea videri possunt* —, *recepi*, te *del. Martyni-Laguna et Streicher* (*p.* 170), in legem dote scripto retinere *M*, in legendo tuo (*hoc v. om. alii*) scripto ret. *Orelli*, in legendo retinere *suasit Graevius* ‖ 30. secura *om. GR*

autem alienos sine ullo dolore intuentibus etiam ipsa misericordia est iucunda. quem enim nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat? qui tum denique sibi evelli iubet spiculum, postea quam ei percontanti dictum est clipeum esse salvum, ut etiam in vulneris dolore aequo animo cum laude moreretur. †cuius studium in legendo non erectum Themistocli fuga redituque retinetur? etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet quasi enumeratione fastorum: at viri saepe excellentis ancipites variique casus habent admirationem exspectationem, laetitiam molestiam, spem timorem; si vero exitu notabili
6 concluduntur, expletur animus iucundissima lectionis voluptate. quo mihi acciderit optatius, si in hac sententia fueris, ut a continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam conplecteris, secernas hanc quasi fabulam rerum eventorumque nostrorum; habet enim varios actus multasque actiones et consiliorum et temporum. ac non vereor, ne adsentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar, quom hoc demonstrem, me a te potissimum ornari celebrarique velle; neque enim tu is es, qui, quid sis nescias et qui non eos magis, qui te non admirentur, invidos quam eos, qui laudent, adsentatores arbitrere, neque autem ego sum ita demens, ut me sempiternae gloriae per eum commendari velim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenii gloriam
7 consequatur. neque enim Alexander ille gratiae causa ab Apelle potissimum pingi et a Lysippo fingi volebat, sed quod illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriae fore putabat. atque illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant; quae vel si nulla sint, nihilo sint tamen obscuriores clari viri, †nec minus est spatiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam neque fictam

---

3. cum *ex* qum M^1 ‖ commiseratione *R* ‖ qui tum] quintum *Ω* ‖ 4. evelli *Kayser*, auelli *Ω*. *cf. Wölfflin Herm.* XXII *p.* 493 ‖ percontenti (*sic*) *R*, percuntanti *G*, percunctanti *M* ‖ 5. aequo ς, aeque *M*, atque *GR* ‖ 7. fugam reditumque *GR* ‖ redituque] interituque *vel* exituque *alii*, Themist. ⟨exilio aut Alcibiadis⟩ fuga redituque *Schütz*, Th. ⟨fuga, Coriolani⟩ fuga redituque *Tyrrell*, reditusque spe tenetur *Boot* (*ad Cic. ad Att.* IV, 6, 4) ‖ annalium M^c, *et* G^1 *ex* annulium, *ut vid.*, an alium M^1R ‖ 10. notabili *G*, uotabili *MR* ‖ 11. concluduntur *ex* excl. M^1, excl. *GR* ‖ 12. optatius — continentibus *om. G* hac *R*, haec *M* ‖ 13. in quibus] quibus *Frotscher et Boot* (*l. d.*) ‖ 15. multasque actiones *cum Schmalzio* (*Antibarb. Krebs.* II^6 *p.* 491) *contra Madvigii* mutationesque *tenui* ‖ 16. quaddam *M* ‖ 17. quom] quam *Ω*, cum ς ‖ 18. qui quid ς, quicquid *GR*, quid *M*, qui qui *alii* ‖ 20. laudant *G* ‖ 25. atqui *alii* 27. 28. spatiates *Ω*, spartiates ς ‖ 28. hagesilaus *M* ‖ ille perhibendus] celeber habendus *Wölfflin* (*Herm.* XXII *p.* 493), *ubi tamen offendit* celeber *voc.* (*cf. ann. phil.* 1891 *p.* 74). *potest autem etiam in* spatiates *sedes mali quaeri, ut lateat* superstes *vel tale quid* (spectabilis *Schmalz*). superstes perhibendus *ut ad poetarum sermonem accedat, a totius loci colore non videtur abhorrere* ‖ fictam] fictam tam *Ω*

imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt; unus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omnes imagines omnium statuasque superavit. atque hoc praestantius mihi fuerit et ad laetitiam animi et ad memoriae dignitatem, si in tua scripta pervenero, quam si in ceterorum, quod non ingenium mihi solum suppeditatum fuerit tuum, sicut Timoleonti a Timaeo aut ab Herodoto Themistocli, sed etiam auctoritas clarissimi et spectatissimi viri et in rei p. maximis gravissimisque causis cogniti atque in primis probati, ut mihi non solum praeconium, quod, cum in Sigeum venisset, Alexander ab Homero Achilli tributum esse dixit, sed etiam grave testimonium impertitum clari hominis magnique videatur; placet enim Hector ille mihi Naevianus, qui non tantum 'laudari' se laetatur, sed addit etiam 'a laudato viro'. quod 8
si a te non impetro, hoc est, si quae te res impedierit — neque enim fas esse arbitror quicquam me rogantem abs te non impetrare —, cogar fortasse facere, quod nonnulli saepe reprehendunt: scribam ipse de me, multorum tamen exemplo et clarorum virorum; sed, quod te non fugit, haec sunt in hoc genere vitia: et verecundius ipsi de sese scribant necesse est, si quid est laudandum, et praetereant, si quid reprendendum est; accedit etiam, ut minor sit fides, minor auctoritas, multi denique reprendant et dicant verecundiores esse praecones ludorum gymnicorum, qui cum ceteris coronas imposuerint victoribus eorumque nomina magna voce pronuntiarint, cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium praeconem adhibeant, ne sua voce se ipsi victores esse praedicent. haec nos vitare cupimus et, si recipis causam nostram, 9
vitabimus, idque ut facias, rogamus. ac, ne forte mirere, cur, cum mihi saepe ostenderis te accuratissime nostrorum temporum consilia atque eventus litteris mandaturum, a te id nunc tanto opere et tam multis verbis petamus, illa nos cupiditas incendit, de qua initio scripsi, festinationis, quod alacres animo sumus, ut et ceteri viventibus nobis ex libris tuis nos cognoscant et nosmet ipsi vivi

1. quam — laborarunt *del. Boot l. d.* ‖ 3. hoc *om. G* ‖ 4. fuerit et *MG*, fuerit *R* ‖ 6. fueri tuum *M* ‖ teimaeo *M* ‖ 9. imprimis *M* ‖ praeconium *cet.*] *cf. L. Sternbach Wiener Studien X p.* 4 ‖ 10. Sigeum] sigetum Ω ‖ 11. impertiti *GR* ‖ 12. haector *M* ‖ Naevianus] *cf. Ribbeck fr. trag. Rom.*[2] *p.* 8 ‖ 13. addit *M*, addidit *GR* ‖ 14. impetraro *Wesenberg* ‖ quae *M*, qua *GR* ‖ 15. quicquam] quicum Ω ‖ abs te ⟨non impedito⟩ *Lehmann* (*p.* 53), *iniuria* ‖ 16. reprehendunt] reprehenderunt ς. *si quid mutandum sit, malim* severe *pro* saepe 17. et *om. R* ‖ 19. ipse de se *R* ‖ si quid] si quod Ω ‖ 20. reprehendendum *GR* ‖ 21. denique *M*, etiam *GR* ‖ reprehendant *GR* ‖ 23. uoce magna *R* 27. mirere *R*, merere *M*, meres *G* ‖ 29. tantopere *GR* ‖ 31. scribsi *M* ‖ ut et *M*, ut *GR*

10 gloriola nostra perfruamur. his de rebus quid acturus sis, si tibi non est molestum, rescribas mihi velim; si enim suscipis causam, conficiam commentarios rerum omnium, sin autem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar. tu interea non cessabis et ea, quae habes instituta, perpolies nosque diliges.

XIII. (290.)

M. CICERO S. D. L. LVCCEIO Q. F.

1 Quamquam ipsa consolatio litterarum tuarum mihi gratissima est — declarat enim summam benevolentiam coniunctam pari prudentia —, tamen illum fructum ex eis litteris vel maximum cepi, quod te praeclare res humanas contemnentem et optume contra fortunam paratum armatumque cognovi; quam quidem laudem sapientiae statuo esse maximam, non aliunde pendere nec extrinsecus
2 aut bene aut male vivendi suspensas habere rationes. quae cogitatio cum mihi non omnino excidisset — etenim penitus insederat —, vi tamen tempestatum et concursu calamitatum erat aliquantum labefactata atque convulsa; cui te opitulari et video et id fecisse etiam proximis litteris multumque profecisse sentio. itaque hoc saepius dicendum tibique non significandum solum, sed etiam declarandum arbitror, nihil mihi esse potuisse tuis litteris gratius.
3 ad consolandum autem cum illa valent, quae eleganter copioseque collegisti, tum nihil plus quam quod firmitudinem gravitatemque animi tui perspexi, quam non imitari turpissimum existimo. itaque hoc etiam fortiorem me puto quam te ipsum, praeceptorem fortitudinis, quod tu mihi videre spem nonnullam habere haec aliquando futura meliora; casus enim gladiatorii similitudinesque eae, tum rationes in ea disputatione a te collectae vetabant me rei p. penitus diffidere. itaque alterum minus mirum, fortiorem te esse, cum aliquid speres, alterum mirum, spe ulla teneri; quid est enim non ita adfectum, ut id non deletum extinctumque esse fateare? circumspice omnia membra rei p., quae notissima sunt tibi: nullum

2. suscipias *G* ‖ 3. sin *M*, si *R*, *et* G^{2} *ex* ei ‖ 9. 10. prudentiam *R*. prudentiae *vel* ⟨cum⟩ prudentia *J. S. van Veen* (*Herm.* XXIII *p.* 317), *inutiliter* 10. eis] iis *G*, his *MR* ‖ 11. optime *G* ‖ 12. 13. sapientiae statuo] sapientia est atuo *M*, sapientiae autumo *GR*, *quod commendat Streicher* (*p.* 170), *fort. recte. ceterum v. Plat. Menex.* 247 *E* ‖ 13. maximum *G* ‖ 16. tempestatu *M* ‖ 17. et ⟨nunc⟩ video *Wesenberg* ‖ 20. litteris *om. G* ‖ 22. quod *om. G* ‖ 23. itaque] atque *alii, fort. recte* ‖ 24. hoc *om. G* ‖ 25. videris *Wesenberg, et Becher* (*Wochenschr. f. klass. Philol.* 1889 *p.* 1228). *v. Neue* II^{2} *p.* 395 ‖ 26. gladiatorum ς ‖ 27. uetabunt Ω ‖ rei p. *M*, de r. p. *GR* ‖ 28. te *om. R* ‖ 29. mirum *om. G* ‖ 30. esse *om. G*

reperies profecto, quod non fractum debilitatumve sit; quae perse-
querer, si aut melius ea viderem, quam tu vides, aut commemorare
possem sine dolore, quamquam tuis monitis praeceptisque omnis
est abiciendus dolor. ergo et domestica feremus, ut censes, et 4
publica paullo etiam fortius fortasse quam tu ipse, qui praecipis:
te enim aliqua spes consolatur, ut scribis, nos erimus etiam in
†omnibus desperatione fortes, ut tu tamen idem et hortaris et
praecipis, das enim mihi iucundas recordationes conscientiae nostrae
rerumque earum, quas te in primis auctore gessimus. praestitimus
enim patriae non minus certe, quam debuimus, plus profecto,
quam est ab animo cuiusquam aut consilio hominis postulatum.
ignosces mihi de me ipso aliquid praedicanti: quarum enim tu 5
rerum cogitatione nos levare aegritudine voluisti, earum etiam
commemoratione lenimur. itaque, ut mones, quantum potero,
me ab omnibus molestiis et angoribus abducam transferamque
animum ad ea, quibus secundae res ornantur, adversae adiuvantur,
tecumque et ero tantum, quantum patietur utriusque aetas et
valetudo, et, si esse una minus poterimus, quam volemus, ani-
morum tamen coniunctione eisdemque studiis ita fruemur, ut num-
quam non una esse videamur.

XIV. (294.)

L. LVCCEIVS Q. F. S. D. M. TVLLIO M. F.

S. v. b. e. v., sicut soleo, paululo tamen etiam deterius, quam 1
soleo. te requisivi saepius, ut viderem: Romae quia postea non fuisti, quam discesseram, miratus sum: quod item nunc miror. non habeo certum, quae te res hinc maxime retrahat: si solitudine delectare, cum scribas et aliquid agas eorum, quorum consuesti, gaudeo neque reprendo tuum consilium; nam nihil isto potest esse iucundius non modo miseris his temporibus et luctuosis, sed etiam tranquillis et optatis, praesertim vel animo defetigato tuo, qui

1. repperies *M* ‖ debilitatumue *M*, debilitatumne *R*, debilitatumque *G* ‖ 5. paulo *GR* ‖ 7. omnibus] omni *vel* omnium *vel* omnium ⟨rerum⟩ *corrigunt*, *placet* omnium ‖ 9. imprimis *M* ‖ 10. certe *om. G* ‖ 11. postulandum *alii* ‖ 12. aliquid de me *om. G*¹; ipso *G* ‖ ipso] ipsi *Wesenberg* ‖ 13. levari *alii* ‖ aegritudine *suspectum Ernestio* ‖ *post* earum *in M* ea, *ut vid.*, *eras.* ‖ 15. me *MG*, me me *R* ‖ adducam Ω ‖ 16. et *post* ornantur *sup. cs. R*¹ ‖ adiuuantur *GR* ‖ 18. esse unanimus *M* ‖ potuerimus *G* ‖ uolumus *R* ‖ 19. iisdemque *MR*, eisdem *G*, s *sup. cs. a m.* 1 ‖ 22. luceius *GR* ‖ 23. paululo *MR*, paululum *ex* paululo *G*¹, paullulo ς ‖ 24. uiderem *M*, uidi *GR* ‖ 25. discesseram *GR*, *quod quamvis dubitans recepi*, discesserat *M*, a me discesserat *M*¹ (discesseras ς), decesserat ⟨Tullia⟩ *Orelli*, discesseramus *Streicher* (*p.* 171) ‖ quod idem *Wesenberg* ‖ 28. reprehendo *GR* ‖ 30. defetigato *M*, defatigato *ex* defagito *G*, defastigato *R*

nunc requiem quaerat ex magnis occupationibus, vel erudito, qui
semper aliquid ex se promat, quod alios delectet, ipsum laudibus
2 inlustret; sin autem, sicut †hinc dicas seras, lacrimis ac tristitiae
te tradidisti, doleo, quia doles et angere, non possum te non —
si concedis, quod sentimus, ut liberius dicamus — accusare: quid
enim? tu solus aperta non videbis, qui propter acumen occultissima
perspicis? tu non intelleges te querelis cotidianis nihil proficere?
non intelleges duplicari sollicitudines, quas elevare tua te prudentia
3 postulat? quod si non possimus aliquid proficere suadendo, gratia
contendimus et rogando, si quid nostra causa vis, ut istis te mo-
lestiis laxes et ad convictum nostrum redeas * * ad consuetudinem
vel nostram communem vel tuam solius ac propriam. cupio non
obtundere te, si non delectare nostro studio: cupio deterrere, ne
permaneas in incepto. †cum duae res istae contrariae me con-
turbant, ex quibus aut in altera mihi velim, si potes, obtemperes
aut in altera non offendas. vale.

XV. (295.)

M. CICERO S. D. L. LVCCEIO Q. F.

1 Omnis amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in eis
litteris, quas a te proxime accepi, non ille quidem mihi ignotus,
sed tamen gratus et optatus; dicerem 'iucundus', nisi id verbum
in omne tempus perdidissem, neque ob eam unam causam, quam
tu suspicaris et in qua me lenissimis et amantissimis verbis utens
re graviter accusas, sed quod, illius tanti vulneris quae remedia
2 esse debebant, ea nulla sunt. quid enim? ad amicosne confugiam?
quam multi sunt? habuimus enim fere communis, quorum alii
occiderunt, alii nescio quo pacto obduruerunt. tecum vivere possem
equidem et maxime vellem: vetustas, amor, consuetudo, studia paria;

1. nunc] non *Ω* ‖ requiem *GR*, requirem *M*, requietem *alii. cf. Neue* I² *p.* 568 ‖ 2. ⟨te⟩ ipsum *alii* ‖ 3. sicut *om. R* ‖ hinc dicas seras *M*, indicas *GR*, hinc discesseras ς, *fort. recte*, inclinatus eras *Streicher* (*p.* 173) ‖ 4. tradisti *M* doles *M*, dolere *G*, dolore *R* ‖ et *MR*, se *G* ‖ tangere *G* ‖ non] nec *alii* 4. 5. non si *MR*, si non *G* ‖ 5. concedas *R* ‖ 7. intelligis *GR* ‖ 8. intelligis *GR* quas eleuare (gl. *G*) *GR*, qua se leuare *M*, quas levare *alii* ‖ 9. possimus *MR*, possumus *G* ‖ 10. te *MR*, te tuis *G* ‖ 11. redeas ad, 5—6 *litt. spatio relicto M*, redeas ad *G*, redeas ac *R*, *coniectura puto*, redeas ⟨et⟩ ad *P*², redeas ⟨atque⟩ ad *alii* ‖ 14. cum] nunc *Martyni-Laguna* ‖ me *MG*, ne *R* ‖ 14. 15. perturbant *GR*

16. vale *om. R* ‖ 18. luceio *R*, lu͑ceio, c *a m.* 1, *G* ‖ 19. eis] his *Ω*, iis ς ‖ 23. tu *om. R* ‖ 24. re *om. R* ‖ 26. quorum alii, 2 *litt. spat. M* ‖ 27. obduruerunt *R*, obduerunt *M*, obdurarunt *G* ‖ 27. 28. tecum vivere posse equidem maxime vellem *Lambinus*, tecum vivere, ⟨si⟩ possem, equidem maxime vellem *Madvig* ('*adr. crit.*' III *p.* 157) ‖ 28. maxime *M*, permaxime *GR*

quod vinclum, quaeso, dest nostrae coniunctionis? possumusne
igitur esse una? nec mehercule intellego, quid impediat: sed certe
adhuc non fuimus, cum essemus vicini in Tusculano, in Puteolano;
nam quid dicam in urbe? in qua, cum forum commune sit, vici-
nitas non requiritur. sed casu nescio quo in ea tempora nostra 3
aetas incidit, ut, cum maxime florere nos oporteret, tum vivere
etiam puderet: quod enim esse poterat mihi perfugium spoliato et
domesticis et forensibus ornamentis atque solaciis? litterae, credo,
quibus utor assidue, quid enim aliud facere possum? sed nescio
quomodo ipsae illae excludere me a portu et perfugio videntur et
quasi exprobrare, quod in ea vita maneam, in qua nihil insit nisi
propagatio miserrimi temporis. hic tu me abesse urbe miraris, in 4
qua domus nihil delectare possit, summum sit odium temporum
hominum, fori curiae? itaque sic litteris utor, in quibus consumo
omne tempus, non ut ab eis medicinam perpetuam, sed ut exiguam
oblivionem doloris petam. quod si id egissemus ego atque tu — quod 5
ne in mentem quidem nobis veniebat propter cotidianos metus —,
omne tempus una fuissemus, neque me valetudo tua offenderet
neque te maeror meus. quod, quantum fieri poterit, consequamur;
quid enim est utrique nostrum aptius? propediem te igitur videbo.

XVI. (68.)

M. CICERO S. D. TITIO.

Etsi unus ex omnibus minime sum ad te consolandum accom- 1
modatus, quod tantum ex tuis molestiis cepi doloris, ut consola-
tione ipse egerem, tamen, cum longius a summi luctus acerbitate
meus abesset dolor quam tuus, statui nostrae necessitudinis esse
meaeque in te benivolentiae non tacere tanto in tuo maerore tam-
diu, sed adhibere aliquam modicam consolationem, quae levare
dolorem tuum posset, si minus sanare potuisset. est autem con- 2
solatio pervulgata quidem illa maxime, quam semper in ore atque
in animo habere debemus, homines nos ut esse meminerimus, ea
lege natos, ut omnibus telis fortunae proposita sit vita nostra,

1. quaeso deest *Rost*, quas[illegible]a *ex* o, *ut vid.*, *m.* 1 ‖ id est *M*, quasi est *GR* ‖ coniunctioni *alii* ‖ 2. una? ⟨possumus⟩. nec *Lambinus*, una? non *Wesenberg* ‖ 4. quid *GR*, quod *M* ‖ 11. exprobare *MG* ‖ 12. tu me *GR*, tuae *M*, tu me ab ea *Wesenberg*, tu ea me *alii* ‖ 13. delectari *Ω* ‖ 15. eis] his *Ω*, iis *alii* ‖ 16. id *om. R* ‖ 18. omne] ⟨ut⟩ omne *Rost*, ⟨si⟩ omne *Baiter*, *iniuria puto* ‖ 20. enim est *M*, est enim *G*, $\overset{\text{enim}}{\text{est}}$ R^1 ‖ nostrum *om. GR* 22. M. *om. R* ‖ ⟨T.⟩ Titio *alii* ‖ 23. 24. accommodantus *M*, -andus *R* 27. maerore *MG*, dolore *R* ‖ 28. adhibere *G*, *et* R^2, hibere MR^1 ‖ 32. ut in omnibus *R* ‖ proposita sit *GR*, proposi *M*

neque esse recusandum, quo minus ea, qua nati sumus, condicione
vivamus, neve tam graviter eos casus feramus, quos nullo consilio
vitare possimus, eventisque aliorum memoria repetendis nihil acci-
3 disse novi nobis cogitemus. neque hae neque ceterae consolationes,
quae sunt a sapientissimis viris usurpatae memoriaeque litteris
proditae, tantum videntur proficere debere, quantum status ipse
nostrae civitatis et haec perturbatio temporum perditorum, cum
beatissimi sint, qui liberos non susceperunt, minus autem miseri,
qui his temporibus amiserunt, quam si eosdem bona aut denique
4 aliqua re p. perdidissent. quod si tuum te desiderium movet aut
si tuarum rerum cogitatione maeres, non facile exhauriri tibi istum
dolorem posse universum puto; sin illa te res cruciat, quae magis
amoris est, ut eorum, qui occiderunt, miserias lugeas, ut ea non
dicam, quae saepissime et legi et audivi, nihil mali esse in morte,
ex qua si resideat sensus, immortalitas illa potius quam mors
ducenda sit, sin sit amissus, nulla videri miseria debeat, quae non
sentiatur, hoc tamen non dubitans confirmare possum, ea misceri,
parari, impendere rei p., quae qui reliquerit, nullo modo mihi qui-
dem deceptus esse videatur; quid est enim iam non modo pudori,
probitati, virtuti, rectis studiis, bonis artibus, sed omnino libertati
ac saluti loci? non mercule quemquam audivi hoc gravissimo et
pestilentissimo anno adulescentulum aut puerum mortuum, qui mihi
non a dis immortalibus ereptus ex his miseriis atque ex iniquissima
5 condicione vitae videretur. quare, si tibi unum hoc detrahi potest,
ne quid eis, quos amasti, mali putes contigisse, permultum erit ex
maerore tuo deminutum; relinquetur enim simplex illa iam cura
doloris tui, quae non cum illis communicabitur, sed ad te ipsum
proprie referetur, in qua non est iam gravitatis et sapientiae tuae,
quam tu a puero praestitisti, ferre immoderatius casum incommo-
dorum tuorum, qui sit ab eorum, quos dilexeris, miseria maloque
seiunctus; etenim eum semper te et privatis in rebus et publicis
praestitisti, tuenda tibi ut sit gravitas et constantiae serviendum;
nam, quod allatura est ipsa diuturnitas, quae maximos luctus

2. uiuamus *GR*, uituamus *M* ‖ eos casus *GR*, eo casu *M* ‖ 4. cogitemus; ⟨sed⟩ neque haec *Wesenberg* ‖ 7. perturbatio] perbatio *M*, probatio *GR*, prolatio *Graevius* ‖ 11. si tuarum] si duarum *M*, assiduarum *GR* ‖ 13. occiderunt *in M post* miserias *repetitum exp. M*[c] ‖ 15. ex qua si *Bengel*, et quasi *Ω*. in qua si *alii* ‖ 16. dicenda *R* ‖ 20. probitati, itati *in ras. M*[c] (*non in P*), *M* ‖ rectis studiis *GR*, recti si studiis *M* ‖ 21. mehercule *GR* ‖ 23. a dis *M*, ab diis *R*, a[b] diis *G*[1] ‖ his *M*, is *G*, iis *R* ‖ 24. si tibi unum hoc *M*, si tibi hoc unum *G*, *et R sed in ras. a m.* 2 ‖ 25. ne quid eis] ne quid iis *MR*, neque his *G* ‖ putas *G* ‖ 26. deminututum *M*, diminutum *G* ‖ 27. quaec non *M* ‖ 28. referretur *MG*

vetustate tollit, id nos praecipere consilio prudentiaque debemus; etenim, si nulla fuit umquam liberis amissis tam imbecillo mulier 6
animo, quae non aliquando lugendi modum fecerit, certe nos, quod est dies allatura, id consilio anteferre debemus neque exspectare temporis medicinam, quam repraesentare ratione possimus. his ego litteris si quid profecissem, existimabam optandum quiddam me esse adsecutum, sin minus forte valuissent, officio tamen esse functum viri benevolentissimi atque amicissimi: quem me tibi et fuisse semper existimes velim et futurum esse confidas.

XVII. (21.)

M. CICERO S. D. P. †SISTIO P. F.

Non oblivione amicitiae nostrae neque intermissione consuetu- 1
dinis meae superioribus temporibus ad te nullas litteras misi, sed quod priora tempora in ruinis rei p. nostrisque iacuerunt, posteriora autem me a scribendo tuis iniustissimis atque acerbissimis incommodis retardarunt. cum vero et intervallum iam satis longum fuisset et tuam virtutem animique magnitudinem diligentius essem mecum recordatus, non putavi esse alienum institutis meis haec ad
te scribere: ego te, P. Sitti, et primis temporibus illis, quibus in 2
invidiam absens et in crimen vocabare, defendi et, cum in tui familiarissimi iudicio ac periculo tuum crimen coniungeretur, ut potui accuratissime te tuamque causam tutatus sum et proxime recenti adventu meo, cum rem aliter institutam offendissem, ac mihi placuisset, si adfuissem, tamen nulla re saluti tuae defui, cumque eo tempore invidia annonae, inimici non solum tui, verum etiam amicorum tuorum, iniquitas totius iudicii multaque alia rei p. vitia plus quam causa ipsa veritasque valuissent, Publio tuo neque opera neque consilio neque labore neque gratia neque testimonio
defui. quamobrem omnibus officiis amicitiae diligenter a me sancte- 3
que servatis ne hoc quidem praetermittendum esse duxi, te ut hortarer rogaremque, ut et hominem te et virum esse meminisses,

1. (*cf. p.* 118, 33) uetustate luctus *G* ‖ 2. etenim — 4. debemus *om. R*¹ ‖ 2. unquam *R*, umquam si *M*, nunquam si *G* ‖ amissis tam imbecillo] bello *post ras.* 6—8 *litt. R* ‖ 3. modum fecerit *om. R* ‖ 4. anteferre *vel* ante ferre] ante vertere *Cobet* (*Mnemos.* VIII. 1880. *p.* 185), ante afferre *Streicher* (*p.* 202). *an* anteire? (*vel* anteeire: *cf. C. I. L.* I *p.* 606, *Brambach* '*lat. Orthogr.*' *p.* 180 *sq.*) ‖ 8. functum viri *Wesenberg et Orelli*, functurum *MRG*², functum *G*¹ ‖ atque amicissimi *om. R* ‖ 9. uellim *M* ‖ 11. sistio *M*, sestio *GR*. Sittio *Baiter* (*cf. Drumann h. R. t.* V *p.* 419), Sestio *tenet Willems* ('*le sénat*' *t.* I *p.* 540) ‖ 15. me *om. G* ‖ 16. etardarunt *M*, retardarent *G* ‖ 19. sitti *M*, sesti *GR* ‖ 20. absens *GR*, adsens *M* ‖ in tui] tui *Kayser et Wesenberg. cf. Nägelsbach-Müller* '*lat. Stil.*' *p.* 490⁷ ‖ 22. te *om. G* ‖ 30. duxi *G*, dixi *MR*

id est, ut et communem incertumque casum, quem neque vitare
quisquam nostrum nec praestare ullo pacto potest, sapienter ferres
et dolori fortiter ac fortunae resisteres cogitaresque et in nostra
civitate et in ceteris, quae rerum potitae sunt, multis fortissimis
atque optimis viris iniustis iudiciis talis casus incidisse. illud
utinam ne vere scriberem, ea te re p. carere, in qua neminem pru-
4 dentem hominem res ulla delectet! de tuo autem filio, vereor, ne,
si nihil ad te scripserim, debitum eius virtuti videar testimonium
non dedisse, sin autem omnia, quae sentio, perscripserim, ne refri-
cem meis litteris desiderium ac dolorem tuum; sed tamen pruden-
tissime facies, si illius pietatem, virtutem, industriam, ubicumque
eris, tuam esse, tecum esse duces; nec enim minus nostra sunt,
5 quae animo complectimur, quam quae oculis intuemur. quamobrem
et illius eximia virtus summusque in te amor magnae tibi con-
solationi debet esse et nos ceterique, qui te non ex fortuna, sed
ex virtute tua pendimus semperque pendemus, et maxime animi
tui conscientia, cum tibi nihil merito accidisse reputabis et illud
adiunges, homines sapientis turpitudine, non casu, et delicto suo,
non aliorum iniuria commoveri. ego et memoria nostrae veteris
amicitiae et virtute atque observantia filii tui monitus nullo loco
dero neque ad consolandam neque ad levandam fortunam tuam:
tu si quid ad me forte scripseris, perficiam, ne te frustra scrip-
sisse arbitrere.

XVIII. (69.)

M. CICERO S. D. T. FADIO.

1 Etsi egomet, qui te consolari cupio, consolandus ipse sum, propterea quod nullam rem gravius iamdiu tuli quam incommodum tuum, tamen te magno opere non hortor solum, sed etiam pro amore nostro rogo atque oro, te colligas virumque praebeas et, qua condicione omnes homines et quibus temporibus nos nati simus, cogites. plus tibi virtus tua dedit, quam fortuna abstulit, propterea quod adeptus es, quod non multi homines novi, amisisti, quae

1. ut et *M*, ut *GR* ‖ 4. formissimis *M* ‖ 6. ne vere] neue *M*, neque *GR* ‖ 7. defectet *M* ‖ 9. dedisse] cepisse Ω (*ex* accepisse *G*[1]). videare t. n. cepisse *Kayser* ‖ perscribserim *M* ‖ 9. 10. ne refricem] nefrefrigem *M*, ne refrigerem *GR* (g *ex* c *R*[1]) ‖ 11. facias *R* ‖ 12. duces tecum esse *G* ‖ 15. et nos *M*, ut nos *GR* ‖ 16. semperque pendemus *om. R* ‖ maximae *alii* ‖ 16. 17. animi tui conscientia *Victorius*, amici tui conscientiae (scientie *R*) Ω ‖ 17. et *MR*, sed et *G* ‖ 21. deero *R*, desero *G* ‖ 22. 23. scribsisse *M*, *et sic saepius* ‖ 25. fabio *GR* ‖ 27. gravius iamdiu tuli] grauius tuli iamdiu tuli *M*, grauius tuli iam diu *GR* ‖ 28. magnopere *GR* ‖ 29. praebeas *M*, te praebeas *GR* ‖ 30. nos nati *Rost*, notati *M*, nati *GR* ‖ sumus *GR* ‖ 32. homines *om. R*

plurimi homines nobilissimi. ea denique videtur condicio impendere
legum, iudiciorum, temporum, ut optime actum cum eo videatur
esse, qui quam levissima poena ab hac re p. discesserit. tu vero, 2
qui et fortunas et liberos habeas et nos ceterosque necessitudine
et benevolentia tecum coniunctissimos, quomque magnam facultatem
sis habiturus nobiscum et cum omnibus tuis vivendi, et cum unum
sit iudicium ex tam multis, quod reprendatur, ut quod una sententia eaque dubia potentiae alicuius condonatum existimetur, omnibus his de causis debes istam molestiam quam lenissime ferre. meus animus erit in te liberosque tuos semper, quem tu esse vis et qui esse debet.

XIX. (163.)

CICERO RVFO.

Etsi mihi numquam dubium fuit, quin tibi essem carissimus, 1
tamen cotidie magis id perspicio, extatque id, quod mihi ostenderas quibusdam litteris, hoc te studiosiorem in me colendo fore, quam in provincia fuisses -- etsi meo iudicio nihil ad tuum provinciale officium addi potest —, quo liberius iudicium esse posset tuum. itaque me et superiores litterae tuae admodum delectaverunt, quibus et exspectatum meum adventum abs te amanter videbam et, cum aliter res cecidisset ac putasses, te meo consilio magnopere esse laetatum, et his proximis litteris magnum cepi fructum et iudicii et officii tui: iudicii, quod intellego te, id quod omnes fortes ac boni viri facere debent, nihil putare utile esse, nisi quod rectum honestumque sit; officii, quod te mecum, quodcumque cepissem consilii, polliceris fore, quo neque mihi gratius neque, ut ego
arbitror, tibi honestius esse quicquam potest. mihi consilium cap- 2
tum iamdiu est, de quo ad te, non quo celandus esses, nihil scripsi antea, sed quia communicatio consilii tali tempore quasi quaedam admonitio videtur esse officii vel potius efflagitatio ad coeundam societatem vel periculi vel laboris; cum vero ea tua sit voluntas, humanitas, benivolentia erga me, libenter amplector talem animum, sed ita — non enim dimittam pudorem in rogando meum --: si feceris id, quod ostendis, magnam habebo gratiam, si non feceris,

2. temporum *ex* tuorum M^1 ‖ 4. fortuna *R* ‖ 5. iunctissimos *GR* ‖ quomque] quamque *MR*, quamquam *G*, cumque ς ‖ 6. sis *GR*, si *M* ‖ ‹tuum› unum *Wesenberg*, unum ‹tuum› *Martyni-Laguna* ‖ 7. reprehendatur *GR* ‖ 8. potentia Ω ‖ 9. his *om. G* ‖ lenissime *alii* ‖ 10. ‹is› erit *Baiter* ‖ 13. Cicero *M*, Micero *R*, M. Ci. *G* ‖ 18. quo *MG*, quod *R* ‖ esset *M* ‖ tuum *om. GR* 21. magno opere ς ‖ 22. et his *M*, ex his *GR*, et ‹ex› his *Martyni-Laguna* 27. quicquam *om. G* ‖ potest *om. R* ‖ 34. habebo] habere Ω

ignoscam, et alterum timori, alterum mihi te negare non potuisse arbitrabor; est enim res profecto maxima: quid rectum sit, apparet; quid expediat, obscurum est, ita tamen, ut, si nos ei simus, qui esse debemus, id est, studio digni ac litteris nostris, dubitare non possimus, quin ea maxime conducant, quae sunt rectissima. †quae tu, si simul placebit, statim ad me venies; sin idem placebit atque eodem, nec continuo poterit, omnia tibi ut nota sint, faciam. quicquid statueris, te mihi amicum, sin id, quod opto, etiam amicissimum iudicabo.

XX. (153.)

CICERO RVFO.

1 Quo⟨quo⟩ modo potuissem, te convenissem, si eo, quo constitueras, venire voluisses; quare, etsi mei commodi causa commovere me noluisti, tamen ita existimes velim, me antelaturum fuisse, si ad me misisses, voluntatem tuam commodo meo. ad ea, quae scripsisti, commodius equidem possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius, scriba meus, adesset: a quo mihi exploratum est in rationibus dumtaxat referendis — de ceteris rebus adfirmare non possum — nihil eum fecisse scientem, quod esset contra aut rem aut existimationem tuam, dein, si rationum referendarum ius vetus et mos antiquus maneret, me relaturum rationes, nisi tecum pro coniunctione nostrae necessitudinis contulissem confecissemque,
2 non fuisse. quod igitur fecissem ad urbem, si consuetudo pristina maneret, id, quoniam lege Iulia relinquere rationes in provincia necesse erat easdemque totidem verbis referre ad aerarium, feci in provincia, neque ita feci, ut te ad meum arbitrium adducerem, sed tribui tibi tantum, quantum me tribuisse numquam me paenitebit: totum enim scribam meum, quem tibi video nunc esse suspectum, tibi tradidi; tu ei M. Mindium, fratrem tuum, adiunxisti; rationes confectae me absente sunt tecum, ad quas ego nihil adhibui praeter lectionem; ita accepi librum a meo servo scriba, ut eundem acce-

1. alterum ⟨tribuam⟩ t. (*Koch Philol. Anzeiger* V *p.* 161) ‖ 2. arbitror *G* quid rectum] quod r. *Ω* ‖ 3. nos ei] nosti *M*, nos *GR*, nos ii ς ‖ simus *MR*, sumus *G* ‖ 5. sint *Wesenberg* ‖ quae *Ω* (que *R*), quare ς, *del. Streicher* (*p.* 159), *fort. recte* ‖ 6. idem] quidem *Martyni-Laguna* ‖ 7. poteris ς ‖ 12. quoquo *Lambinus*, quo *Ω*. *cf. Krauss 'Cic. ep. em.' p.* 28 ‖ 14. noluisti *M*, uoluisti *GR* 15. si ad me misisses *G*, si admeminisses *MR* ‖ 17. a] de ς. *cf. Boot ad Cic. ad Att.* XI, 3, 3 ‖ 19. contra aut] *cf. Nipperdey ad Nep. Att.* 6, 2 ‖ 20. aut *om. R* ‖ deiñ (*i. e.* deinde), n *ex* u, *ut vid.*, *G*. *vel* scito *vel etiam plura post* dein *intercidisse putat Wesenberg* (scito *post* me *suppl. Martyni-Laguna*) 23. quod] quid *MR*, qui *G* ‖ 25. easdem *GR* ‖ deferre *Martyni-Laguna* ‖ 31. servo scriba] *cf. Mommsen 'r. Staatsr.'* III, 1 *p.* 428. servo *del. Wesenberg*

perim a fratre tuo. si honos is fuit, maiorem tibi habere non potui; si fides, maiorem tibi habui quam paene ipsi mihi; si providendum fuit, ne quid aliter, ac tibi et honestum et utile esset, referretur, non habui, cui potius id negotii darem, quam ⟨cui⟩ dedi. illud quidem certe factum est, quod lex iubebat, ut apud duas civitates, Laodicensem et Apamensem, quae nobis maxime videbantur, quoniam ita necesse erat, rationes confectas conlatas deponeremus. itaque huic loco primum respondeo me, quamquam iustis de causis rationes deferre properarim, tamen te expectaturum fuisse, nisi in provincia relictas rationes pro ⟨re⟩latis haberem, quamobrem * *. de Volusio quod scribis, non est id rationum; 3
docuerunt enim me periti homines, in eis cum omnium peritissimus, tum mihi amicissimus, C. Camillus, ad Volusium traferri nomen a Valerio non potuisse, praedes Valerianos teneri. neque id erat HS XXX, ut scribis, sed HS XIX; erat enim curata nobis pecunia Valerii mancipis nomine, ex qua reliquum quod erat, in rationibus retturli. sed sic me et liberalitatis fructu privas et dili- 4
gentiae et, quod minime tamen laboro, mediocris etiam prudentiae: liberalitatis, quod mavis scribae mei beneficio quam meo legatum meum praefectumque Q. Leptam maxima calamitate levatos, cum praesertim non deberent esse obligati; diligentiae, quod existimas de tanto officio meo, tanto etiam periculo nec scisse me quicquam nec cogitavisse, scribam, quicquid voluisset, cum id mihi ne recitavisset quidem, rettulisse; prudentiae, † cum rem a me non insipienter excogitatam quidem putas. nam et Volusii liberandi meum fuit consilium et, ut multa tam gravis Valerianis praedibus ipsique T. Mario depelleretur, a me inita ratio est, quam quidem omnes non solum probant, sed etiam laudant, et, si verum scire vis, hoc uni scribae meo intellexi non nimium placere; sed ego 5

1. *p.* 122, 31 a fratre tuo acceperim *G* ‖ 4. cui *suppl. Graevius* ‖ dedi *GR*. darem *M*. dederam *Wesenberg*, mandaram *Orelli* ‖ 5. certe] certum Ω ‖ 6. lapamensem *M* ‖ maximae ς ‖ 7. collatas *Orelli*, consolatas *M*, collatasque *R*, consolatasque *G* ‖ 9. deferre *tenui cum Mommseno* '*r. Staatsr.*' I² *p.* 701 *contra I. F. Gronovii* referre ‖ tamen *M*, ita me *G*, ita *R* ‖ 10. relatis *Lambinus*, latis Ω ‖ 11. detuli *suppl. Orelli*, *plura excidisse putat Wesenberg* ‖ id *om. R* 12. eis] iis **Wesenberg**, his **Ω** ‖ 13. tum] tu'l, 1 *litt. er.*, *M* (tum *P*) ‖ transferri *GR* ‖ 15. HS] SS *utroque loco* Ω ‖ XXX *scripsi* (*cf. ad* V, 6, 2), XXX *M quod tamen nimis parvam summam efficeret*, XXX *GR* ‖ XIX *scripsi*, XIX *MR*, IXX *G* ‖ 17. retuli *GR* ‖ 20. *post* meum *lacunam statuit Wesenberg, qua nomen legati — M. Annei — absorptum sit* ‖ praefectumque] *cf. Mommsen* '*r. Forsch.*' II *p.* 141 ‖ Q. Leptam *om. G* ‖ 24. cum] quod *Lambinus* ‖ 25. quidem putas] ⟨ne cogitatam⟩ (*vel* ⟨a me ne cogitatam⟩) quidem putas *olim suppleverunt tenetque id etiamnum Mommsen*, *reiecerunt Streicher* (*p.* 162 *sq.*) *et Hirschfeld*, *ex* quidem putas *efficientes ille* refutas *vel* improbas, *hic* eidem (*i. e. scribae*) imputas
26. multa *M*, multi *GR* ‖ grauibus *GR*

putavi esse viri boni, cum populus suum servaret, consulere for-
tunis tot vel amicorum vel civium. †nam de Lucceio est ita actum,
ut auctore Cn. Pompeio ista pecunia in fano poneretur; id ego
adgnovi meo iussu esse factum: qua pecunia Pompeius est usus,
ut ea, quam tu deposueras, Sestius; sed haec ad te nihil intellego
pertinere: illud me non animadvertisse moleste ferrem, ut adscri-
berem te in fano pecuniam iussu meo deposuisse, nisi ista pecunia
gravissimis esset certissimisque monimentis testata, cui data, quo
senatus consulto, quibus tuis, quibus meis litteris P. Sestio tradita
esset; quae cum viderem tot vestigiis inpressa, ut in eis errari non
posset, non adscripsi id, quod tua nihil referebat; ego tamen ad-
6 scripsisse mallem, quoniam id te video desiderare. sicut scribis,
tibi id esse referendum, idem ipse sentio, neque in eo quicquam a
meis rationibus discrepabunt tuae; addes enim tu, meo iussu, quod
ego, qui non addidi, nec causa est cur negem nec, si causa esset
et tu nolles, negarem. nam de sestertiis nongentis milibus certe ita
relatum est, ut tu sive frater tuus referri voluit; †sed, si quid est,
quoniam de logaeo parum gravisum est, quod ego in rationibus
referendis etiam nunc corrigere possim, de eo mihi, quoniam sena-
tus consulto non sum usus, quid per leges liceat, considerandum
est: †te certe in pecuniae exactae ita efferre ex meis rationibus
relatis non oportuit, nisi quid me fallit, sunt enim alii peritiores.
illud cave dubites, quin ego omnia faciam, quae interesse tua aut
7 etiam velle te existimem, si ullo modo facere possim. quod scribis
de beneficiis, scito a me et tribunos militares et praefectos et con-
tubernales, dumtaxat meos, delatos esse: in quo quidem me ratio

---

1. esse *om. G* ‖ suum *MR*^{2}, suus *G*, *om. R*^{1} ‖ 2. nam] iam *Streicher* (*p.* 186) ‖ lucceio *MG*, lucei *R*. logeo *Lambinus*, lucello *Scaliger*, *neuter probabiliter. nec magis placet Bootii* (*'obs. crit.' p.* 11) *ἐκλογείῳ*, *quippe v. plane obscurum* (*cf. Bernhardy ad Suid. s. v.*). *quamquam Graecum vocabulum latere ipse quoque puto* ‖ 3. actore *MR* ‖ 5. ea] tua *MG*, *om. R* ‖ tu] tua *R* ‖ Sestius] *cf. Willems 'le sénat'* II *p.* 422, 4 ‖ hoc ς ‖ 6. animaduertissem *M* ‖ 7. iussum eo *M* ‖ 8. monumentis ς ‖ 10. eis] iis *Orelli*, his *Ω* ‖ errare *M* ‖ 11. adscribsi *M*, adscribis *GR* ‖ 11. 12. adscripsissem *Baiter*. *at v. Schmalz Berl. phil. Wochenschr.* 1889 *p.* 305 ‖ 12. quoniam *MR*, quod *G* ‖ 13. item *Lambinus* ‖ 15. qui *Ω*, quidem ς ‖ est *om. G* ‖ si non causa *G* ‖ 16. nam si de *G* ‖ sestertiis *Ω*, HS ς. *cf. Hultsch 'Metrol.*^{2}*' p.* 293, 4; 294, 5 ‖ nongentis *GR*, nunc gentis *M* ‖ 17. si quid *M*, quid *GR* ‖ 18. quoniam] quod *G*, quod a me *Boot* (*'obs.' p.* 11) ‖ de logaeo (logeo *R*) *MR*, de legato *G*, de *ἐκλογείῳ Boot* (*v. ad* § 5), sed si quid est de Lucceio paulo grauius uisum *Streicher* (*p.* 203), *parum probabiliter* ‖ parum *om. R* ‖ grauisum est *M*, gauisum est *R*, grauissime *G*. gratiosum est ς, gratum visum est *Corradus*, provisum e. *Egnatius*, grave visum e. *Orelli* ‖ ego *om. R* ‖ 19. deferendis *Martyni-Laguna* ‖ mihi *om. G* ‖ 20. ligeat *M* ‖ 21. in pecuniae exactae *M*, in pecuniae exactu *GR*, in pecunia exacta ς, in -am -am *Wesenberg* ‖ ista referre *Wesenberg cum* ς ‖ 22. quod *G* ‖ 24. facere modo *G* ‖ 25. de beneficiis] *cf. Mommsen 'Staatsr.'* I^{3} *p.* 300, 5 ‖ 26. ratio me *R*

fefellit: liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari, postea certior sum factus triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulissem. sane moleste tuli non illa beneficia tuae potius ambitioni reservata esse quam meae, qui ambitione nihil uterer; de centurionibus tamen et de tribunorum militarium contubernalibus res est in integro, genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat. reliquum est de sestertiis centum milibus, 8
de quibus memini mihi a te Myrina litteras esse allatas, non mei errati, sed tui, in quo peccatum videbatur esse, si modo erat, fratris tui et Tullii; sed, cum id corrigi non posset, †quod iam depositis rationibus ex provincia decessimus, credo me quidem tibi pro animi mei voluntate proque ea spe facultatum, quam tum habebamus, quam humanissime potuerim, rescripsisse, sed neque tum me humanitate litterarum mearum obligatum puto neque me tuam hodie epistolam de HS C sic accepisse, ut ei accipiunt, quibus epistolae per haec tempora molestae sunt. simul illud cogitare debes, me 9
omnem pecuniam, quae ad me salvis legibus pervenisset, Ephesi apud publicanos deposuisse, id fuisse HS XXII, eam omnem pecuniam Pompeium abstulisse; quod ego sive aequo animo sive iniquo fero, tu de HS C aequo animo ferre debes et existimare eo minus ad te vel de tuis cibariis vel de mea liberalitate pervenisse. quod si mihi expensa ista HS C tulisses, tamen, quae tua est suavitas quique in me amor, nolles a me hoc tempore aestimationem accipere; nam, numeratum si cuperem, non erat. sed haec iocatum me putato, ut ego te existimo; ego tamen, cum Tullius rure redierit, mittam eum ad te, si quid ad rem putabis pertinere. hanc epistolam cur non scindi velim, causa nulla est.

---

1. mihi *om. R* ‖ deferendos *M*, defendendos *G*, den | dendos *R* ‖ 3. rationem *R* ‖ rettulissem ς ‖ 5. et | et *M* ‖ 7. sestertiis *Ω*, HS ς ‖ 8. de quibus *om. R* ‖ myrina *R*, mȳrina *M*, marina, i *sup. vs. a m.* 1, *G* ‖ 10. quod iam *M*, quod *GR* ‖ 11. decessimus] decessissemus ς, decesseramus *alii* ‖ quidem *MR*, quid *G* ‖ 12. quam tum *R*, quantum *MG* ‖ habeamus *GR* ‖ 13. tum *om. GR* 15. de HS C] de CC C̄ *M*, de sesterciis *G*, *om. R* ‖ ei] hi *M*, hii *GR* ‖ 16. illud *om. R* ‖ 17. peccuniam *M* ‖ salvis legibus] *cf. Mommsen 'Staatsr.'* I² *p.* 297 *sq.* 18. XXII *scripsi*, XXII *Ω*, (sestertium) bis et vicies *Wesenberg* ‖ 20. HS C] sesterciis *G* ‖ 21. uel de tuis *MR*, de tuis *G* ‖ 22. HS C tulisses *M*, ss. contulisses *GR* ‖ 24. haec *MR*, hoc *G* ‖ locatum *MR* ‖ 25. te (*ante exist.*) *om. G* 27. non scindi] conscindi *malim cum Hirschfeldio* (*Herm.* V *p.* 297), *non propter verbum* (*v. Georges ib.* XI *p.* 127) *sed propter rem*

XXI. (202.)

M. CICERO S. D. L. MESCINIO.

1 Gratae mihi tuae litterae fuerunt, ex quibus intellexi, quod etiam sine litteris arbitrabar, te summa cupiditate adfectum esse videndi mei: quod ego ita lubenter accipio, ut tamen tibi non concedam; nam tecum esse, ita mihi communia omnia, quae opto, contingant, ut vementer velim! etenim, cum esset maior et virorum et civium bonorum et iucundorum hominum et amantium mei copia, tamen erat nemo, quicum essem libentius quam tecum, et pauci, quibuscum essem aeque libenter; hoc vero tempore, cum alii interierint, alii absint, alii mutati voluntate sint, unum medius fidius tecum diem libentius posuerim quam hoc omne tempus cum plerisque eorum, quibuscum vivo necessario; noli enim existimare mihi non solitudinem iucundiorem esse, qua tamen ipsa uti non licet, quam sermones eorum, qui frequentant domum meam, excepto
2 uno aut summum altero. itaque utor eodem perfugio, quo tibi utendum censeo, litterulis nostris, praeterea conscientia etiam consiliorum meorum; ego enim is sum, quemadmodum tu facillime potes existimare, qui nihil unquam mea potius quam meorum civium causa fecerim; cui nisi invidisset is, quem tu numquam amasti — me enim amabas —, et ipse beatus esset et omnes boni. ego sum, qui nullius vim plus valere volui quam honestum otium, idemque, cum illa ipsa arma, quae semper timueram, plus posse sensi quam illum consensum bonorum, quem ego idem effeceram, †quavis tota condicione pacem accipere malui quam viribus cum valentiore pugnare. sed et haec et multa alia coram brevi tempore licebit.
3 neque me tamen ulla res alia Romae tenet nisi expectatio rerum Africanarum — videtur enim mihi res in propinquum adducta discrimen —; puto autem mea nonnihil interesse — quamquam id ipsum, quid intersit, non sane intellego —, verumtamen, quidquid illinc nuntiatum sit, non longe abesse a consiliis amicorum; est enim res iam in eum locum adducta, ut, quanquam multum intersit inter eorum causas, qui dimicant, tamen inter victorias non multum

4. te *GR*, et *M* ‖ adfectum esse *om. G* ‖ 5. libenter *GR* ‖ 6. esse ita mihi *MR*, ita esse *G* ‖ communia] commoda ς, omnino *Orelli, del. alii.* communia ⟨et propria commoda⟩ *Lehmann* (*p.* 28) ‖ 7. uehementer *GR* ‖ etenim] ut enim *M*, tu enim *G*, ut tu enim *R*, tum enim *Klotz* ‖ esset *M*, *et R sed* et *in ras. a m.* 1, esses *G* ‖ 10. cum *om. R* ‖ 14. uti ipsa *G* ‖ 19. explicare *G* 20. tu *om. G* ‖ 23. timuram *M* ‖ quam — 24. effeceram *om. R* ‖ 24. quauis *M*, quamuis *GR* ‖ tota] tuta ς. *expectaveris* quamvis iniqua (dura *sim.*), *cf.* VI, 4, 4: 'cupiebam quamvis iniqua condicione pacem', *Phil.* II, 37, *al. in idem H. A. Koch* ('*coni. Tull.*' *p.* 32) *incidit* ‖ 33. in eorum causas *G*

interfuturum putem. sed plane animus, qui dubiis rebus forsitan
fuerit infirmior, desperatis confirmatus est multum; quem etiam
tuae superiores litterae confirmarunt, quibus intellexi, quam fortiter
iniuriam ferres, iuitque me tibi cum summam humanitatem, tum
etiam tuas litteras profuisse; verum enim scribam: teneriore mihi
animo videbare, sicut omnes fere, qui vita ingenua in beata civitate
et in libera viximus; sed, ut illa secunda moderate tulimus, sic 4
hanc non solum adversam, sed funditus eversam fortunam fortiter
ferre debemus, ut hoc saltim in maximis malis boni consequamur,
ut mortem, quam etiam beati contemnere debebamus, propterea
quod nullum sensum esset habitura, nunc sic adfecti non modo
contemnere debeamus, sed etiam optare. tu, si me diligis, fruere 5
isto otio tibique persuade praeter culpam ac peccatum, qua semper
caruisti et carebis, homini accidere nihil posse, quod sit †honora-
bile aut pertimescendum. ego, si videbitur recte fieri posse, ad te
veniam brevi; si quid acciderit, ut mutandum consilium sit, te cer-
tiorem faciam statim: tu ita fac cupidus mei videndi sis, ut istinc
te ne moveas tam infirma valetudine, nisi ex me prius quaesieris
per litteras, quid te velim facere. me velim, ut facis, diligas vale-
tudinique tuae et tranquillitati animi servias.

1. animus ⟨meus⟩ *Wesenberg* ‖ 4. iuitque] luitque *MR*, luuitque *G*, invitque ς. *cf. ad* III, 1, 1 ‖ 6. fere qui] fereque *M*, fere que *G*, fere quique *R* vitam ingenuam *Orelli et Wesenberg, fort. recte, cf. Landgraf act. semin. Erlang.* II *p.* 22 ‖ 7. et in libera] et libera ς, et in libera ⟨re p.⟩ *Wesenberg* | sic *R*², si *GR*¹, si ¦, 1 *litt. er., M* ‖ 9. saltem *GR* ‖ 10. beati *om. G* ‖ contenere *M* ‖ debebamus] debeamus *Ω* ‖ propterea — 12. debeamus *om. G* ‖ 12. fuere *M* ‖ 13. ac peccatum *iniuria a Kleynio* (*p.* 5) *deleta. cf. H. Boldt 'de liberiore linguae Gr. et Lat. colloc. verb.'* (*diss. Gotting.* 1884) *p.* 126 *sq. et Schmalz in Bursiani 'Iahresbericht'* 1884 II *p.* 49 ‖ 14. nihi *M*, nil *G* ‖ 14. 15. honorabile *M*, inhonorabile *GR*, horribile ς, *bene. nec est quod in* aut *particula — volebam aliquando* et *coll. Cic. p. Sulla* 59 'illud erat hominum genus horribile et pertimescendum' — *offendamus: cf.* V, 8, 2: 'tam promptum aut tam paratum', VI, 1, 2: 'explicatam aut exploratam rationem', *C. F. W. Müller ad Cic. Lael. p.* 470² ‖ 15. aut *MR*, ac *G*, *coniectura puto* ‖ posse *om. GR* ‖ 16. mutandum ex -am *M*¹ ‖ 17. uidendus *GR* ‖ 18. te] tu *Ω* ‖ ualitudine *M* ‖ 20. seruias. M. TVLLI CICERONIS EPISTVLARVM AD Q. METELL. ET CETER. EXPL. INCIPIT AD A. TORQVATVM FELICITER *M*, seruias. incipiunt capitula *G*, M. Tullii Ciceronis epistolarum ad Q. Metellum et ceteros l. V explicit. incipit ad A. Torquatum feliciter liber VI *R*

VI.

I. (242.)

M. CICERO S. D. A. TORQVATO.

1 Etsi ea perturbatio est omnium rerum, ut suae quemque fortunae maxime paeniteat nemoque sit, quin ubivis quam ibi, ubi est, esse malit, tamen mihi dubium non est, quin hoc tempore bono viro Romae esse miserrimum sit; nam, etsi, quocumque in loco quisquis est, idem est ei sensus et eadem acerbitas ex interitu rerum et publicarum et suarum, tamen oculi augent dolorem, qui ea, quae ceteri audiunt, intueri cogunt nec avertere a miseriis cogitationem sinunt: quare, etsi multarum rerum desiderio te angi necesse est, tamen illo dolore, quo maxime te confici audio, quod Romae non sis, animum tuum libera; etsi enim cum magna molestia tuos tuaque desideras, tamen illa quidem, quae requiris, suum statum tenent nec melius, si tu adesses, tenerent nec sunt ullo in

1. *Libro sexto in MG hic praemissus est index* (*leves quaedam G discrepantiae omissae sunt*): 1. M. CICERO S. D. A. TORQVATO | ETSI EA PERTVRBATIO EST (*hoc v. om. G*) ‖ 2. M. CICERO S. D. A. TORQVATO | PETO A TE NE ME PVTES (*haec tria v. om. G*) ‖ 3. M. CICERO S. D. A. TORQVATO | SVPERIORIBVS LITTERIS (*hoc v. om. G*) ‖ 4. M. CICERO S. D. A. TORQVATO | NOVI QVID AD TE SCRIBEREM (*hoc v. om. G*) ‖ 5. M. CICERO S. D. A. CAECINAE | QVOTIENSCVMQVE FILIVM TVVM (*haec duo v. om. G*) 6. M. CICERO S. D. A. CAECINAE | VEREOR NE DESIDERES (des. *G*) 7. CAECINA CICERONI PLVR. SAL. | QVOD TIBI NON TAM CELERITER (*hoc v. om. G*) ‖ 8. CICERO CAECINAE (s. d. *add. G*) | CVM ESSET MECVM LARGVS (*hoc v. om. G*) ‖ 9. M. (*om. G*) CICERO FVRFANO (Fursano *G*) PROCOS. SAL. | CVM A CAECINA TANTA MIHI (*haec duo v. om. G*) ‖ 10. M. (*om. G*) CICERO TREBIANO SAL. | EGO QVANTI (quanta *G*) TE FACIAM SEMPERQVE (*hoc v. om. G*) ‖ 11. M. (*om. G*) CICERO S. D. TREBIANO | DOLABELLA MANTEA (dolo bellam antea *G*) ‖ 12. CICERO AMPIO (Appio *G*) SAL. PLVR. | GRATVLOR TIBI MI BALBE (*haec tria v. om. G*) ‖ 13. CICERO (s. d. *add. G*) LIGARIO | ETSI TALI TVO TEMPORE ‖ 14. CICERO (s. d. *add. G*) LIGARIO | ME SCITO OMNEM MEVM LABOREM (*haec duo v. om. G*) ‖ 15. CICERO BASILIO SAL. | TIBI GRATVLOR MIHI (tibi *G*) GAVDEO 16. BITHINICVS CICERONI SAL. | SI MIHI TECVM ‖ 17. CICERO (s. d. *add. G*) BITHYNICO | CVM CETERARVM RERVM (*hoc v. om. G*) ‖ 18. CICERO (s. d. *add. G*) LEPTAE | SIMVLATQVE ACCEPI ‖ 19. CICERO LEPTAE (s. d. *add. G*) | MACVLAM OFFICIO ‖ 20. CICERO TORIANO (toramo, *ult.* o *ex* a G^2) SAL. | DEDERAM TRIDVO ‖ 21. CICERO TARANIO (Tyranio *G*) | ETSI CVM HAEC AD TE SCRIBEBAM (scribam *G*) ‖ 22. CICERO DOMITIO | NON EA RES ME DETERRVIT ‖ 4. nemoque] nemo que, *cum ras. sup. ult.* e, *R*, nemo qui *MG* ‖ ubiuis quam *M*, ubi usquam *G*, ubi unquam *R* ‖ 4. 5. ubi sit *Wesenberg* ‖ 5. malit — non est *om.* R^1 ‖ quin — 6. esse *om. R* ‖ 7. quisquis *tenui contra aliorum* quisque, *quamvis improbantibus Lachmanno* (*ad Lucr.* V 264) *et Madrigio* (*ad Cic. de fin.* V 24). *masculina forma — de neutrali non dubitatur — ita usurpata extat etiam in l. Iulia municipali* (*C. I. L.* I 206, 13): 'quod quemquem h. l. profiterei oportebit', *ubi non est cur de lapicidae errore cogitemus* ‖ 9. cogunt *GR*, coguntur *M*

proprio periculo, nec debes tu, cum de tuis cogitas, aut praecipuam
aliquam fortunam postulare aut communem recusare. de te autem 2
ipso, Torquate, est tuum sic agitare animo, ut non adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem aut timorem; nec enim is, qui in te adhuc iniustior, quam tua dignitas postulabat, fuit, non magna signa dedit animi erga te mitigati, nec tamen is ipse, a quo salus petitur, habet explicatam aut exploratam rationem salutis suae, cumque omnium bellorum exitus incerti sint, ab altera victoria tibi periculum nullum esse perspicio, quod quidem ⟨se⟩iunctum sit ab omnium interitu, ab altera te ipsum numquam
timuisse certo scio. reliquum est, ut te id ipsum, quod ego quasi 3
consolationis loco pono, maxime excruciet, commune periculum rei p.: cuius tanti mali, quamvis docti viri multa dicant, tamen vereor ne consolatio nulla possit vera reperiri praeter illam, quae tanta est, quantum in cuiusque animo roboris est atque nervorum; si enim bene sentire recteque facere satis est ad bene beateque vivendum, vereor, ne eum, qui se optimorum consiliorum conscientia sustentare possit, miserum esse nefas sit dicere. nec enim nos arbitror victoriae praemiis ductos patriam olim et liberos et fortunas reliquisse; sed quoddam nobis officium iustum et pium et debitum rei p. nostraeque dignitati videbamur sequi, nec, cum id faciebamus, tam eramus amentes, ut explorata nobis esset victoria.
quare, si id evenit, quod ingredientibus nobis in causam propositum 4
fuit accidere posse, non debemus ita cadere animis, quasi aliquid evenerit, quod fieri posse numquam putarimus. simus igitur ea mente, quam ratio et veritas praescribit, ut nihil in vita nobis praestandum praeter culpam putemus, eaque cum careamus, omnia humana placate et moderate feramus. atque haec eo pertinet oratio, ut perditis rebus omnibus tamen ipsa virtus se sustentare posse videatur; sed, si est spes aliqua rebus communibus, ea tu, quicum-
que status est futurus, carere non debes. atque haec mihi scribenti 5
veniebat in mentem me esse eum, cuius tu desperationem accusare solitus esses quemque auctoritate tua cunctantem et diffidentem

1. tu *MG*, tum *R* ‖ 4. cogitationum *ex* -em *M*[c], *ut vid.* ‖ 6. tamen] etiam *Pluygers* (*Mnemos.* IX. 1881. *p.* 115), *iniuria* ‖ 8. salutis tue *R* ‖ 8. 9. ab altera — 10. interitu *om. GR* ‖ 9. 10. quidem seiunctum ς, quidem | iunctum *M* ‖ 11. certe *GR* ‖ 12. loco *GR*, lono *M* ‖ 13. multi *R* ‖ 14. ulla *G* ‖ 16. sentire uoluerimus recteque *G* ‖ 16. 17. est atque beate uiuendum *G* ‖ 16. at *M* ‖ 21. videbamur sequi] uidebatur sed qui *Ω* ‖ 22. tam] tamen *Ω* ‖ ut *om. R*[1] ‖ 24. debemus ea cadere nimis *R* ‖ 25. putauerimus *R*, putaremus *G* ‖ 26. mente — praescribit *om. R*[1] ‖ 28. placate et moderate feramus *ex h. l. adfert Charis. p.* 212, 16 *K.* ‖ 30. aliqua *GR*, aliqua e *M*, aliqua de *Wesenberg* ‖ 32. ueniebant *Ω*

excitare — quo quidem tempore non ego causam nostram, sed consilium improbabam; sero enim nos eis armis adversari videbam, quae multo ante confirmata per nosmet ipsos erant, dolebamque pilis et gladiis, non consiliis neque auctoritatibus nostris de iure publico disceptari; neque ego, ea, quae facta sunt, fore cum dicebam, divinabam futura, sed, quod et fieri posse et exitiosum fore, si evenisset, videbam, id ne accideret, timebam, praesertim cum, si mihi alterum utrum de eventu atque exitu rerum promittendum esset, id futurum, quod evenit, exploratius possem promittere; eis enim rebus praestabamus, quae non prodeunt in aciem, usu autem armorum et militum robore inferiores eramus —; sed tu illum animum nunc adhibe, quaeso, quo me tum esse oportere censebas.
6 haec eo scripsi, quod mihi Philargyrus tuus omnia de te requirenti fidelissimo animo, ut mihi quidem visus est, narravit te interdum sollicitum solere esse vementius: quod facere non debes nec dubitare, quin aut aliqua re p. sis is futurus, qui esse debes, aut perdita non adflictiore condicione quam ceteri. hoc vero tempus, quo exanimati omnes et suspensi sumus, hoc moderatiore animo ferre debes, quod et in urbe ea es, ubi nata et alta est ratio ac moderatio vitae, et habes Ser. Sulpicium — quem semper unice dilexisti —, qui te profecto et benevolentia et sapientia consolatur, cuius si essemus et auctoritatem et consilium secuti, togati potius
7 potentiam quam armati victoriam subissemus. sed haec longiora fortasse fuerunt, quam necesse fuit; illa, quae maiora sunt, brevius exponam: ego habeo, cui plus quam tibi debeam, neminem — quibus tantum debebam, quantum tu intellegis, eos huius mihi belli casus eripuit —; qui sim autem hoc tempore, intellego, sed, quia nemo est tam adflictus, quin, si nihil aliud studeat nisi id, quod agit, possit navare aliquid et efficere, omne meum consilium operam, studium certe, velim existimes tibi tuisque liberis esse debitum.

---

2. eis] his Ω, iis ς ‖ 3. quae *GR*, quem *M* ‖ 4. nostris *M*, *om. GR delerique voluerat H. A. Koch* (*'coni. Tull.' p.* 32) ‖ 5. ea *om. G* ‖ 6. divinabam *om. R* ‖ 9. eis] his Ω, iis ς ‖ 13. quod *GR*, quid *M* ‖ 15. solere *om. G* uehementius *GR* ‖ 15. 16. debes nec dubitare *MR*, dubitare debes *G* ‖ 16. aliqua *M*, reparata *GR*, *quo glossemate non debebat Streicher* (*p.* 176) *ita uti ut* recreata aliquando *coniceret* ‖ sis is *Klotz*, si sis Ω, sis ς ‖ 19. et in *MG*, in *R* ‖ ea es ubi nata *M*, es ubi nata *R*, subitata *G* ‖ 23. armati — 24. quam *om.* R^1 ‖ 25. ego *om. GR* ‖ 26. debebam *M*, debeam *GR* ‖ 28. quin] qui Ω ‖ 29. possit nauigare et efficere *G*

II. (292.)

M. CICERO S. D. A. TORQVATO.

Peto a te, ne me putes oblivione tui rarius ad te scribere, 1
quam solebam, sed aut gravitate valetudinis, qua tamen iam paulum videor levari, aut quod absim ab urbe, ut, qui ad te proficiscantur, scire non possim; quare velim ita statutum habeas, me tui memoriam cum summa benevolentia tenere tuasque omnis res non minori mihi curae quam meas esse. quod maiore in 2
varietate versata est adhuc tua causa, quam homines aut volebant aut opinabantur, mihi crede, non est pro malis temporum, quod moleste feras; necesse est enim aut armis urgeri rem p. sempiternis aut his positis recreari aliquando aut funditus interire: si arma valebunt, nec eos, a quibus reciperis, vereri debes nec eos, quos adiuisti; si armis aut condicione positis aut defetigatione abiectis aut victoria detractis civitas respiraverit, et dignitate tua frui tibi et fortunis licebit; sin omnino interierint omnia fueritque is exitus, quem vir prudentissimus, M. Antonius, iam tum timebat, cum tantum instare malorum suspicabatur, misera est illa quidem consolatio, tali praesertim civi et viro, sed tamen necessaria, nihil esse praecipue cuiquam dolendum in eo, quod accidat universis. quae vis insit in his paucis verbis — plura enim committenda 3
epistolae non erant —, si adtendes, quod facis, profecto etiam sine meis litteris intelleges te aliquid habere, quod speres, nihil, quod aut hoc aut aliquo rei p. statu timeas; omnia si interierint, cum superstitem te esse rei publicae ne si liceat quidem velis, ferendam esse fortunam, praesertim quae absit a culpa. sed haec hactenus: tu velim scribas ad me, quid agas et ubi futurus sis, ut aut quo scribam aut quo veniam scire possim.

III. (282.)

M. CICERO S. D. A. TORQVATO.

Superioribus litteris benevolentia magis adductus, quam quo 1
res ita postularet, fui longior; neque enim confirmatione nostra

4. soleam *G* ‖ 5. paullum ς ‖ absim *om. R* ‖ ut *om. R* ‖ 5. 6. proficiscantur ς, -car *G*, -catur *MR* ‖ 11. feras *ex* feres *M*ᶜ ‖ 12. his] iis *alii* regreari, o (*sic a M*ᶜ), *M* ‖ 13. reciperis] receperis Ω, recipieris *alii* 14. adiuisti *M*, adiuuisti *GR*, adiuisti ς ‖ defatigatione *GR* ‖ 17. is *R*, *et in ras. M*ᶜ (*habet P*), *om. G* ‖ tum *om. G* ‖ 19. uiri *M* ‖ 20. accidit *G* 25. esse *om. G* ‖ 26. cum absis a culpa *aut* a qua absit culpa *Kleyn* (*p.* 6) actenus Ω ‖ 27. et ubi *M*, aut tibi *R*, aut tu ibi *G* ‖ 28. quo *om. G*

egebat virtus tua neque erat ea mea causa atque fortuna, ut, cui
2 ipsi omnia deessent, alterum confirmarem. hoc item tempore bre-
vior esse debeo; sive enim nihil tum opus fuit tam multis verbis,
nihilo magis nunc opus est, sive tum opus fuit, illud satis est,
praesertim cum accesserit nihil novi: nam, etsi cotidie aliquid
audimus earum rerum, quas ad te perferri existimo, summa tamen
eadem est et idem exitus; quem ego tam video animo, quam ea,
quae oculis cernimus, nec vero quicquam video, quod non idem
te videre certo scio; nam, etsi, quem exitum acies habitura sit,
divinare nemo potest, tamen et belli exitum video et, si id minus,
hoc quidem certe, cum sit necesse alterum utrum vincere, qualis
3 futura sit vel haec vel illa victoria. idque cum optime perspexi,
tale video, nihil ut mali videatur futurum, si id vel ante acciderit,
quod vel maximum ad timorem proponitur; ita enim vivere, ut
tum sit vivendum, miserrimum est, mori autem nemo sapiens
miserum dixit, ne beato quidem. sed in ea es urbe, in qua haec
4 vel plura et ornatiora parietes ipsi loqui posse videantur. †ego
tibi hoc confirmo, etsi levis est consolatio ex miseriis aliorum,
nihilo te nunc maiore in discrimine esse quam quemvis aut eorum,
qui discesserint: alteri dimicant, alteri victorem timent. sed haec
consolatio levis est; illa gravior, qua te uti spero, ego certe utor:
nec enim, dum ero, angar ulla re, cum omni vacem culpa, et, si
non ero, sensu omnino carebo. sed rursus γλαῦκ' εἰς Ἀϑήνας, qui
ad te haec. mihi tu, tui, tua omnia maximae curae sunt et, dum
vivam, erunt. vale.

1. ea *om.* *G* ‖ ut *GR*, aut *M* ‖ 2. idem *G* ‖ 5. praesertim *om.* *G* ‖ 9. scio] sciam *Lambinus, bene. cf. Schmalz ad Reisigii schol. synt. Lat. p.* 505 10. diuinare nemo *M*, diuinari non *GR* ‖ 12. uel haec *M*, haec *GR* ‖ 13. ⟨tum⟩ tale *Wesenberg, bene* ‖ id vel] vel id *Martyni-Laguna*, id ⟨vel simul⟩ vel *F. Hofmann*, id *Kayser* ‖ 15. tum *MG*, non *R* ‖ sit] erit *Pluygers* (*Mnemos.* IX. 1881. *p.* 115) ‖ 16. duxit ς ‖ 18. aliorum *om.* *R* ‖ 19. quam] quem *R* ‖ 19. 20. aut eorum *MG*, auctorum *R*. aut eorum (qui discesserint) ⟨aut eorum qui remanserint⟩ ς. victorum *vel* devictorum *Streicher* (*p.* 205), victorum (qui ⟨vivi⟩ disc.) *Purser* (*Hermathenae* XI. 1885. *p.* 299). *ac supplemento quidem illo vetere non emendari sed pessum dari sententiam iam homo doctus in mg. repet. Lambin. intellexit, cuius tamen ratio* quam quemvis eorum, qui discesserunt *proponentis ideo non placet quod* discesserunt *sic positum quid significet nemo dixerit. immo in hoc ipso verbo sedes videtur vitii quaerenda, adaucti eius postea* aut *particula — propter eam quae sequitur dichotomiam — perperam inlata. scripserim igitur:* quam quemvis eorum, qui dissenserint (*vel* -serunt), *i. e. qui consilium tuum post pugnam Pharsalicam in exilium voluntarium secedentis imitati non sunt, sed aut bellare perrexerunt aut Caesari se dediderunt. atque eadem plane Cicero ad M. Marcellum, ipsum quoque Athenis exulantem, argumentatione antea usus erat* (IV, 7, 3): 'qui non idem, quod tu, consilium secuti sunt (*h. l.* qui dissenserunt), eos video in duo genera esse distractos; aut enim renovare bellum conati sunt (*h. l.* alteri dimicant) aut, quemadmodum nos, victori sese crediderunt' (*h. l.* alteri victorem timent) ‖ 21. te uti] te ut *M*, ut te *G*, uite *R* ‖ 22. dum ero *M*, duro *GR* .

IV. (284.)

M. CICERO S. D. A. TORQVATO.

Novi, quod ad te scriberem, nihil erat, et tamen, si quid 1
esset, sciebam te a tuis certiorem fieri solere; de futuris autem rebus etsi semper difficilest dicere, tamen interdum coniectura possis propius accedere, cum est res eiusmodi, cuius exitus provideri possit. nunc tantum videmur intellegere, non diuturnum bellum, etsi id ipsum nonnullis videmur secus. equidem, cum haec scribebam, aliquid iam actum putabam † non quo sed quod difficilis erat coniectura; nam, cum omnis belli Mars communis et cum semper incerti exitus proeliorum sunt, tum hoc tempore ita magnae utrimque copiae, ita paratae ad depugnandum esse dicuntur, ut, utercumque vicerit, non sit mirum futurum. illa in dies singulos magis magisque opinio hominum confirmatur, etiamsi inter causas armorum aliquantum intersit, tamen inter victorias non multum interfuturum: alteros propemodum iam sumus experti, de altero, nemo est quin cogitet, quam sit metuendus iratus victor armatus. hoc loco si videor augere dolorem tuum, quem con- 2
solando levare debeam, fateor me communium malorum consolationem nullam invenire praeter illam — quae tamen, si possis eam suscipere, maxima est quaque ego cotidie magis utor —: conscientiam rectae voluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarum nec esse ullum magnum malum praeter culpam: a qua quoniam tantum absumus, ut etiam optime senserimus, eventusque magis nostri consilii quam consilium reprehendatur, et quoniam praestitimus, quod debuimus, moderate, quod evenit, feramus. sed hoc mihi tamen non sumo, ut te consoler de communibus miseriis, quae ad consolandum maioris ingenii et ad

3. quod *R*, quid *MG* ‖ 5. difficilest *M*[1], difficile est *M*[c]*GR* ‖ 6. cum res est huiusmodi *R* ‖ 7. 8. ⟨futurum⟩ bellum *Baiter*, bellum ⟨fore⟩ *Lambinus* ‖ 8. uidemur *MG*, uidetur *R*. *de* secus *v. cf. Boot ad Cic. ad Att.* I, 19, 11 ‖ 9. 10. non quo sed quod difficilis] *M*[c] *vel M*[r] in *mg. defectus signum ad* sed *relatum posuit.* non quo ⟨ego certo sciam⟩ (*alii* ⟨scirem⟩) sed quod ⟨haud⟩ d. ς, non quo — — sed quid? d. *Orelli*, non quomodo, sed quid, d. *Wesenberg*, sed quid *omissis* non quo *v. Schütz. scripserim* (*cf. ann. phil.* 1891 *p.* 75): putabam — non quo secundum quos: difficilis erat coniectura; nam. *atque in* non quo *quidem verbis facile excusabitur ellipsis — recte Lehmann* (*p.* 81) *contulit Cic. ad Att.* V, 4, 1 —, secundum (sc͞d) quos *ut facile efficitur ex* sed quod, *ita translatum a iudicum sententia* (*cf. Studemund* 'Breslauer philol. Abhandl.' II, 3. 1888. *p.* XXVII) *ad Martis iudicium in epistulari praesertim libertate non offendit. cf. etiam Tac. hist.* III, 7: 'post principia belli secundum Flavianos data' ‖ 17. quam] cum *Ω* ‖ 18. augere ‖, 1 *litt. er.*, *MR* ‖ 19. debebam ς ‖ maiorum *M* ‖ 28. quae ⟨et⟩ ad *alii*

ferundum singularis virtutis indigent: illud cuivis facile est docere,
cur praecipue tu dolere nihil debeas; eius enim, qui tardior in te
levando fuit, quam fore putaremus, non est mihi dubia de tua
salute sententia, de illis autem non arbitror te exspectare quid
3 sentiam. reliquum est, ut te angat, quod absis a tuis tamdiu:
res molesta, praesertim ab eis pueris, quibus nihil potest esse
festivius; sed, ut ad te scripsi antea, tempus est huiusmodi, ut
suam quisque condicionem miserrimam putet et, ubi quisque sit,
ibi esse minime velit. equidem nos, qui Romae sumus, miserri-
mos esse duco, non solum quod in malis omnibus acerbius est
videre quam audire, sed etiam quod ad omnis casus subitorum
periculorum magis obiecti sumus, quam si abessemus; etsi me
ipsum, consolatorem tuum, non tantum litterae, quibus semper
4 studui, quantum longinquitas temporis mitigavit. quanto fuerim
dolore, meministi: in quo prima illa consolatio est, vidisse me plus
quam ceteros, cum cupiebam quamvis iniqua condicione pacem,
quod etsi casu, non divinatione mea factum est, tamen in hac
inani prudentiae laude delector; deinde, quod mihi ad consola-
tionem commune tecum est, si iam vocer ad exitum vitae, non ab
ea re p. avellar, qua carendum esse doleam, praesertim cum id
sine ullo sensu futurum sit; adiuat etiam aetas et acta iam vita,
quae cum cursu suo bene confecto delectat, tum vetat in eo vim
timere, quo nos iam natura ipsa paene perduxerit; postremo is vir
vel etiam ei viri hoc bello occiderunt, ut impudentia videatur ean-
dem fortunam, si res cogat, recusare. equidem mihi omnia pro-
pono nec ullum est tantum malum, quod non putem inpendere;
sed, cum plus in metuendo mali sit quam in ipso illo, quod
timetur, desino, praesertim cum id impendeat, in quo non modo
dolor nullus, verum finis etiam doloris futurus sit. sed haec satis
multa vel plura potius, quam necesse fuit; facit autem non loqua-
5 citas mea, sed benivolentia longiores epistolas. Servium discessisse

1. ferendum *G* ‖ 3. putaramus *Lambinus* ‖ 4. illis] aliis *post alios Madvig* (*'adv. crit.'* III *p.* 158) ‖ exispectare *M* ‖ 6. eis] his *Ω*, iis ς ‖ 7. eiusmodi *R* ‖ 9. uelim *M* ‖ 9. 10. miserrimos *GR*, -mō (ū *superscript*), ū *a* M^c, *M*, *unde* nos quod *R*. s. miserrimum ς ‖ 10. non solum *om. G* ‖ 12. quam si *G*, quam et si *MR* ‖ 14. studii *G*, *et* R^1 *ante correctionem* ‖ fuerim ⟨in⟩ d. *Lambinus. at v. Hofmann-Andresen ad Cic. ad Att.* XVI, 4, 1 (*t.* II² *p.* 124) *et Nipperdey-Lupus*² *ad Nep. Eum.* 3, 6 ‖ 15. dodore *M* ‖ plus] prius *Ω* ‖ 17. in hac] hac ς ‖ 21. adiuat M^1, adiuuat M^c*GR* ‖ etiam ς, iam *Ω*, *del. Streicher* (*p.* 164) ‖ acta iam *M*, ea *GR* ‖ 22. quae cum *GR*, quaetum *M* ‖ cursu *ex* cur M^c ‖ suo *om. GR* ‖ delectat *Wesenberg*, -tatur (*ex* -tator G^1) *Ω* ‖ vetat *om. GR* ‖ in eo *M*, in ea *GR* (*vel* mea *R*) ‖ 23. quo *ex* qua M^1 ‖ 24. ei] hi *Ω*, ii ς ‖ 24. impudentis *Lambinus* ‖ 28. desino] ⟨timere⟩ *vel* ⟨metuere⟩ desino *Wesenberg, iniuria puto* ‖ 29. ullus *G* ‖ 30. potius *om. G* ‖ 31. longioris *M*

Athenis moleste tuli: non enim dubito, quin magnae tibi levationi solitus sit esse cotidianus congressus et sermo cum familiarissimi hominis, tum optimi et prudentissimi viri. tu velim te, ut debes et soles, tua virtute sustentes: ego, quae te velle quaeque ad te et ad tuos pertinere arbitrabor, omnia studiose diligenterque curabo; quae cum faciam, benivolentiam tuam erga me imitabor, merita non adsequar. vale.

V. (248.)

M. CICERO S. D. A. CAECINAE.

Quotienscumque filium tuum video — video autem fere coti- 1
die —, polliceor ei studium quidem meum et operam sine ulla
exceptione aut laboris aut occupationis aut temporis, gratiam autem
atque auctoritatem cum hac exceptione, quantum valeam quantum-
que possim. liber tuus et lectus est et legitur a me diligenter et
custoditur diligentissime. res et fortunae tuae mihi maximae curae
sunt, quae quidem cotidie faciliores mihi et meliores videntur,
multisque video magnae esse curae, quorum de studio et de sua
spe filium ad te perscripsisse certo scio; eis autem de rebus, quas 2
coniectura consequi possumus, non mihi sumo, ut plus ipse pro-
spiciam, quam te videre atque intellegere mihi persuaserim, sed
tamen, quia fieri potest, ut tu ea perturbatiore animo cogites, puto
esse meum, quid sentiam, exponere: ea natura rerum est et is
temporum cursus, ut non possit ista aut tibi aut ceteris fortuna
esse diuturna neque haerere in tam bona causa et in tam bonis
civibus tam acerba iniuria. †quare ad eam spem, quam extra 3
ordinem de te ipso habemus, non solum propter dignitatem et
virtutem tuam — haec enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis
communia —, accedunt tua praecipua, propter eximium ingenium
summamque virtutem, cui mehercules hic, cuius in potestate sumus,
multum tribuit. itaque ne punctum quidem temporis in ista for-

1. tibi *om. R* ‖ 4. quaeque *M*ᶜ*R*, quae qui *M*¹, quae *G* ‖ 10. tuum uideo **M**ᶜ, t. uidi **M¹GR** ‖ 18. certe *G* ‖ eis] his **Ω**, iis *alii* ‖ 21. putes **GR** ‖ 25. quare *cet.*] *enuntiatum graviter corruptum aliorum coniecturis usus ita redintegrabat Boot* ('*obs. crit.*' *p.* 11): adde eam spem, quam . . . . . communia ⟨sed etiam⟩, quae sunt tua praecipua, propter eximium ingenium summamque eloquentiam, quibus m. *cet.*, *Madvigii* ('*op. ac.*' *p.* 321² *sive* I¹ *p.* 397) *ratione recte improbata. qua coniectura quin Ciceronis sententia fere recuperata sit non dubito, vehementer dubito an verba* ‖ 27. etiam *suspectum Wesenbergio* ‖ 28. accidunt *R* ‖ 29. virtutem *ex proximo* (*vs.* 27) *virtutem ortum.* eloquentiam *restituebat Schütz*, doctrinam ς, eruditionem *I. Fr. Gronovius*, venustatem *Klotz*, ⟨dicendi⟩ virtutem *Koch* (*Philol. Anz.* V *p.* 161) ‖ mehercule *R*

tuna fuisses, nisi eo ipso bono tuo, quo delectatur, se violatum
putasset; quod ipsum lenitur cotidie, significaturque nobis ab eis,
qui simul cum eo vivunt, tibi hanc ipsam opinionem ingenii apud
4 illum plurimum profuturam. quapropter primum fac animo forti
atque magno sis — ita enim natus, ita educatus, ita doctus es,
ita etiam cognitus, ut tibi id faciendum sit —, deinde spem quo-
que habeas firmissimam propter eas causas, quas scripsi: a me
vero tibi omnia liberisque tuis paratissima esse confidas velim; id
enim et vetustas nostri amoris et mea consuetudo in meos et tua
multa erga me officia postulant.

VI. (229.)

M. CICERO S. D. A. CAECINAE.

1 Vereor, ne desideres officium meum — quod tibi pro nostra
et meritorum multorum et studiorum parium coniunctione deesse
non debet —, sed tamen vereor, ne litterarum a me officium
requiras, quas tibi et iam pridem et saepe misissem, nisi cotidie
melius exspectans gratulationem quam confirmationem animi tui
complecti litteris maluissem. nunc, ut spero, brevi gratulabimur:
2 itaque in aliud tempus id argumentum epistolae differo; his autem
litteris animum tuum, quem minime imbecillum esse et audio et
spero, etsi non sapientissimi, at amicissimi hominis auctoritate
confirmandum etiam atque etiam puto, nec eis quidem verbis, qui-
bus te consoler ut adflictum et iam omni spe salutis orbatum, sed
ut eum, de cuius incolumitate non plus dubitem, quam te memini
dubitare de mea; nam, cum me ex re p. expulissent ei, qui illam
cadere posse stante me non putarunt, memini me ex multis hospi-
tibus, qui ad me ex Asia, in qua tu eras, venerant, audire te de
3 glorioso et celeri reditu meo confirmare. si te ratio quaedam
Etruscae disciplinae, quam a patre, nobilissimo atque optimo viro,
acceperas, non fefellit, ne nos quidem nostra divinatio fallet; nam
cum sapientissimorum virorum monumentis atque praeceptis pluri-

2. cottidieque significatur *G* ‖ eis] his *Ω*, iis ς ‖ 3. uiuum *M*, uiuit, *ut vid.*, G^1 ‖ tibi *om. R* ‖ 8. tuis *om.* G^1 ‖ esse *om. G* ‖ 12. A.] antonio *G*, *om. MR* ‖ 13. vereor] ⟨non⟩ vereor *alii. cf. Lehmann p.* 121 ‖ 14. parium *Victorius,* partum *Ω*, ⟨et⟩ partium *alii* ‖ 16. tibi *om. GR* ‖ et iam *M*, etiam *R*, et *G* ‖ et saepe misissem] et se demisissem *M*, etsi di misissem *G*, et se di misissem *R* ‖ 18. nunc gr. br. ut sp. *G* ‖ 19. id] in *Ω* ‖ 20. tuum *om. G* 21. etsi] si *Streicher* (*p.* 164) ‖ 22. eis] his *Ω*, iis ς ‖ 25. ei] ii *Ω* ‖ 26. putarunt] putarent *vel* putarant *vel* putabant *corrigunt* ‖ 28. ceteri *M* ‖ 29. etruscae ς, iratuscae *M*, mira tusce *R*, tusce *G*. *nec* tusca *forma placet nec ad* ratio *additum* mira ‖ 30. nam *Ω*, quam ς ‖ 31. nonumentis (*sic*) *M*, monimentis *G*, *et ex* monum. R^1, monitis *Kayser, quod post alios probat Lehmann* (*p.* 83), *iniuria puto*

moque, ut tu scis, doctrinae studio, tum magno etiam usu trac-
tandae rei p. magnaque nostrorum temporum varietate consecuti
sumus; cui quidem divinationi hoc plus confidimus, quod ea nos 4
nihil in his tam obscuris rebus tamque perturbatis umquam om-
nino fefellit. dicerem, quae ante futura dixissem, ni vererer, ne
ex eventis fingere viderer; sed tamen plurimi sunt testes me et
initio, ne coniungeret se cum Caesare, monuisse Pompeium et
postea, ne seiungeret: coniunctione frangi senatus opes, diiunctione
civile bellum excitari videbam. atque utebar familiarissime Caesare,
Pompeium faciebam plurimi, sed erat meum consilium cum fidele
Pompeio, tum salutare utrique. quae praeterea providerim, prae- 5
tereo; nolo enim hunc de me optime meritum existimare ea me
suasisse Pompeio, quibus ille si paruisset, esset hic quidem clarus
in toga et princeps, sed tantas opes, quantas nunc habet, non
haberet: eundum in Hispaniam censui; quod si fecisset, civile
bellum nullum omnino fuisset. rationem haberi absentis non tam
pugnavi ut liceret, quam ut, quoniam ipso consule pugnante populus
iusserat, haberetur. causa orta belli est: quid ego praetermisi aut
monitorum aut querelarum, cum vel iniquissimam pacem iustissimo
bello anteferrem? victa est auctoritas mea, non tam a Pompeio — 6
nam is movebatur —, quam ab eis, qui duce Pompeio freti per-
opportunam et rebus domesticis et cupiditatibus suis illius belli
victoriam fore putabant. susceptum bellum est quiescente me,
depulsum ex Italia manente me, quoad potui, sed valuit apud me
plus pudor meus quam timor: veritus sum deesse Pompei saluti,
cum ille aliquando non defuisset meae. itaque vel officio vel fama
bonorum vel pudore victus, ut in fabulis Amphiaraus, sic ego
prudens et sciens 'ad pestem ante oculos positam' sum profectus;
quo in bello nihil adversi accidit non praedicente me. quare, 7
quoniam, ut augures et astrologi solent, ego quoque augur publi-
cus ex meis superioribus praedictis constitui apud te auctoritatem
augurii et divinationis meae, debebit habere fidem nostra prae-
dictio. non igitur ex alitis involatu nec e cantu sinistro oscinis,
ut in nostra disciplina est, nec ex tripudiis solistimis aut soniviis
tibi auguror, sed habeo alia signa, quae observem; quae etsi non

5. ni vererer *om.* *R* ‖ 7. se cum *M*, secum *GR* ‖ cesarem *G* ‖ 8. seiungeret ς, se iungeret *Ω*, se diiungeret *Kleyn* (*p.* 33) ‖ disiunctione *GR* ‖ 9. uidebam excitari bellum ciuile *G* ‖ 11. tum *M*, tum etiam *GR* ‖ 15. quid *M* ‖ 16. absentis haberi *G* ‖ 18. belli orta *G* ‖ 19. uel nequissimam *R* ‖ 21. eis] his *Ω*, iis ς ‖ 28. 'prudens — positam' *Ribbeck trag. rom. fr.*² *p.* 256 *cui et suspectum*, prudens — positam *Wesenberg* ‖ 33. involatu (in uiolatu *G*)] volatu *alii* ‖ 34. trepidis *G* ‖ aut *MR*, ut *G* ‖ soniuiis *M*, sonitu is *R*, somniis *G*

sunt certiora illis, minus tamen habent vel obscuritatis vel erroris.
8 notantur autem mihi ad divinandum signa duplici quadam via,
quarum alteram duco e Caesare ipso, alteram e temporum civilium
natura atque ratione. in Caesare haec sunt: mitis clemensque
natura, qualis exprimitur praeclaro illo libro 'querelarum' tuarum;
accedit, quod mirifice ingeniis excellentibus, quale est tuum, de-
lectatur; praeterea cedit multorum iustis et officio incensis, non
inanibus aut ambitiosis, voluntatibus, in quo vehementer eum con-
9 sentiens Etruria movebit. cur haec igitur adhuc parum profece-
runt? quia non putat se sustinere causas posse multorum, si tibi,
cui iustius videtur irasci posse, concesserit. 'quae est igitur',
inquies, 'spes ab irato?' eodem fonte se hausturum intelleget
laudes suas, e quo sit leviter aspersus. postremo homo valde est
acutus et multum providens: intellegit te, hominem in parte Italiae
minime contemnenda facile omnium nobilissimum et in communi
re p. cuivis summorum tuae aetatis vel ingenio vel gratia vel
fama populi R. parem, non posse prohiberi re publica diutius;
nolet hoc temporis potius esse aliquando beneficium quam iam
10 suum. dixi de Caesare; nunc dicam de temporum rerumque natura:
nemo est tam inimicus ei causae, quam Pompeius animatus melius
quam paratus susceperat, qui nos malos civis dicere aut homines
improbos audeat; in quo admirari soleo gravitatem et iustitiam et
sapientiam Caesaris: numquam nisi honorificentissime Pompeium
appellat. 'at in eius persona multa fecit asperius.' armorum ista
et victoriae sunt facta, non Caesaris. at nos quemadmodum est
complexus! Cassium sibi legavit; Brutum Galliae praefecit, Sul-
picium Graeciae; Marcellum, cui maxime suscensebat, cum summa
11 illius dignitate restituit. quo igitur haec spectant? rerum hoc
natura et civilium temporum non patietur, nec manens nec mu-
ta⟨ta⟩ ratio feret, primum ut non in causa pari eadem sit et con-
dicio et fortuna omnium, deinde ut in eam civitatem boni viri et
boni cives nulla ignominia notati non revertantur, in quam tot
12 nefariorum scelerum condemnati reverterunt. habes augurium meum,

1. habent *om.* *G* || 2. autem *om.* *R* || uia *ex* uiam *radendo* *M* || 3. alter[a]m, a *a m.* 1, *R*, alteram *ex* altero (?) G^1, alterum *M* || duce *G*, dico *R* || e *om.* *G* alteram e *GR*, altera me *M* (alterum M^r) || 5. illo q. t. libro *R* || 11. *post* cui *eras. in* *M* in || 12. eodem fonte se *MR*, eodem se fonte *G*. ⟨ex⟩ eodem f. se *Lambinus*, eodem ⟨e⟩ f. se *Baiter*, eodem ⟨de⟩ f. se *Klotz* || intelleget] intellegest *M*, -lexi *G*, -lexisti *R*, -legit *alii* || 13. e quo *M*, ex equo *R*, quo *G* 16. cuiuis *M*, cuiusuis *G*, cus, *ut vid.*, *R* || aetatis ⟨hominum⟩ vel *Kayser* 17. prohibere *M* || 18. 19. quam suum. iam dixi *R* || 20. melius *M*, potius *GR* 25. at nos *GR*, adnos *M* || 29. 30. mutata r. ς, muta r. *Ω* (mutatio, *linea et* ra *a m.* 1, *G*) || 32. notari reuertantur *R*

quo, si quid addubitarem, non potius uterer quam illa consolatione, qua facile fortem virum sustentarem: te, si explorata victoria arma sumpsisses pro re p. — ita enim tum putabas —, non nimis esse laudandum, sin propter incertos exitus eventusque bellorum posse accidere, ut vinceremur, putasses, non debere te ad secundam fortunam bene paratum fuisse, adversam ferre nullo modo posse. disputarem etiam, quanto solatio tibi conscientia tui facti, quantae delectationi in rebus adversis litterae esse deberent: commemorarem non solum veterum, sed horum etiam recentium vel ducum vel comitum tuorum gravissimos casus: etiam externos multos claros viros nominarem; levat enim dolorem communis quasi legis et humanae condicionis recordatio: exponerem etiam, quemadmodum 13 hic et quanta in turba quantaque in confusione rerum omnium viveremus; necesse est enim minore desiderio perdita re p. carere quam bona. sed hoc genere nihil opus est: incolumem te cito, ut spero, vel potius, ut perspicio, videbimus. interea tibi absenti et huic, qui adest, imagini animi et corporis tui, constantissimo atque optimo filio tuo, studium officium, operam laborem meum iampridem et pollicitus sum et detuli, nunc hoc amplius, quod me amicissime cotidie magis Caesar amplectitur, familiares quidem eius, sicuti neminem: apud quem quicquid valebo vel auctoritate vel gratia, valebo tibi; tu cura, ut cum firmitudine te animi, tum etiam spe optima sustentes.

VII. (246.)

CAECINA CICERONI P. S.

Quod tibi non tam celeriter liber est redditus, ignosce timori 1 nostro et miserere temporis. filius, ut audio, pertimuit, neque iniuria, si liber exisset — quoniam non tam interest, quo animo scribatur, quam quo accipiatur —, ne ea res inepte mihi noceret, cum praesertim adhuc stili poenas dem. qua quidem in re singulari sum fato; nam, cum mendum scripturae litura tollatur, stultitia fama multetur, meus error exilio corrigitur, cuius summa criminis

---

6. posse *GR*, deposse *M* ‖ 10. etiam (*ante* externos) *om. G*[1] ‖ 11. viros *om. G* ‖ 18. operam officium *G* ‖ 22. ualebo tibi *M*, conciliabo tibi *GR* ‖ 25 sq. *cf.* ***A. H. G. Zimmermann* '*de A. Caecina scriptore*' (*diss. Berol.* 1852) *p.* 48 *sq.*** ‖ 29. *in* inepte *r. iam a Manutio recte explicato cur offenderint plures* inepto *Martyni-Laguna*, inpense *Wesenberg nisi deleretur*, (ne qua res) inepta *Starker* (**'*symb. crit.*' *diss. Vratisl.* 1882 *p.* 14 *sq.*), inopi *vel* inopinato *Streicher* (*p.* 206), intempestive *Lehmann* ('*Iahresb. d. phil. Ver.*' XIV. 1888. *p.* 263)**, ⟨ut⟩ *vel* ⟨si⟩ inepta *Purser* (*Hermath.* XI *p.* 300) — *non intellego nec fas puto Caecinam usque adhuc stili poenas dare* ‖ 30. qua quidem in re *om. R* ‖ 31. facto *R* nam cummendum *R*, nam commendum *M*, nam commentum *G* ‖ litura] litera *R*, littera *G*, littera , 1 *litt. er.*, *M* ‖ 31. 32. stulticiam fama multet (mulcet *G*) *GR*

2 est, quod armatus adversario male dixi. nemo nostrum est, ut opinor, quin vota Victoriae suae fecerit, nemo, quin etiam, cum de alia re immolaret, tamen eo quidem ipso tempore, ut quam primum Caesar superaretur, optaret: hoc si non cogitat, omnibus rebus felix est; si scit et persuasus est, quid irascitur ei, qui aliquid scripsit contra suam voluntatem, cum ignorit omnibus, qui
3 multa deos venerati sint contra eius salutem? sed, ut eodem revertar, causa haec fuit timoris: scripsi de te parce medius fidius et timide, non revocans me ipse, sed paene refugiens; genus autem hoc scripturae non modo liberum, sed incitatum atque elatum esse debere quis ignorat? solutum existimatur esse alteri male dicere — tamen cavendum est, ne in petulantiam incidas —; impeditum se ipsum laudare, ne vitium adrogantiae subsequatur; solum vero liberum alterum laudare, de quo quicquid detrahas, necesse est aut infirmitati aut invidiae adsignetur. ac nescio an tibi gratius opportuniusque acciderit; nam, quod praeclare facere non poteram, primum erat non attingere, secundum beneficium quam parcissime facere. sed tamen ego quidem me sustinui: multa minui, multa sustuli, complura ne posui quidem; quemadmodum igitur, scalarum gradus si alios tollas, alios incidas, nonnullos male haerentis relinquas, ruinae periculum struas, non ascensum pares, sic tot malis tum vinctum tum fractum studium scribendi quid dignum auribus
4 aut probabile potest adferre? cum vero ad ipsius Caesaris nomen veni, toto corpore contremesco, non poenae metu, sed illius iudicii; totum enim Caesarem non novi: quem putas animum esse, ubi secum loquitur? 'hoc probabit: hoc verbum suspiciosum est.' 'quid, si hoc muto? at vereor, ne peius sit.' 'age vero, laudo aliquem: num offendo? cum porro offendam, quid, si non vult?' 'armati stilum persequitur: victi et nondum restituti quid faciet?' auges etiam tu mihi timorem, qui in 'oratore' tuo caves tibi per Brutum et ad excusationem socium quaeris: ubi hoc omnium patronus facit, quid me, veterem tuum, nunc omnium clientem

---

1. *alt.* est *om.* *G* ‖ 2. quin *M*, qui non *GR* ‖ quin *M*, qui non *GR* ‖ 4. optaret (obt. *M*) *Ω*, optarit ς ‖ 5. persuasus est *MR* (*cf. Thielmann diss. Argentorat.* II *p.* 58), persuaderi *G* ‖ qui ir. *G* ‖ qui *om.* *G* ‖ 7. sint *MR*, sunt *G* *post* eius 2 *litt. ras. in fine vs.* *M* ‖ 9. refugiens *M*, fugiens *GR* ‖ 10. incitatum *M*, mutatum *GR* ‖ atque elatum M^1 (?) *ex* atquelatum (*hoc in P*) ‖ 13. uero *MG*, modo *R* ‖ 15. ac *M*, at *R*, an *G* ‖ 17. beneficium *nonnullis suspectum* ‖ 18. minui *M*, munii *G*, imnui, *ut vid.*, *R* ‖ 21. paras *R* ‖ 22. uinctum *M*, unctum *G*, uictum *R* ‖ 24. corpore *om.* *G* ‖ contremisco *G* ‖ 25. animo *GR* ‖ 26. loquetur M^r ‖ 28. num *MR*, non *G* ‖ porro *MR*, potero *G* offendam] reprendo (repr. ⟨aliquem⟩) *Wesenberg* (*vel* reprendam . . . volet) 32. facis ς

sentire oportet? in hac igitur calumnia timoris et caecae suspicionis tormento, cum plurima ad alieni sensus coniecturam, non ad suum iudicium scribantur, quam difficile sit evadere, si minus expertus es, quod te ad omnia summum atque excellens ingenium armavit, nos sentimus. sed tamen ego filio dixeram, librum tibi legeret et auferret, aut ea condicione daret, si reciperes te correc-
turum, hoc est, si totum alium faceres. de Asiatico itinere, quam- 5
quam summa necessitas premebat, ut imperasti, feci. te pro me quid horter? vides tempus venisse, quo necesse sit de nobis constitui. nihil est, mi Cicero, quod filium meum exspectes: adulescens est; omnia excogitare vel studio vel aetate vel metu non potest. totum negotium tu sustineas oportet: in te mihi omnis spes est. tu pro tua prudentia, quibus rebus gaudeat, quibus capiatur Caesar, tenes: a te omnia proficiscantur et per te ad exitum perducantur necesse est; apud ipsum multum, ad eius omnis
plurimum potes. unum tibi si persuaseris, non hoc esse tui mu- 6
neris, si quid rogatus fueris, ut facias — quamquam id magnum et amplum est —, sed totum tuum esse onus, perficies: nisi forte aut in miseria nimis stulte aut in amicitia nimis impudenter tibi onus impono; sed utrique rei excusationem tuae vitae consuetudo dat, nam, quod ita consuesti pro amicis laborare, non iam sic sperant abs te, sed etiam sic imperant tibi familiares. quod ad librum attinet, quem tibi filius dabit, peto a te, ne exeat. aut ita corrigas, ne mihi noceat.

VIII. (243.)

CICERO CAECINAE.

Cum esset mecum Largus, homo tui studiosus, locutus K. Ia- 1
nuarias tibi praefinitas esse, quod omnibus rebus perspexeram, quae Balbus et Oppius absente Caesare egissent, ea solere illi rata esse, egi vehementer cum eis, ut hoc mihi darent, tibi in Sicilia, quoad vellemus, esse uti liceret. qui mihi consuessent aut libenter polli-

1. sentire *nonnullis suspectum* ‖ calumnia , 2 *litt. eras. in fine rs.*, *M*, calupniator *R* ‖ timoris *om.* *G*[1] ‖ 3. si ⟨tu⟩ minus *Wesenberg* ‖ minus *R* (*M*[r]), minis *MG* ‖ 6. auferret *M*, offerret *GR* ‖ 8. summa ⟨me⟩ n. *alii* ‖ 9. uides *M*, uideas *GR* ‖ 14. capiatur *ex* copiatur *R*[1], *om.* *G* ‖ et per te — 15. perducantur *in mg.* *R*[2] ‖ 15. exitum *MG*, effectum *R* ‖ est *sup. rs.* *R*[2] ‖ ad eius] apud eius ς, *inutiliter. cf. v. c. Liv.* VI, 34, 5: 'potentis viri cum inter sui corporis homines tum etiam ad plebem' ‖ 16. si *om.* *R* ‖ non *cum spatio* 2—3 *litt.* *om.* *R* ‖ hoc *om.* *G* ‖ 17. id id *R* ‖ 18. tuum *om.* *G* ‖ esse *M*, est *GR* ‖ 19. miseriam *R*, miseriis *G* ‖ in amicitia ς, inimicitia Ω ‖ imprudenter *G* ‖ 21. consuesti *M*, consueris *R*, censueris *G* ‖ 22. sic *om.* *G* ‖ 24. noceat ual · *G* ‖ 30. eis] his Ω, iis *alii* ‖ quoad *GR*, quod *M* ‖ 31. ⟨cum⟩ consuessent *Streicher* (*p.* 187)

ceri, si quid esset eiusmodi, quod eorum animos non offenderet, aut etiam negare et adferre rationem, cur negarent, huic meae rogationi potius non continuo responderunt; eodem die tamen ad me reverterunt; mihi hoc dederunt, ut esses in Sicilia, quoad velles; se praestaturos nihil ex eo te offensionis habiturum. quoniam, quid tibi permittatur, cognosti, quid mihi placeat, puto te scire
2 oportere. actis his rebus litterae a te mihi redditae sunt, quibus a me consilium petis, quid sim tibi auctor, in Siciliane subsidas an ut ad reliquias Asiaticae negotiationis proficiscare. haec tua deliberatio non mihi convenire visa est cum oratione Largi; ille enim mecum, quasi tibi non liceret in Sicilia diutius commorari, ita locutus erat, tu autem, quasi concessum sit, ita deliberas. sed ego, sive hoc sive illud est, in Sicilia censeo commorandum: propinquitas locorum vel ad impetrandum adiuat crebris litteris et nuntiis vel ad reditus celeritatem re aut impetrata, quod spero, aut aliqua ratione confecta; quamobrem censeo magno opere com-
3 morandum. T. Furfanio Postumo, familiari meo, legatisque eius, item meis familiaribus, diligentissime te commendabo, cum venerint; erant enim omnes Mutinae: viri sunt optimi et tui similium studiosi et mei necessarii. quae mihi venient in mentem, quae ad te pertinere arbitrabor, ea mea sponte faciam: si quid ignorabo, de eo admonitus omnium studia vincam. ego etsi coram de te cum Furfanio ita loquar, ut tibi litteris meis ad eum nihil opus sit, tamen, quoniam tuis placuit te habere meas litteras, quas ei redderes, morem eis gessi: earum litterarum exemplum infra scriptum est.

IX. (244.)

M. CICERO FVRFANIO PROCOS. S.

1 Cum A. Caecina tanta mihi familiaritas consuetudoque semper fuit, ut nulla maior esse possit; nam et patre eius, claro homine

1. eorum animos] etiam negare *R* ‖ 3. rogationi *M*, rationi *GR*. *supplementa* — rog. ⟨vel flagitationi⟩ pot. *sim.* — *recte repudiarunt Manutius et Streicher* ‖ 4. ut esses in Sicilia] ut esse singuli a *M*, te esse in sicilia *R*, et in singula *G* ‖ quoad uellet[s], *corr. m.* 1, *G*, quo aduelles *MR* ‖ 6. cognouisti *GR* ‖ placeat *om. G* ‖ 7. mihi *om. R* ‖ 8. a *exp. R*[1] ‖ tibi sim *G* ‖ ⟨ut⟩ subsidas *Wesenberg* ‖ subsideas *GR* ‖ 12. sit] tibi sit *G* ‖ 13. commemorandum *M* ‖ 14. adiuuat *GR*. adiuvabit *alii* ‖ 15. rei aut impetranda *G* ‖ quod *GR*, aut quod *M* ‖ 16. magnopere *GR* ‖ 17. *et* 23. Furfanio] furfano *MR*, fursano *G*. *cf. Klein 'Verwaltungsbeamte'* I *p.* 77 ‖ 18. dignissime *G* ‖ 25. eis] his *Ω*, iis *ς* ‖ 28. M. *om. G* ‖ Furfanio] furfano *MR*, fursano *G*, ⟨T.⟩ Furfanio *Baiter* ‖ 30. patre *M*, pat[e] *G*, pater *R*

et forti viro, plurimum usi sumus et hunc a puero, quod et spem
magnam mihi adferebat summae probitatis summaeque eloquentiae
et vivebat mecum coniunctissime non solum officiis amicitiae, sed
etiam studiis communibus, sic semper dilexi, ut non ullo cum
homine coniunctius viverem. nihil attinet me plura scribere: quam 2
mihi necesse sit eius salutem et fortunas quibuscumque rebus possim
tueri, vides. relicum est, ut, cum cognorim pluribus rebus, quid
tu et de bonorum fortuna et de rei p. calamitatibus sentires, nihil
a te petam, nisi ut ad eam voluntatem, quam tua sponte erga
Caecinam habiturus esses, tantus cumulus accedat commendatione
mea, quanti me a te fieri intellego: hoc mihi gratius facere nihil
potes. vale.

X. (218.)

M. CICERO TREBIANO S.

Ego quanti te faciam semperque fecerim quantique me a te 1
fieri intellexerim, sum mihi ipse testis; nam et consilium tuum vel
casus potius diutius in armis civilibus commorandi semper mihi
magno dolori fuit, et hic eventus, quod tardius, quam est aequm
et quam ego vellem, reciperas fortunam et dignitatem tuam, mihi
non minori curae est, quam tibi semper fuerunt casus mei. itaque
et Postumuleno et Sestio et saepissime Attico nostro proximeque
Theudae, liberto tuo, totum me patefeci et haec eis singulis saepe
dixi, quacumque re possem, me tibi et liberis tuis satis facere
cupere, idque tu ad tuos velim scribas, haec quidem certe, quae
in potestate mea sunt, ut operam consilium, rem fidem meam sibi
ad omnes res paratam putent. si auctoritate et gratia tantum 2
possem, quantum in ea re p., de qua ita meritus sum, posse

1. usi sumus *GR*, sumus *M* (*unde* sum usus *Bücheler mus. Rhen.* XI *p.* 513) ‖ hunc] *incipit folium palimpsesti Taurinensis* (*T*) *ap. Krügerum Herm.* V *p.* 147. *usus eius utpote ex epitoma derivati perexiguus. cf. Streicher p.* 121 *sq.* 2. probatatis *M* ‖ 3. coniunctissimaeiusolum *T* ‖ amicitiae officiis *T* ‖ 4. sic *om. T* ‖ ut non ullo *R*, ut non nullo *MG*, nullo ut *T*, *quod tenet Schmalz 'Sprachgebrauch d. Asin. Pollio' p.* 38 ‖ 5. nihil attinet — 7. tueri *om. T* 6. sit] est *Ω* ‖ possum *R* ‖ 7. uides *T*, utdes *M*, ut des *GR* ‖ reliquum *Ω* esse *T* ‖ cum *om. R*¹ ‖ cognouerim *GR*, cognonim *T* ‖ pluribus rebus *om. T* 8. sentias *T* ‖ 9. ut *om. R* ‖ 10. esses *Ω*, es *T* ‖ commendatio *R* ‖ 11. hoc — 12. vale *om. T* ‖ 14. M. *om. GT* ‖ trebonio *T* ‖ 15. te *om. R* ‖ quantique *RT*, quanti *G*, *et M in fine vs.* ‖ 15. 16. me a te fieri *om. R* ‖ 17. potius casus *GR* ‖ commorando *M*ᶜ ‖ 18. aequm *M*, aecum *T*, equum *GR* ‖ 19. recuperas *GR* 21. et postumuleno — 26. putent *om. T* ‖ 21. postumuoleno *cum ras. sup.* m *R. de nominis formatione cf. H. Thédenat 'Mélanges Graux' p.* 518 ‖ 22. partefeci *M* ‖ hoc *alii* ‖ eis] his *Ω*, iis *alii* ‖ 23. liberis — 24. scribas *om. G* 23. tuis *ex* tuis tuis *M*ᶜ ‖ 24. tu *ex* tua *radendo M* ‖ certe *om. G*

deberem, tu quoque is esses, qui fuisti, cum omni gradu amplissimo
dignissimus, tum certe ordinis tui facile princeps; sed, quoniam
eodem tempore eademque de causa nostrum uterque cecidit, tibi
et illa polliceor, quae supra scripsi, quae sunt adhuc mea, et ea,
quae praeterea videor mihi ex aliqua parte retinere tamquam ex
reliquiis pristinae dignitatis: neque enim ipse Caesar, ut multis
rebus intellegere potui, est alienus a nobis et omnes fere familia-
rissimi eius casu devincti magnis meis veteribus officiis me dili-
genter observant et colunt. itaque, si qui mihi erit aditus de tuis
fortunis, id est de tua incolumitate, in qua sunt omnia, agendi,
quod quidem cotidie magis ex eorum sermonibus adducor ut spe-
3 rem, agam per me ipse et moliar. singula persequi non est
necesse: universum studium meum et benevolentiam ad te defero.
sed magni mea interest hoc tuos omnis scire, quod tuis litteris
fieri potest ut intellegant, omnia Ciceronis patere Trebiano. hoc
eo pertinet, ut nihil existiment esse tam difficile, quod non pro
te mihi susceptum iucundum sit futurum.

---

4 Antea misissem ad te litteras, si genus scribendi invenirem;
tali enim tempore aut consolari amicorum est aut polliceri: con-
solatione non utebar, quod ex multis audiebam, quam fortiter
sapienterque ferres iniuriam temporum quamque te vehementer
consolaretur conscientia factorum et consiliorum tuorum; quod
quidem si facis, magnum fructum studiorum optimorum capis, in
quibus te semper scio esse versatum, idque ut facias etiam atque
5 etiam te hortor. simul et illud tibi, homini peritissimo rerum et
exemplorum et omnis vetustatis, ne ipse quidem rudis, sed in
studio minus fortasse, quam vellem, [et] in rebus atque usu plus
etiam, quam vellem, versatus spondeo, tibi istam acerbitatem et
iniuriam non diuturne fore; nam et ipse, qui plurimum potest,

1. debebam *Wesenberg* ‖ is *R*, eis (*cf. C. I. L.* I 198, 9. 24. 83, *Ritschl opusc.* IV *p.* 316) *MG archaismo nimio, om. T* ‖ 2. dignus *T* ‖ 3. uterque nostrum *G* ‖ 3. 4. tibi et illa — 15. 16. hoc eo pertinet ut *om. T* ‖ 5. 6. ex reliquiis *R*, ex reliquis *M*, *om. G* ‖ 8. casu *iniuria quibusdam suspectum* ‖ 9. aditus *M*, additus *G*, auditus *R* ‖ 10. colomitate *M* ‖ 11. sermonibus eorum *R* ‖ 12. agamque *G* ‖ molior *G* ‖ 14. magni *om. R* ‖ 16. nihil *cet.*] nihil erit saltem quod non pro te *T* ‖ existimem *R* ‖ esse *om. G* ‖ 17. mihi susceptum maximum semper ac | (*fol. verso*) iucundum futurum sit *T* ‖ 18. *prioribus adnectunt ΩT* ‖ 21. quamque *MT*, quam quae *G*, quam quod *R* ‖ 24. scio semper *R* ‖ idque — 25. hortor *om. T* ‖ 26. et omnis] omnis *Lehmann* (*p.* 95) ‖ 26. 27. sed et in studio *T* ‖ 27. et *seclusit Orelli, delevit Wesenberg* ‖ usus *R* ‖ 29. diuturne *Ω*, -nam *T. cf. Landgraf ad Reisigii schol. synt. Lat. p.* 155

cotidie mihi delabi ad aequitatem et ad rerum naturam videtur
et ipsa causa ea est, ut iam simul cum re p., quae in perpetuum
iacere non potest, necessario revivescat atque recreetur, cotidieque
aliquid fit lenius et liberalius, quam timebamus: quae quoniam in
temporum inclinationibus saepe parvis posita sunt, omnia momenta
observabimus neque ullum praetermittemus tui iuandi et levandi
locum. itaque illud alterum, quod dixi, litterarum genus cotidie 6
mihi, ut spero, fiet proclivius, ut etiam polliceri possim: id re
quam verbis faciam libentius. tu velim existimes et pluris te
amicos habere, quam qui in isto casu sint ac fuerint, quantum
quidem ego intellegere potuerim, et me concedere eorum nemini.
fortem fac animum habeas et magnum, quod est in uno te: quae
sunt in fortuna, temporibus regentur et consiliis nostris pro-
videbuntur.

XI. (297.)

M. CICERO S. D. TREBIANO.

Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil 1
eram — nec enim acciderat mihi opus esse, et ille mihi debebat,
quod non defueram eius periculis —: nunc tanto sum devinctus
eius beneficio, quod et antea in re et hoc tempore in salute tua
cumulatissime mihi satis fecit, ut nemini plus debeam. qua in re
tibi gratulor ita vehementer, ut te quoque mihi gratulari quam
gratias agere malim: alterum omnino non desidero, alterum vere
facere poteris. quod reliquum est, quoniam tibi virtus et dignitas 2
tua reditum ad tuos aperuit, est tuae sapientiae magnitudinisque
animi, quid amiseris, oblivisci, quid reciperaris, cogitare: vives
cum tuis, vives nobiscum; plus adquisisti dignitatis quam amisisti
rei familiaris, quae ipsa tum esset iucundior, si ulla res esset
publica. Vestorius, noster familiaris, ad me scripsit te mihi maxi-

---

1. mihi Ω, magis mihi *T* ‖ ad rerum naturam] ad verum natura *Madvig* ('*adv. crit.*' III *p.* 158), *vereor ut vere* ‖ 2. ea est *MT*, est ea *G*, est *R* ‖ iam *om. T* ‖ 2. 3. quae iacere diu non potest *T* ‖ 3. reuiuescat *M*, -iscat *GRT* atque recreetur Ω, et aliquando recreetur *T* ‖ 4. lenius *T*, lenius Ω (lenius fit aliquid *G*) ‖ timemus *T* ‖ 6. obseruauimus *M* ‖ iuuandi *GRT* ‖ 7. cottidie *h. l. T* ‖ 8. ut aliquid etiam polliceri *T*, *qui hic desinit* ‖ 10. quam qui — 11. intellegere *om. GR* ‖ 11. potui *Wesenberg* ‖ concedere me *G* ‖ 12. te *om. R* ‖ 16 M. *om. G* ‖ 17. dolobellam *G*, *et ex* dolabellam *R*[1] ‖ diligebam tantummodo *G* ‖ nil *R* ‖ 18. esse *M*, esset *G*, eius *R*. *locus variis coniecturis temptatus* (*v. Lehmann p.* 126 *sq.*), *iniuria puto* ‖ 26. reciperaris *M*[1], recuperaris *GR*, recuperaras *M*[r] ‖ 27. nobiscum *ex* nobissum *M*[c] ‖ amisisti *M*[c]*R*, admisisti *G*, misisti *M*[1] ‖ 28. tum *MG*, tam *R*, tamen *Lambinus*

mas gratias agere: haec praedicatio tua mihi valde grata est eaque te uti facile patior, cum apud alios, tum mercule apud Sironem, nostrum amicum; quae enim facimus, ea prudentissimo cuique maxime probata esse volumus. te cupio videre quam primum.

XII. (234.)

CICERO AMPIO S. P.

1 Gratulor tibi, mi Balbe, vereque gratulor nec sum tam stultus,
ut te usura falsi gaudii frui velim, deinde frangi repente atque ita
cadere, ut nulla res te ad aequitatem animi possit postea extollere.
egi tuam causam apertius, quam mea tempora ferebant; vincebatur
enim fortuna ipsa debilitatae gratiae nostrae tui caritate et meo
perpetuo erga te amore culto a te diligentissime. omnia promissa
confirmata, certa et rata sunt, quae ad reditum et ad salutem tuam
2 pertinent: vidi, cognovi, interfui; etenim omnis Caesaris familiaris
satis opportune habeo implicatos consuetudine et benevolentia sic,
ut, cum ab illo discesserint, me habeant proximum. hoc Pansa
Hirtius, Balbus, Oppius, Matius, Postumius plane ita faciunt, ut
me unice diligant: quod si mihi per me efficiendum fuisset, non
me paeniteret pro ratione temporum ita esse molitum; sed nihil
est a me inservitum temporis causa, veteres mihi necessitudines
cum eis omnibus intercedunt, quibuscum ego agere de te non
destiti. principem tamen habuimus Pansam, tui studiosissimum,
mei cupidum, qui valeret apud illum non minus auctoritate quam
gratia; Cimber autem Tillius mihi plane satis fecit. valent tamen
apud Caesarem non tam ambitiosae rogationes quam necessariae,
quam quia Cimber habebat, plus valuit, quam pro ullo alio valere
3 potuisset. diploma statim non est datum, quod mirifica est impro-
bitas in quibusdam, qui tulissent acerbius veniam tibi dari, quam
illi appellant ‘tubam belli civilis’ multaque ita dicunt, quasi non
gaudeant id bellum incidisse. quare visum est occultius agendum
neque ullo modo divulgandum de te iam esse perfectum; sed id

---

1. 2. grata est eaque re uti *G*, gra||||| (*ras.* 4—5 *litt. in fine vs.*) eaquae re uti *R* || 2. mehercule *R*, hercule *G* || sironem *Ω*, syronem ς. *cf. Haupt opusc.* III *p.* 334 || 3. ea *R*, eta *M*, a *G* || 4. esse probata uoluimus *G* || 6. ampio *M*, appio *ex* ampio *R*[1], apio *G* || 8. falsii *M* || 10. uincebantur *GR* || 12. permissa *R* || 15. satis opportune *om. G* || 17. albus *GR* || Postumus *errore Wesenberg* || 18. quod si mihi *R*, quid si mihi *M*, quid mihi si *G* || 21. cum eis omnibus *om. G* || eis] iis *Wesenberg*, his *MR* || 22. studiosum *G* || 23. *post* minus 1—2 *litt. eras. in M* || 24. Tillius] illius *Ω* || satisfacit *G* || tamen] enim *alii* || 26. quam quia] quas quia *alii* || 28. quam *MR*, quem *G* || 30. gaudeant] doleant *G* || 31. diuulgandum modo *G*

erit perbrevi, nec dubito, quin legente te has litteras confecta iam res futura sit: Pansa quidem mihi, gravis homo et certus, non solum confirmavit, verum etiam recepit perceleriter se ablaturum diploma. mihi tamen placuit haec ad te perscribi; minus enim te firmum sermo Eppuleiae tuae lacrimaeque Ampiae declarabant, quam significant tuae litterae. †atque illae arbitrabantur, cum a te abessent ipsae, multo in graviore te cura futurum quam magno opere putavi angoris et doloris tui levandi causa pro certis ad te
ea, quae essent certa, perscribi. scis me antea sic solitum esse 4
scribere ad te, magis ut consolarer fortem virum atque sapientem, quam ut exploratam spem salutis ostenderem, nisi eam, quam ab ipsa re p., cum hic ardor restinctus esset, sperari oportere censerem. recordare tuas litteras, quibus et magnum animum mihi semper ostendisti et ad omnis casus ferendos constantem ac paratum; quod ego non mirabar, cum recordarer te et a primis temporibus aetatis in re p. esse versatum et tuos magistratus in ipsa discrimina incidisse salutis fortunarumque communium et in hoc ipsum bellum esse ingressum, non solum ut victor beatus, sed
etiam ut, si ita accidisset, victus sapiens esses. deinde, cum 5
studium tuum consumas in virorum fortium factis memoriae prodendis, considerare debes nihil tibi esse committendum, quamobrem eorum, quos laudas, te non simillimum praebeas. sed haec oratio magis esset apta ad illa tempora, quae iam effugisti: nunc vero tantum te para ad haec nobiscum ferenda, quibus ego si quam medicinam invenirem, tibi quoque eandem traderem; sed est unum perfugium doctrina ac litterae, quibus semper usi sumus, quae secundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam salutem. sed, ut ad initium revertar, cave dubites, quin omnia de salute ac reditu tuo perfecta sint.

---

3. nerum *M*, sed *GR* ‖ ablaturum *M*, ablecturum *GR* ‖ 5. declarabant *R*, -bunt *MG* ‖ 6. 7. cum a te (a te *in M propter maculam legi iam non possunt, sed legit P*) abessent ipse *M*, cum ad te adessent ipse *GR*. ipsae *corr.* ς, quoniam *pro* cum *malebat Orelli* ‖ 7. quam Ω, quare ς, *recte puto* ‖ 7. 8. magnopere *GR* ‖ magno opere ⟨e re⟩ putavi *Gulielmius* ‖ 9. perscribi *M*, perscripsi *GR*, *quo adscito Graerium ex parte secutus verba sic refinxit Streicher* (*p.* 177): tuae litterae atque illae arbitrabantur, cum ad te adessent. ipse multo in gr. te c. fut. quia putavi, [magni] angoris . . . . certa, perscripsi, *valde improbabiliter* ‖ 10. atque sapientem *om. R* ‖ 11. ostenderem — 17. salutis *om.* G^1 ‖ 11. eam] eius *Lambinus* ‖ 13. 14. mihi semper *M*, semper mihi *G*, semper *R* ‖ **14. casus *ex* causus M^1, *ut vid.* ‖ 16. aetatis *om. G* ‖ magistratis M^1,** *corr.* M^c ‖ 19. victus] nictus ut Ω. *alii prius* ut *delent* ‖ 20. consumas in *M*, cum summa in *R*, cum summa *G* ‖ 20. 21. factis memoriae prodendis *M*, fatis memoria propendis *R*, memorie factis propendis *G* ‖ 22. te *om. G*

XIII. (216.)

CICERO LIGARIO.

1 Etsi tali tuo tempore me aut consolandi aut iuvandi tui causa
scribere ad te aliquid pro nostra amicitia oportebat, tamen adhuc
id non feceram, quia neque lenire videbar oratione neque levare
posse dolorem tuum; postea vero quam magnam spem habere coepi
fore, ut te brevi tempore incolumem haberemus, facere non potui,
2 quin tibi et sententiam et voluntatem declararem meam. primum
igitur scribam, quod intellego et perspicio, non fore in te Caesarem
duriorem; nam et res eum cotidie et dies et opinio hominum et,
ut mihi videtur, etiam sua natura mitiorem facit, idque cum de
reliquis sentio, tum de te etiam audio ex familiarissimis eius,
quibus ego ex eo tempore, quo primum ex Africa nuntius venit,
supplicare una cum fratribus tuis non destiti, † quorum quidem et
virtute et pietate et amor in te singularis et assidua et perpetua
cura salutis tuae tantum proficit, ut nihil sit, quod non ipsum
3 Caesarem tributurum existimem; sed, si tardius fit, quam volumus,
magnis occupationibus eius, a quo omnia petuntur, aditus ad eum
difficiliores fuerunt, et simul Africanae causae iratior diutius velle
videtur eos habere sollicitos, a quibus se putat diuturnioribus esse
molestiis conflictatum, sed hoc ipsum intellegimus eum cotidie
remissius et placatius ferre: quare mihi crede — et memoriae
manda me tibi id adfirmasse — te in istis molestiis diutius non
4 futurum. quoniam, quid sentirem, exposui, quid velim tua causa,
re potius declarabo quam oratione: si tantum possem, quantum in
ea re p., de qua ita sum meritus, ut tu existimas, posse debebam,
ne tu quidem in istis 〈in〉commodis esses; eadem enim causa opes
meas fregit, quae tuam salutem in discrimen adduxit; sed tamen,
quicquid imago veteris meae dignitatis, quidquid reliquiae gratiae
valebunt, studium, consilium, opera, gratia, fides mea nullo loco
5 deerit tuis optimis fratribus. tu fac habeas fortem animum, quem

---

3. me *om. R* ‖ 5. feceram ς, fecerim *Ω* ‖ 15. et amor *MG*, amor *R* et perpetua *om. G.* et per^{pe}tua, pe *a m. 2, R* ‖ *sententia recta efficitur scribendo cum Orellio* et amore in te singulari *cumque Wesenbergio* proficitur. *quamquam possunt etiam verba* et virtute et pietate *tamquam glossemata eliminari* ‖ 17. fit *M*, sit *G*, si *R* ‖ 19. *post* causae *in M erasum* et ‖ 20. putant *M* ‖ 23. istis *R*, istiis *M*, his *G* ‖ 24. velim] uellem *Ω* ‖ 25. si *Martyni-Laguna*, et si *Ω* ‖ 27. incommodis ς, commodis *Ω* ‖ 30. gratia *suspectum Kaysero.* studium officium, consilium opera, res fides *Wesenberg* ‖ 31. animum fortem *G*

semper habuisti, primum ob eas causas, quas scripsi, deinde quod ea ⟨de⟩ re p. semper voluisti atque sensisti, ut non modo nunc secunda sperare debeas, sed etiam, si omnia adversa essent, tamen conscientia et factorum et consiliorum tuorum, quaecumque acciderent, fortissimo et maximo animo ferre deberes.

XIV. (233.)

CICERO LIGARIO.

Me scito omnem meum laborem, omnem operam, curam, stu- 1
dium in tua salute consumere; nam cum te semper maxime dilexi, tum fratrum tuorum, quos aeque atque te summa benivolentia sum complexus, singularis pietas amorque fraternus nullum me patitur officii erga te studiique munus aut tempus praetermittere. sed, quae faciam fecerimque pro te, ex illorum te litteris quam ex meis malo cognoscere; quid autem sperem aut confidam et exploratum habeam de salute tua, id tibi a me declarari volo: nam, si quisquam est timidus in magnis periculosisque rebus semperque magis adversos rerum exitus metuens quam sperans secundos, is ego sum et, si hoc vitiumst, eo me non carere con-
fiteor; ego idem tamen, cum a. d. V K. intercalares priores rogatu 2
fratrum tuorum venissem mane ad Caesarem atque omnem adeundi et conveniendi illius indignitatem et molestiam pertulissem, cum fratres et propinqui tui iacerent ad pedes et ego essem locutus, quae causa, quae tuum tempus postulabat, non solum ex oratione Caesaris, quae sane mollis et liberalis fuit, sed etiam ex oculis et vultu, ex multis praeterea signis, quae facilius perspicere potui quam scribere, hac opinione discessi, ut mihi tua salus dubia non
esset. quamobrem fac animo magno fortique sis et, si turbidissima 3
sapienter ferebas, tranquilliora laete feras. ego tamen tuis rebus sic adero, ut difficillimis, neque Caesari solum, sed etiam amicis eius omnibus, quos mihi amicissimos esse cognovi, pro te, sicut adhuc feci, libentissime supplicabo. vale.

---

2. de *om.* Ω ‖ atque sensisti *om.* *R* ‖ nunc *Lambinus*, cum *MR*, non *G*, *del. alii* ‖ 8. meum *om.* *G* ‖ 9. cum semper maxime te d. *G* ‖ 13. litteris *om.* *G* ‖ 14. ex *om.* *GR* ‖ 18. uitium sit *GR* ‖ 18. 19. eo carere me confiteor *G* 19. idem tamen *M*, quidem tamen *R*, tamen idem *G* ‖ prioris *M* ‖ 20. omnem *R*, ad omnem *MG* ‖ 21. 22. cum fratre sed propinqui *M* ‖ 26. hac opinione ς, **hanc opinionem** Ω

XV. (321.)

CICERO BASILO S.

Tibi gratulor, mihi gaudeo; te amo, tua tueor; a te amari et, quid agas quidque agatur, certior fieri volo.

XVI. (323.)

BITHYNICVS CICERONI S.

Si mihi tecum non et multae et iustae causae amicitiae privatim essent, repeterem initia amicitiae ex parentibus nostris, quod faciendum eis existimo, qui paternam amicitiam nullis ipsi officiis prosecuti sunt: itaque contentus ero nostra ipsorum amicitia, cuius fiducia peto a te, ut absentem me, quibuscumque in rebus opus fuerit, tueare, si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas. vale.

XVII. (325.)

CICERO BITHYNICO.

1 Cum ceterarum rerum causa cupio esse aliquando rem p. con-
stitutam, tum velim mihi credas accedere, id etiam quo magis
expetam, promissum tuum, quo in litteris uteris; scribis enim, si
2 ita sit, te mecum esse victurum. gratissima mihi tua voluntas est,
facisque nihil alienum necessitudine nostra iudiciisque patris tui de
me, summi viri; nam sic habeto, beneficiorum magnitudine eos,
qui temporibus valuerunt †ut valeant, coniunctiores tecum esse
quam me, necessitudine neminem. quamobrem grata mihi est et
memoria tua nostrae coniunctionis et eius etiam augendae voluntas.

XVIII. (287.)

CICERO LEPTAE.

1 Simulatque accepi a Seleuco tuo litteras, statim quaesivi e Balbo per codicillos, quid esset in lege: rescripsit eos, qui facerent praeconium, vetari esse in decurionibus, qui fecissent, non vetari.

2. basilo ς, basilio *Ω* ‖ 9. eis] his *Ω*, iis ς ‖ ipsis *M* ‖ 10. contemptus *GR* ‖ nostram *M* ‖ 12. morituram *R* ‖ 17. accidere *G* ‖ 17. 18. accedere, id etiam quo m. e., *sic distincta retinui cum Klotzio*, accedere etiam, id quo m. e., *Schütz nisi* etiam *deleretur*, quo magis expetam *del. Streicher* (*p.* 206) ‖ 18. litteris ⟨tuis⟩ *H. A. Koch* (*Philol. Anz.* V *p.* 161) ‖ 22. ut valeant] aut valent ς, *recte puto. del. alii.* qui temp. ⟨aut⟩ valuerunt aut valent *Wesenberg* ‖ coniunctior iste cum *M* ‖ 23. gratam *M* ‖ 27. simulatque *G et index MG*, simul *MR* ‖ 28. in lege] *C. I. L.* I 206, 94

quare bono animo sint et tui et mei familiares; neque enim erat
ferendum, cum, qui hodie haruspicinam facerent, in senatum Romae
legerentur, eos, qui aliquando praeconium fecissent, in municipiis
decuriones esse non licere. de Hispaniis novi nihil: magnum tamen 2
exercitum Pompeium habere constat, nam Caesar ipse ad nos misit
exemplum Paciaeci litterarum, in quo erat illas XI esse legiones:
scripserat etiam Messalla Q. Salasso P. Curtium, fratrem eius, iussu
Pompeii inspectante exercitu interfectum, quod consensisset cum
Hispanis quibusdam, si in oppidum nescio quod Pompeius rei
frumentariae causa venisset, eum comprehendere ad Caesaremque
deducere. de tuo negotio, quod sponsor es pro Pompeio, si Galba 3
consponsor tuus redierit, homo in re familiari non parum diligens,
non desinam cum illo communicare, si quid expediri possit, quod
videbatur mihi ille confidere. 'oratorem' meum tanto opere a te 4
probari vehementer gaudeo; mihi quidem sic persuadeo, me, quicquid habuerim iudicii de dicendo, in illum librum contulisse: qui si est talis, qualem tibi videri scribis, ego quoque aliquid sum; sin aliter, non recuso, quin, quantum de illo libro, tantundem de mei iudicii fama detrahatur. Leptam nostrum cupio delectari iam talibus scriptis: etsi abest maturitas aetatis, tamen personare auris
eius huiusmodi vocibus non est inutile. me Romae tenuit omnino 5
Tulliae meae partus: sed, cum ea, quemadmodum spero, satis firma sit, teneor tamen, dum a Dolabellae procuratoribus exigam primam pensionem, et mercule non tam sum peregrinator iam, quam solebam: aedificia mea me delectant et otium: domus est, quae nulli mearum villarum cedat, otium omni desertissima regione maius. itaque ne litterae quidem meae impediuntur, in quibus sine ulla interpellatione versor; quare, ut arbitror, prius hic te nos, quam istic tu nos videbis. Lepta suavissimus ediscat Hesiodum et habeat in ore τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα et cetera.

---

2. senatum *Lambinus*, senatu *Ω* ‖ 5. nos *GR*, nos *M*, suos *Bücheler* (*mus. Rhen.* XI *p.* 520), *speciose* ‖ 6. paciaeti *R*, pacificar, ficar *a m.* 2, *G* ‖ illas] illi *alii* ‖ 7. salasso *MR*, salustius *G* ‖ eius *M*, *om. GR* ‖ 7. 8. interfectum iussu pompeii inspectante exercitu *G* ‖ 11. adducere *G* ‖ de tuo *M*, tuo *GR* ‖ pro *om. R* ‖ 14. meum *om. G* ‖ opere *om. G* ‖ 18. tantundem, *alt.* n *in ras. ex* m, *M* n *P* ‖ 19. mei *RM*[c], me *M*[1]*G* ‖ 20. tamen personare *Victorius*, iam inpersonare (inp *ex* imp *R*) *Ω* ‖ 21. mehercule *GR* ‖ sum *om. G* ‖ 25. delectant *R*, delectabant *MG*, *quo servato* ⟨nunc⟩ domus *alii* ‖ 30. et cetera *om.* ς

XIX. (302.)

CICERO LEPTAE.

1 Maculam officio functum esse gaudeo. eius Falernum mihi semper idoneum visum est devorsorio, si modo tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum; ceteroqui mihi locus non displicet. nec ea re Petrinum tuum deseram; nam et villa et amoenitas illa
2 commorationis est, non devorsorii. de curatione aliqua munerum regiorum cum Oppio locutus sum; nam Balbum, postea quam tu es profectus, non vidi: tantis pedum doloribus adficitur, ut se conveniri nolit. omnino de tota re, ut mihi videris, sapientius faceres, si non curares; quod enim eo labore adsequi vis, nullo modo adsequere; tanta est enim intumorum multitudo, ut ex eis aliquis potius effluat, quam novo sit aditus, praesertim qui nihil adferat praeter operam, in qua ille se dedisse beneficium putabit — si modo ipsum sciet —, non accepisse. sed tamen aliquid videbimus, in quo sit species; aliter quidem non modo non adpetendum, sed etiam fugiendum puto. ego me Asturae diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat. vale.

XX. (304.)

CICERO TORANIO S.

1 Dederam triduo ante pueris Cn. Plancii litteras ad te; eo nunc ero brevior teque, ut antea consolabar, hoc tempore monebo. nihil puto tibi esse utilius quam ibidem opperiri, quoad scire possis, quid tibi agendum sit: nam praeter navigationis longae et hiemalis et minime portuosae periculum, quod vitaveris, ne illud quidem non quantivis, subito, cum certi aliquid audieris, te istim posse proficisci; nihil est praeterea, cur adventibus te offerre gestias; multa praeterea metuo, quae cum Cilone nostro communicavi.

4. uisum est idoneum *G* ‖ deuorsorio *MR*, diuersorso *G*, deuersorium *Wesenberg* ‖ 6. uilia *M* ‖ 7. deuorsorii *MR*, diuersorii *G* ‖ 7. 8. numerum regionum *G* ‖ 8. opio *G*, appio *R* ‖ balbus *M* ‖ 9. 10. conueniri se *G*
12. [est]enim, est *a m.* 1, *R*, enim est *G* ‖ intimorem *G*, intemorum *ex* intimorum *R*[2] ‖ eis] his *Ω*, iis *ς* ‖ 15. ⟨id⟩ ipsum *alii* ‖ 16. sit *om.* *G* ‖ 17. adturae (-re *GR*) *Ω* ‖ 18. quando *G* ‖ 22. breuior *M*, breuiter *GR* ‖ monebo *M*, *et ex* manebo *G*[1], manebo *R* ‖ 23. puto *om.* *G* ‖ quam — 24. tibi *om.* *G*[1] ‖ 23. opperiri] opperire *R*, operir, *fine vocab. absciso*, *G*, opperi *M* ‖ quo adscire *M*, quod ad scire *R*, quod asciri *G* ‖ 25. quidem *om.* *G* ‖ 26. quantivis *Victorius*, quamuis *MR*, *et*, *post* subito *collocatum*, *G* ‖ istinc *G* ‖ 27. cur — 28. multa *om.* *G*[1] ‖ 27. aduentibus *M*, adeuntibus *GR* ‖ 28. praeterea *om.* *G* quae] quae quae *M*, quaeque *GR*

quid multa? loco opportuniore in his malis nullo esse potuisti, 2
ex quo te, quocumque opus erit, facillime et expeditissime con-
feras: quod si recipiet ille se ad tempus, aderis; sin — quoniam
multa accidere possunt — aliqua res eum vel inpediet vel mora-
bitur, tu ibi eris, ubi omnia scire possis. hoc mihi prorsus valde
placet: de reliquo, ut te saepe per litteras hortatus sum, ita velim 3
tibi persuadeas, te in hac causa nihil habere, quod tibi timendum
sit, praeter communem casum civitatis, qui etsi est gravissimus,
tamen ita viximus et id aetatis iam sumus, ut omnia, quae non
nostra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. hic tui omnes
valent summaque pietate te desiderant et diligunt et colunt: tu
cura, ut valeas et te istim ne temere commoveas.

XXI. (285.)

CICERO TORANIO.

Etsi, cum haec ad te scribebam, aut adpropinquare exitus 1
huius calamitosissimi belli aut iam aliquid actum et confectum vide-
batur, tamen cotidie commemorabam te unum in tanto exercitu
mihi fuisse adsensorem et me tibi solosque nos vidisse, quantum
esset in eo bello mali, in quo spe pacis exclusa ipsa victoria
futura esset acerbissima, quae aut interitum allatura esset, si victus
esses, aut, si vicisses, servitutem. itaque ego, quem tum fortes
illi viri et sapientes, Domitii et Lentuli, timidum esse dicebant —
eram plane; timebam enim, ne evenirent ea, quae acciderunt —,
idem nunc nihil timeo et ad omnem eventum paratus sum: cum
aliquid videbatur caveri posse, tum id neglegi dolebam; nunc vero
eversis omnibus rebus, cum consilio profici nihil possit, una ratio
videtur, quicquid evenerit, ferre moderate, praesertim cum omnium
rerum mors sit extremum et mihi sim conscius me, quoad licuerit,
dignitati rei p. consuluisse et †hac missa salutem retinere voluisse.
haec scripsi, non ut de me ipse dicerem, sed ut tu, qui coniunc- 2
tissima fuisti mecum et sententia et voluntate, eadem cogitares:
magna enim consolatio est, cum recordare, etiamsi secus acciderit,

2. 3. conferas *R*, confeceras *MG* ‖ 3. ille se, ad tempus aderis *ante O. E. Schmidtium distinguebatur* ‖ 4. aliqua *R*, aliquae *MG* ‖ 6. hortatus sum per litteras *G* ‖ 8. sit *M*, *om. GR* ‖ 9. ita tamen *G* ‖ 11. et diligunt *om. G* **11. 12. tu ut cur aut ualeas *M* ‖ 12. istim *M*[1], istinc *M*[c]*GR* ‖ commoueas** uale *G* ‖ 14. Toranio] taranio *M*, tiranio *R*, tyranio (?) *G*. *de nominis scriptura cf. H. Kloevekorn 'de proscript. a. 43 factis' diss. Regim.* 1891 *p.* 45 ‖ 15. hec cum *G* ‖ 19. quo *GR*, eo *M* ‖ 24. item *G* ‖ timeo nihil *G* ‖ 27. (euenerit ferre moderate *om. G*[1] ‖ 28. ⟨et⟩ quoad *alii* ‖ 29. et *delent quidam* ‖ missa] amissa ς **noluisse *GR*, -se|, 1 *litt. eras.*, *M*, noluisse ς ‖ 32. recordere *Lambinus***

te tamen recte vereque sensisse. atque utinam liceat aliquando
aliquo rei p. statu nos frui inter nosque conferre sollicitudines
nostras, quas pertulimus tum, cum timidi putabamur, quia dice-
3 bamus ea futura, quae facta sunt. de tuis rebus, nihil esse quod
timeas praeter universae rei p. interitum, tibi confirmo; de me
autem sic velim iudices, quantum ego possim, me tibi, saluti tuae
liberisque tuis summo cum studio praesto semper futurum. vale.

XXII. (205.)

CICERO DOMITIO.

1 Non ea res me deterruit, quo minus, postea quam in Italiam
venisti, litteras ad te mitterem, quod tu ad me nullas miseras, sed
quia nec, quid tibi pollicerer ipse egens rebus omnibus, nec, quid
suaderem, cum mihimet ipsi consilium desset, nec, quid consola-
tionis adferrem in tantis malis, reperiebam. haec quamquam nihilo
meliora sunt nunc etiam, atque etiam multo desperatiora, tamen
2 inanis esse meas litteras quam nullas malui. ego, si te intellege-
rem plus conatum esse suscipere rei p. causa muneris, quam quan-
tum praestare potuisses, tamen, quibuscumque rebus possem, ad
eam condicionem te vivendi, quae daretur †quique esset, hortarer;
sed, cum consilii tui bene fortiterque suscepti eum tibi finem
statueris, quem ipsa fortuna terminum nostrarum contentionum
esse voluisset, oro optestorque te pro vetere nostra coniunctione
ac necessitudine proque summa mea in te benevolentia et tua in
me pari, te ut nobis, parenti, coniugi tuisque omnibus, quibus es
fuistique semper carissimus, salvum conserves, incolumitati tuae
tuorumque, qui †e pendent, consulas, quae didicisti quaeque ab
adulescentia pulcherrime a sapientissimis viris tradita memoria et
scientia comprehendisti, eis hoc tempore utare, quos coniunctos
summa benivolentia plurimisque officiis amisisti, eorum desiderium,
3 si non aequo animo, at forti feras. ego quid possim nescio vel

1. aliquando *om.* *R* ‖ 2. sollicitudinas *G*, solitudines *R* ‖ 3. nostras ‖, 1—2 *litt. eras.*, *M* ‖ 4. esse] est *Ω* ‖ 12. nequid *G* ‖ omnibus rebus *R* ‖ nequid *GR* ‖ 13. consilium *om.* *R* ‖ desse *M*, deesset *GR* ‖ nequid *GR* ‖ 15. melora *M* sunt nunc atque etiam multo ς. *retinui prius* etiam *et commate — cum Seyfferto et C. F. W. Müllero — a proximis v. diremi* ‖ 16. nullis *GR* ‖ 17. plus quam conatum e. s. causas m. *G* ‖ 18. potuisse *GR* ‖ 19. uiuendi, *alt.* u *corr.*, *G*, uinciendi *R* ‖ quique *M*, *et G ut vid.*, quaque *R*, quaeque ς. *si litterae paterentur*, cuicuimodi *conicerem* ‖ 20. eundem *G* ‖ 22. te *om.* *R* ‖ 24. pari te *M*, parte *GR* ‖ tuis *G* ‖ 26. e pendent *M*, eapendent *G*, de (*ex* te *m.* 1) te pendent *R quod commendat Streicher* (*p.* 181), ex te pendent ς ‖ 28. eis] his *Ω*, iis ς ‖ coniunctos *M*, conpunctos *G*, cum iunctos *R* ‖ 29. amisisti *M*[r], misisti *Ω* ‖ 30. at *M*, ac *G*, aut *R*

potius me parum posse sentio: illud tamen tibi polliceor, me, quaecumque saluti dignitatique tuae conducere arbitrabor, tanto studio esse facturum, quanto semper tu et studio et officio in meis rebus fuisti; hanc meam voluntatem ad matrem tuam, optimam feminam tuique amantissimam, detuli. si quid ad me scripseris, ita faciam, ut te velle intellexero; sin autem tu minus scripseris, ego tamen omnia, quae tibi utilia esse arbitrabor, summo studio diligenterque curabo. vale.

VII.

I. (37.)

M. CICERO S. D. M. MARIO.

Si te dolor aliqui corporis aut infirmitas valetudinis tuae 1
tenuit, quo minus ad ludos venires, fortunae magis tribuo quam

---

1. tibi *om. G* ‖ 4. tuam *om. G* ‖ 7. arbitror *GR* ‖ studio summo *G* s. uale. M. TVLLI CICERONIS EPISTVLARVM AD A. TORQVAT. et ceteros liber VI^{us} *add. R*) EXPL. INCIPIT (VII^{us} *add. R*) AD M. MARIVM FELICITER *MR* ‖ 9. *Libro septimo in M hic praemissus est index:* 1. M. CICERO S. D. M. MARIO SI TE DOLOR ALIQVI CORPORIS ‖ 2. M. CICERO S. D. M. MARIO MANDATVM TVVM CVRABO ‖ 3. M. CICERO S. D. M. MARIO PERSAEPE MIHI COGITANTI ‖ 4. M. CICERO S. D. M. MARIO A. D. VIIII K. IN CVMANVM ‖ 5. CICERO CAESARI IMP. S. D. VIDE QVM MIHI PERSVASERIM ‖ 6. CICERO S. D. TREBATIO IN OMNIBVS MEIS EPISTVLIS ‖ 7. CICERO TREBATIO EGO TE COMMENDARE 8. CICERO TREBATIO SCRIPSIT AD ME CAESAR ‖ 9. CICERO TREBATIO IAM DIV IGNORO QVID AGAS ‖ 10. M. CICERO S. D. TREBATIO LEGI TVAS LITTERAS ‖ 11. CICERO TREBATIO NISI ANTE ROMA 12. CICERO TREBATIO MIRABAR QVID ESSET ‖ 13. M. CICERO S. D. TREBATIO ADEONE ME INIVSTVM ESSE ‖ 14. CICERO TREBATIO CHRYSIPPVS VETTIVS ‖ 15. CICERO TREBATIO QVAM SINT MOROSI 16. M. CICERO S. D. TREBATIO | IN EQVO TROIANO SCIS ESSE ‖ 17. CICERO TREBATIO SAL. EX TVIS LITTERIS ET QVINTO ‖ 18. CICERO TREBATIO SAL. ACCEPI A TE ALIQVOT EPISTVLAS ‖ 18, 4. EPISTVLAM TVAM QVAM ACCEPI AB L. ARRVNTIO ‖ 19. CICERO TREBATIO SAL. VIDE QVANTI APVD ME SIS ‖ 20. CICERO TREBATIO SAL. | AMABILIOR MIHI VELIA FVIT ‖ 21. CICERO TREBATIO SAL. | SILII CAVSAM TE DOCVI ‖ 22. CICERO TREBATIO SAL. INLVSERAS HERI ‖ 23. CICERO S. D. M. FABIO GALLO TANTVM QVOD EX ARPINATI ‖ 24. M. CICERO S. D. M. FABIO GALLO AMORIS QVIDEM TVI ‖ 25. CICERO S. D. M. FABIO GALLO QVOD EPISTVLAM CONSCISSAM ‖ 26. CICERO SAL. DIC. GALLO | CVM DECVMVM IAM DIEM ‖ 27. M. CICERO S. D. GALLO MIROR CVR ME ACCVSES ‖ 28. M. CICERO S. D. CVRIO | MEMINI CVM MIHI ‖ 29. CVRIVS M. CICERONI SVO SAL. S. V. B. SVM ENIM 30. CICERO CVRIO S. D. EGO VERO IAM TE ‖ 31. CICERO CVRIO S. D. FACILE PERSPEXI ‖ 32. M. CICERO S. D. VOLVMNIO QVOD SINE PRAENOMINE ‖ 33. M. CICERO S. D. VOLVMNIO | QVOD DECLAMATIONIBVS.
11. aliqui *M*, aliquis *G*, aliquid *R*

sapientiae tuae; sin haec, quae ceteri mirantur, contemnenda duxisti et, cum per valetudinem posses, venire tamen noluisti, utrumque laetor, et sine dolore corporis te fuisse et animo valuisse, cum ea, quae sine causa mirantur alii, neglexeris, modo ut tibi constiterit fructus otii tui, quo quidem tibi perfrui mirifice licuit, cum esses in ista amoenitate paene solus relictus. neque tamen dubito, quin tu in illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti et patefecisti †senum, per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris, cum illi interea, qui te istic reliquerunt, spectarent communis mimos semisomni. reliquas vero partis diei tu consumebas eis delectationibus, quas tibi ipsi ad arbitrium tuum compararas, nobis autem erant ea perpetienda, quae Sp. Maecius
2 probavisset. omnino, si quaeris, ludi apparatissimi, sed non tui stomachi; coniecturam enim facio de meo: nam primum honoris causa in scaenam redierant ei, quos ego honoris causa de scaena decesse arbitrabar; deliciae vero tuae, noster Aesopus, eiusmodi fuit, ut ei desinere per omnis homines liceret: is iurare cum coepisset, vox eum defecit in illo loco: 'si sciens fallo.' quid tibi ego alia narrem? nosti enim reliquos ludos, qui ne id quidem leporis habuerunt, quod solent mediocres ludi; apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem, quo quidem apparatu non dubito quin animo aequissimo carueris; quid enim delectationis habent sescenti muli in 'Clytaemestra' aut in 'equo Troiano' creterrarum tria milia aut armatura varia peditatus et equitatus in aliqua pugna? quae popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attu-

1. et *post* contemnenda *exp.* M^{r}, *ut vid.* ‖ 2. uoluisti *G* ‖ 3. dolore *ex* -ris M^{1} ‖ 5. esses *ex* esse M^{r} ‖ 7. in *Schütz,* ex **Ω** ‖ stabianum ***MR***, sabianum *G*. tablinum *Boot* (*'obs. crit.'* *p.* 12), istud maenianum *Tyrrell* ‖ 8. senum] sinum *post alios Boot et Kiessling* (*mus. Rhen.* XXXII. 1877. *p.* 636), *recte puto* (senus *alterius forma plebeia*). Misenum *alii* ‖ spectiunculis *Klotz* ‖ 9. illi *ex* ini M^{r} ‖ 10. communis mimos semisomni (semi somni *G*) ***MG***, communi mi nossemis omni ***R***. comminus *pro* communis *coni. Madvig* (*'adv. crit.'* III *p.* 158) ‖ 11. eis] his **Ω**, iis ς ‖ ipsi **Ω**, ipse ς ‖ 12. Sp.] s. p. ***MR***, sextius publius *G*. *cf. Teuffel-Schwabe hist. litt. Rom. p.* 407[5] ‖ 14. stomachi] *S. Hieronymum* (*t.* VII *A p.* 245 *Vall., t.* VII *p.* 219 *Migne*) *hunc locum respicere putat Aem. Lübeck* (*'Hieron. quos noverit scriptores'* *Lips.* 1872 *p.* 158) ‖ 15. scenam ***R***, cenam ***MG*** ‖ ei] hi **Ω**, ii ς ‖ scaena *M*, scena ***R***, caena *G* ‖ 16. decesse *M*, descessisse (*sic*) ***R***, discessisse *G* ‖ noster est esopus ***R***, noster est opus *G* ‖ 17. 18. is cum iurare coepisset *G* ‖ 18. si sc. f.] *cf. Ribbeck 'd. röm. Tragödie'* (*Lips.* 1875) *p.* 49 ‖ 19. qui *G*, quid ***MR***. reliquos ludos. quid? ne *distinguunt alii.* reliquos. ludi ne *Streicher* (*p.* 106) ‖ ne id ***MR***, ne *G* ‖ 20. quod leporis habuerunt *post* habuerunt *in M scripta del.* M^{r} ‖ 22. habent *om. G* ‖ sexcenti *G* ‖ 23. clytaemestra *M*, clitemestra ***R***, clitemenstra *G*, clytaemnestra ς. *cf. Ritschl opusc.* II *p.* 497. 517, *C. F. W. Müller ad Cic. op.* IV, 3 *p.* 39, 28, *Papageorg Berl. phil. Wochenschr.* 1886 *p.* 291. 955 *al.* ‖ troiano G^{1} (M^{r}), traiano $MG^{2}R$ ‖ creterrarum **Ω**, craterarum ς ‖ 24. in aliqua pugna] *offenderunt quidam, vix iure. adludi ad praetextam aliquam olim putavit Ribbeck* (*l. d. p.* 657), *hodie non putat* ‖ 25. popularem quidem adm. *G*

lissent. quod si tu per eos dies operam dedisti Protogeni tuo, dummodo is tibi quidvis potius quam orationes meas legerit, ne tu haud paulo plus quam quisquam nostrum delectationis habuisti; non enim te puto Graecos aut Oscos ludos desiderasse, praesertim cum Oscos vel in senatu vestro spectare possis, Graecos ita non ames, ut ne ad villam quidem tuam via Graeca ire soleas. nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris? in quibus ipse Pompeius confitetur se et operam et oleum perdidisse. reliquae sunt venationes binae per dies quinque, magnificae — nemo negat —, sed quae potest homini esse polito delectatio, cum aut homo inbecillus a valentissima bestia laniatur aut praeclara bestia venabulo transverberatur? quae tamen, si videnda sunt, saepe vidisti; neque nos, qui haec spectamus, quicquam novi vidimus. extremus elephantorum dies fuit: in quo admiratio magna vulgi atque turbae, delectatio nulla exstitit; quin etiam misericordia quaedam consecutast atque opinio eiusmodi, esse quandam illi beluae cum genere humano societatem. his ego tamen diebus, 4
ludis scaenicis, ne forte videar tibi non modo beatus, sed liber omnino fuisse, dirupi me paene in iudicio Galli Caninii, familiaris tui. quod si tam facilem populum haberem, quam Aesopus habuit, libenter mercule artem desinerem tecumque et cum similibus nostri viverem; nam me cum antea taedebat, cum et aetas et ambitio me hortabatur et licebat denique, quem nolebam, non defendere, tum vero hoc tempore vita nullast; neque enim fructum ullum laboris exspecto et cogor nonnumquam homines non optime de me meritos rogatu eorum, qui bene meriti sunt, defendere. itaque quaero 5
causas omnis aliquando vivendi arbitratu meo teque et istam rationem otii tui et laudo vehementer et probo, quodque nos minus intervisis, hoc fero animo aequiore, quod, si Romae esses, tamen neque nos lepore tuo neque te — si qui est in me — meo frui

1. protogeno *G* ‖ 2. ne *M*, nec *GR* ‖ 3. haud $M^c R$, haut *G*, hau M^1 ‖ paullo *R* ‖ 5. oscos *GR*, oscos cludos *exp.* 1 desiderasse *exp.* M^r *M in s. v.* ‖ *Pompeianorum intellegit Kiessling l. d., Nucerinorum Mommsen C. I. L.* X *p.* 124. vestro *om. G* ‖ 7. ego *om. G* ‖ 8. oleum *MR*, consilium *G. cf. Otto 'Sprichwörter d. Römer' p.* 253 ‖ 9. magnificae M^r, -ce Ω ‖ 10. homini *ex* nomini M^c ‖ 11. laniatur aut praeclara bestia *om. R* ‖ 13. spectamus, spectavimus *alii, vix iure* ‖ 15. nulla *om. G* ‖ 16. consecuta est *GR* ‖ 17. *post* ego *ras. 5 litt. in fine vs. in M* ‖ 18. ludis scaenicis scen. *GR quibusdam suspecta* ‖ ne forte non uid. *G* ‖ 19. fuisse *om. G* ‖ dirrupi *M*, disrupi *G* ‖ caninii *M*, caniuii (? *G*, cannii *R* ‖ 21. mehercule *GR* ‖ artem *quibusdam suspectum, iniuria* ‖ 22. nam cum me *G* ‖ cum et *M*, cum *GR* ‖ ambitio, abitio *M*, habitatio *GR* ‖ 23. hortabatur] hortabantur *alii. at v. An: progr. Quedlinb.* 1884 *p.* 14 *sq.* ‖ non *om. G* ‖ 24. nullast M^r, nulla est $M^c GR$ ‖ 25. exspecto *ex* exispecto M^r, *ut vid.*

liceret propter molestissimas occupationes meas; quibus si me relaxaro — nam, ut plane exsolvam, non postulo —, te ipsum, qui multos annos nihil aliud commentaris, docebo profecto, quid sit humaniter vivere. tu modo istam imbecillitatem valetudinis tuae sustenta et tuere, ut facis, ut nostras villas obire et mecum
6 simul lecticula concursare possis. haec ad te pluribus verbis scripsi, quam soleo, non otii abundantia, sed amoris erga te, quod me quadam epistula subinvitaras, si memoria tenes, ut ad te aliquid eiusmodi scriberem, quo minus te praetermisse ludos paeniteret: quod si adsecutus sum, gaudeo; sin minus, hoc me tamen consolor, quod posthac ad ludos venies nosque vises neque in epistulis relinques meis spem aliquam delectationis tuae.

II. (74.)

M. CICERO S. D. M. MARIO.

1 Mandatum tuum curabo diligenter; sed homo acutus ei mandasti potissimum, cui expediret illud venire quam plurimo; sed eo vidisti multum, quod praefinisti, quo ne pluris emerem. quod si mihi permisisses, qui meus amor in te est, confecissem cum coheredibus; nunc, quoniam tuum pretium novi, inlicitatorem potius
2 ponam, quam illud minoris veneat. sed de ioco satis est: tuum negotium agam, sicuti debeo, diligenter. de Bursa, te gaudere certo scio; sed nimis verecunde mihi gratularis; putas enim, ut scribis, propter hominis sordes minus me magnam illam laetitiam putare. credas mihi velim magis me iudicio hoc quam morte inimici laetatum: primum enim iudicio malo quam gladio, deinde gloria potius amici quam calamitate; in primisque me delectavit tantum studium bonorum in me extitisse contra incredibilem contentionem
3 clarissimi et potentissimi viri; postremo — vix veri simile fortasse videatur — oderam multo peius hunc quam illum ipsum Clodium; illum enim oppugnaram, hunc defenderam, et ille, cum omnis res p.

2. plane *MR*[1], plene *G*, *et R*[1] *ex corr.* ‖ exsoluar *R* ‖ te] et *Ω* ‖ 3. qui] quid *M*, quod *GR* ‖ aliud *om. G* ‖ commentares *Ω* ‖ 4. uiuire *M* ‖ 6. lectula *GR* ‖ ad te *om. GR* ‖ 7. habundantia *Ω* ‖ quod *GR*, quo *ex* quod *radendo M* 9. praetermisisse *GR* ‖ 11. in *deleverim* ‖ 16. potissimum] dotissimum *M*, doctissimum *GR* ‖ cui *R*, qui *MG* ‖ plurimo[s], s *a m.* 1, *G*, plurimum *R* sed ⟨in⟩ eo *Wesenberg* ‖ 18. 19. cum heredibus *G* ‖ 19. praetium *M* ‖ licitatorem *alii* ‖ 20. ueniat *RG*[1] ‖ 23. illam *om. G* ‖ 25. 26. gloriam *G*. deinde gloria ⟨propria⟩ potius quam am. cal. *Pluygers* (*Mnemos.* I. 1873. *p.* 62), deinde gloria potius ⟨mea⟩ quam am. cal. *idem* (*ibid.* IX. 1881. *p.* 116), deinde gloria potius ⟨mea⟩ amici quam cal. *Boot* (*'obs. crit.' p.* 13) ‖ 29. quam — 30. hunc *om. R* ‖ 29. hunc illum quam ipsum *G* ‖ Clodium *suspectum Pluygersio* ‖ 30. enim *om. G*

in meo capite discrimen esset habitura, magnum quiddam spectavit,
nec sua sponte, sed eorum auxilio, qui me stante stare non
poterant, hic simiolus animi causa me, in quem inveheretur, dele-
gerat persuaseratque nonnullis invidis meis se in me emissarium
semper fore. quamobrem valde iubeo gaudere te: magna res gesta
est. numquam ulli fortiores cives fuerunt, quam qui ausi sunt eum
contra tantas opes eius, a quo ipsi lecti iudices erant, condemnare;
quod fecissent numquam, nisi eis dolori meus fuisset dolor. nos 4
hic in multitudine et celebritate iudiciorum et novis legibus ita
distinemur, ut cotidie vota faciamus, ne intercaletur, ut quam
primum te videre possimus.

III. (221.)

M. CICERO S. D. M. MARIO.

Persaepe mihi cogitanti de communibus miseriis, in quibus 1
tot annos versamur et, ut video, versabimur, solet in mentem
venire illius temporis, quo proxime fuimus una; quin etiam ipsum
diem memoria teneo: nam a. d. IIII Id. Mai. Lentulo et Marcello
cos., cum in Pompeianum vesperi venissem, tu mihi sollicito animo
praesto fuisti; sollicitum autem te habebat cogitatio cum officii,
tum etiam periculi mei: si manerem in Italia, verebare, ne officio
dessem; si proficiscerer ad bellum, periculum te meum commovebat.
quo tempore vidisti profecto me quoque ita conturbatum, ut non
explicarem, quid esset optimum factu; pudori tamen malui famae-
que cedere quam salutis meae rationem ducere. cuius me mei facti 2
paenituit non tam propter periculum meum quam propter vitia
multa, quae ibi offendi, quo veneram: primum neque magnas copias
neque bellicosas; deinde extra ducem paucosque praeterea — de
principibus loquor — reliqui primum in ipso bello rapaces, deinde
in oratione ita crudeles, ut ipsam victoriam horrerem; maximum
autem aes alienum amplissimorum virorum: quid quaeris? nihil
boni praeter causam. quae cum vidissem, desperans victoriam
primum coepi suadere pacem, cuius fueram semper auctor; deinde,

1. habitura] aditura *Lambinus*, subitura *Wesenberg* ‖ 2. stare *om. R* ‖ 3. simiolus] *cf. Charis. G. L. K.* I *p.* 108, 26 *coll. ib.* V *p.* 591, 8, *et Weinhold* '*Arch. f. lat. Lexicogr.*' IV *p.* 184. simi°lus, o *a m.* 1, *R*, similiolus *G* ‖ animi *om. R* ‖ me] mei *Ω* ‖ 4. inuidis meis *R*, inuidiis meis *M*, inuidisse *G* ‖ se *M*, si *R*, sed *G* ‖ 8. eis] his *MR*, is *G* ‖ 9. crebritate *Lambinus* ‖ 10. destinemur *GR* ‖ 16. quin *om. GR* ‖ 17. IIII *Wesenberg* (*et Kiessling mus. Rhen.* XXXII. 1877. *p.* 636), III *Ω* ‖ 18. uenissem uesperi *G* ‖ 19. te *om. GR* ‖ 21. deessem *GR* ‖ 23. factu *om. GR* ‖ 26. ibi, 1 *litt. er., M* ‖ 28. loquor *M*, locorum *GR* ‖ reliquos *Wesenberg aliique*

cum ab ea sententia Pompeius valde abhorreret, suadere institui, ut bellum duceret: hoc interdum probabat et in ea sententia videbatur fore et fuisset fortasse, nisi quadam ex pugna coepisset suis militibus confidere. ex eo tempore vir ille summus nullus imperator fuit: signa tirone et collecticio exercitu cum legionibus robustissimis contulit; victus turpissime amissis etiam castris solus
3 fugit. hunc ego mihi belli finem feci nec putavi, cum integri pares non fuissemus, fractos superiores fore: discessi ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit aut in aliquas insidias incidendum aut deveniendum in victoris manus aut ad Iubam confugiendum aut capiendus tamquam exilio locus aut consciscenda mors voluntaria; certe nihil fuit praeterea, si te victori nolles aut non auderes committere. ex omnibus autem eis, quae dixi, incommodis nihil tolerabilius exilio, praesertim innocenti, ubi nulla adiunctast turpitudo, addo etiam, cum ea urbe careas, in qua nihil sit, quod videre possis sine dolore: ego cum meis, si quicquam nunc cuiusquam est, etiam in meis esse malui. quae acciderunt, omnia dixi
4 futura; veni domum, non quo optima vivendi condicio esset, sed tamen, si esset aliqua forma rei p., tamquam in patria ut essem, si nulla, tamquam in exilio. mortem mihi cur consciscerem, causa non visast, cur optarem, multae causae; vetus est enim: ubi non sis, qui fueris, non esse, cur velis vivere. sed tamen vacare culpa magnum est solacium, praesertim cum habeam duas res, quibus me sustentem, optimarum artium scientiam et maximarum rerum gloriam, quarum altera mihi vivo numquam eripietur, altera ne
5 mortuo quidem. haec ad te scripsi verbosius et tibi molestus fui, quod te cum mei, tum rei p. cognovi amantissimum. notum tibi omne meum consilium esse volui, ut primum scires me numquam voluisse plus quemquam posse quam universam rem p., postea

1. pompeius — 2. sententia *om.* G^1 *cum defectus nota, suppl.* G^2 || 3. 4. confidere suis militibus *G* || 4. 5. nullus imperator *MG*, nullius imperii *R*. *cf. Thielmann diss. Argentorat.* II. 1879. *p.* 417 || 5. tirone *M*, tipone *G*, tirones *R* || collecticio exercitu *M*, collectio cum exercitu *GR*. *cf. Wölfflin* '*Arch. f. lat. Lexicogr.*' V *p.* 415 *sq.* || cum *om. G* || 8. fractos ⟨nos⟩ *Wesenberg* || superioris *M* || 11. tamquam *deleverim, utpote h. l. molestum illatumque ex vs.* 20 exilio] in exilio *R* || conscidenda *M* || 13. eis] his *M*, iis ς, *om. GR* || incommodis *om. G* || 14. tollerabilius *MG* || adiuncta est *GR* || 17. est *om. R* || dixi *om. G* || 19. aliqua *ex* aliquae M^c || 20. nulla *R*, nullam *M*, non ulla *G* || 21. uisa est *GR* || enim est *G* || 21. 22. *versum ut redintegrarent, scripserunt Bücheler* (*mus. Rhen.* XI *p.* 511): ubi non sis qui fueris, non est cur velis ⟨iam⟩vivere, *item Fleckeisen* (*ann. phil.* 93. 1866. *p.* 628) *et Ribbeck* (*fr. com.*[2] *p.* 127, 75) *nisi quod pro* iam *inseruerunt* ibi, *Havet* (*revue de philol.* XIV. 1890. *p.* 62): ubi non es ⟨is⟩ qui fuisti, non est cur velis vivere. *v. etiam Teuffel ann. phil.* 1875 *p.* 432 || 22. non esse *MG*, non est *R* || 22. 23. culpa fuit m. sol. *G* || 23. habeam *om. G* || 28. consilium meum *G*

autem quam alicuius culpa tantum valeret unus, ut opsisti non posset, me voluisse pacem; amisso exercitu et eo duce, in quo spes fuerat uno, me voluisse etiam reliquis omnibus, postquam non potuerim, mihi ipsi finem fecisse belli; nunc autem, si haec civitas est, civem esse me, si non, exulem esse non incommodiore loco, quam si Rhodum ‹me› aut Mytilenas contulissem. haec tecum 6
coram malueram; sed, quia longius fiebat, volui per litteras eadem, ut haberes, quid diceres, si quando in vituperatores meos incidisses; sunt enim, qui, cum meus interitus nihil fuerit rei p. profuturus, criminis loco putent esse, quod vivam, quibus ego certo scio non videri satis multos perisse: qui, si me audissent, quamvis iniqua pace, honeste tamen viverent; armis enim inferiores, non causa fuissent. habes epistulam verbosiorem fortasse, quam velles: quod tibi ita videri putabo, nisi mihi longiorem remiseris. ego, si, quae volo, expediero, brevi tempore te, ut spero, videbo.

IV. (240.)

M. CICERO S. D. M. MARIO.

A. d. XIIII K. in Cumanum veni cum Libone tuo vel nostro potius; in Pompeianum statim cogito, sed faciam ante te certiorem. te cum semper valere cupio, tum certe, dum hic sumus: vides enim, quanto post una futuri simus. quare, si quod constitutum cum podagra habes, fac, ut in alium diem differas. cura igitur, ut valeas, et me hoc biduo aut triduo exspecta.

V. (39.)

CICERO CAESARI IMP. S. D.

Vide, quam mihi persuaserim te me esse alterum non modo 1
in eis rebus, quae ad me ipsum, sed etiam in eis, quae ad meos pertinent: C. Trebatium cogitaram, quocumque exirem, mecum

1. tantum *om. R* ‖ unus *M*, unius *GR* ‖ opsisti] sisti *Graevius*, obsisti ⟨ei⟩ *Wesenberg* ‖ 2. 3. fuerat spes una melius se etiam *G* ‖ 4. potuerunt *G* ipsi *R*, *et G*[1] *ex* ipse, ipse *M* ‖ hec si *R* ‖ 6. qam *M* ‖ me ς, *om.* Ω ‖ mytilenas *M*, mitilenas *R*, militenas *G*. *cf. ad p.* 87, 5 ‖ me contulissem *R* ‖ 7. quia *ex* qua *M*[1] ‖ uoluit, it *eras.*, *M* ‖ 8. quod *alii* ‖ 10. certe *R* ‖ 12. noneste *M* 13. fortasse — 14. longiorem *om. GR* ‖ 15. tempore *om. G* ‖ 17. M. Cicero *M*, Cicero *GR* ‖ 18. XIIII *Th. Schiche* (*zu Cic. Br. an Att.* II². *pr. Berol.* 1883 *p.* 11), VIIII Ω ‖ 19. ante te *M*, ante *GR* ‖ 20. vides — 21. simus *om. G* ‖ 21. simus ς, sumus *MR*. *cf. F. Hoppe progr. Gumbinnen.* 1879 *p.* 1. 10 22. 23. cura igitur ut valeas *del. Cobet* (*Mnemos.* VIII. 1880 *p.* 185) *omittuntque re vera* ut valeas *GR* ‖ 23. exspecta *M*, specta *GR* ‖ 27. eis (*bis*)] his Ω, iis ς 28. c. t. rebatium *M*

ducere, ut eum meis omnibus studiis beneficiis quam ornatissimum
domum reducerem; sed, postea quam et Pompei commoratio diu-
turnior erat, quam putaram, et mea quaedam tibi non ignota
dubitatio aut impedire profectionem meam videbatur aut certe
tardare, vide, quid mihi sumpserim: coepi velle ea Trebatium
exspectare a te, quae sperasset a me, neque mercule minus ei pro-
lixe de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri.
2 casus vero mirificus quidam intervenit quasi vel testis opinionis
meae vel sponsor humanitatis tuae: nam, cum de hoc ipso Tre-
batio cum Balbo nostro loquerer accuratius domi meae, litterae
mihi dantur a te, quibus in extremis scriptum erat: †'M. itfiuium,
quem mihi commendas, vel regem Galliae faciam, vel hunc Leptae
delega, si vis. tu ad me alium mitte, quem ornem.' sustulimus
manus et ego et Balbus: tanta fuit opportunitas, ut illud nescio
quid non fortuitum, sed divinum videretur. mitto igitur ad te
Trebatium atque ita mitto, ut initio mea sponte, post autem in-
3 vitatu tuo mittendum duxerim. hunc, mi Caesar, sic velim omni
tua comitate complectare, ut omnia, quae per me possis adduci ut
in meos conferre velis, in unum hunc conferas; de quo tibi homine
haec spondeo, non illo vetere verbo meo, quod, cum ad te de
Milone scripsissem, iure lusisti, sed more Romano, quomodo ho-
mines non inepti locuntur, probiorem hominem, meliorem virum,
pudentiorem esse neminem; accedit etiam, quod familiam ducit in
iure civili singulari memoria, summa scientia. huic ego neque
tribunatum neque praefecturam neque ullius beneficii certum nomen
peto, benevolentiam tuam et liberalitatem peto, neque impedio,
quo minus, si tibi ita placuerit, etiam hisce eum ornes gloriolae
insignibus; totum denique hominem tibi ita trado, 'de manu', ut
aiunt, 'in manum' tuam istam et victoria et fide praestantem;
simus enim putidiusculi, †quam per te vix licet; verum, ut video,
licebit. cura, ut valeas, et me, ut amas, ama.

---

1. meis *om.* *GR* ‖ 2. pompei *M*, pompeio *GR* ‖ 3. erat] *cf. Wölfflin ad bell. Afr.* 78, 3 ‖ putarem *G* ‖ 4. profectionem — 5. tardare *om.* *R* ‖ 6. spectare *GR* ‖ sperasset *R* (*M*r), speras sed *MG* ‖ mehercule *GR* ‖ 8. quidam mirificus *R* ‖ 11. dantur mihi *G* ‖ itfiuium *M*, idfinium *R*, id. funum *G*. *plebei alicuius hominis nomen latet, velut* Itei (*Wilmanns ex. n.* 2017) ‖ 12. hunc — 13. vis *corrupta.* lepte *GR*, suus *pro* si vis *G*. *cf. quae de h. l. exposui ann. philol.* 1886 *p.* 68 *sq. veteres coniecturae* (*ap. Graevium et Baiterum*) *aptae non sunt* ‖ 15. quid ς, quod Ω ‖ 18. amplectare *G* ‖ omnia quae *om.* *G* ‖ 20. haec *MRG*2, hoc *G*1. *cf. Lehmann p.* 76 *sq.* ‖ ad te *om.* *G* ‖ 21. scripsisse *M* ‖ 23. pudentiorem *M*, prudentiorem *GR*, pud. ⟨amicum⟩ *Wesenberg* ‖ etiam *MR*, autem *G* ‖ 24. singulari *GR*, singularis *M* ‖ 25. ullius *M*, illius *R*, ullam *G* 28. 29. ut aiunt] *v. Otto 'Sprichwörter d. Römer' p.* 210, 6 ‖ 29. tua ista *R* ‖ uictoria et *MR*, uictoriam de *G* ‖ 30. simus] sumus ς, *vix recte* ‖ putidiusculi *MR*,

VI. (40.)

CICERO S. D. TREBATIO.

In omnibus meis epistolis, quas ad Caesarem aut ad Balbum mitto, legituma quaedam est accessio commendationis tuae, nec ea vulgaris, sed cum aliquo insigni indicio meae erga te benevolentiae. tu modo ineptias istas et desideria urbis et urbanitatis depone et, quo consilio profectus es, id assiduitate et virtute consequere: hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignoverunt Medeae, 1

quae Corinthum arcem altam habebant matronae opulentae, optimates,

quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi vitio illae verterent, quod abesset a patria; nam

multi suam rem bene gessere et publicam patria procul:
multi, qui domi aetatem agerent, propterea sunt improbati;

quo in numero tu certe fuisses, nisi te extrusissemus. sed plura 2
scribemus alias. tu, qui ceteris cavere didicisti, in Britannia ne ab essedariis decipiaris caveto et, quoniam Medeam coepi agere, illud semper memento:

qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequiquam sapit.

cura, ut valeas.

VII. (41.)

CICERO TREBATIO.

Ego te commendare non desisto, sed, quid proficiam, ex te 1
scire cupio: spem maximam habeo in Balbo, ad quem de te diligentissime et saepissime scribo. illud soleo mirari, non me totiens accipere tuas litteras, quotiens a Quinto mihi fratre adferantur. in Britannia nihil esse audio neque auri neque argenti: id si itast,

putidiunculis, s *exp. m.* 1, *G.* impudentiusculi *alii* ‖ quam] quamquam *Ernesti, recte puto. at nunc putidiuscule scribit:* (in manum) tuam istam . . . praestantem, *sic antea quoque simili videtur usus esse tumido scribendi genere eoque in Caesaris iocos incurrisse.* sumus enim putidiusculi, quod per te vix licet, per hunc utique licebit *aliorum coniecturis usus Boot* (*'obs. crit.' p.* 13), *nimis licenter* ‖ 3. aut balbum *G* ‖ 4. legatum quidem accessio *G* ‖ 8. ignoscimus *R* ‖ 9. *qui secuntur versus, ex Ennii Medea exule petiti sunt. cf. Ribbeck fr. trag.*² *p.* 43 *sq., 'röm. Tragödie' p.* 119 *sq., Enn. ed. L. Müller p.* 114 *sq.* Corinthi *Lambinus* ‖ habebat *R* ‖ opulentas *G* ‖ 11. cypsatissimis (cips. *G*) Ω illa *G* ‖ 13. patriam *GR*¹ ‖ 15. certe tu *G* ‖ 16. alis *M*, *corr. M*ʳ ‖ britannia *GR*, brittannia *M*, *quod fort. servari poterat, cf. Seelmann 'Aussprache d. Latein' p.* 129 ‖ 17. capiaris *G* ‖ 19. sibi *om. G* ‖ non quit (quid *G*) *MG*, nequid *R* ‖ nequicquam *R* ‖ 20. ut sapias *G* ‖ 23. commodare *G*, coms dare *R* ‖ 26. Quinto] q' *M*, q. *G*, que *R* ‖ adferuntur ς ‖ 27. ita est *GR*

essedum aliquod capias suadeo et ad nos quam primum recurras.
2 sin autem sine Britannia tamen adsequi, quod volumus, possumus, perfice, ut sis in familiaribus Caesaris: multum te in eo frater adiuvabit meus, multum Balbus, sed, mihi crede, tuus pudor et labor plurimum. †imperatorem liberalissimum, aetatem opportunissimam, commendationem certe singularem, ut tibi unum timendum sit, ne ipse tibi defuisse videare.

VIII. (42.)

CICERO TREBATIO.

1 Scripsit ad me Caesar perhumaniter nondum te sibi satis esse familiarem propter occupationes suas, sed certe fore: cui quidem ego rescripsi, quam mihi gratum esset futurum, si quam plurimum in te studii, officii, liberalitatis suae contulisset. sed ex tuis litteris cognovi praeproperam quandam festinationem tuam et simul sum admiratus, cur tribunatus commoda, dempto praesertim labore mili-
2 tiae, contempseris. querar cum Vacerra et Manilio; nam Cornelio nihil audeo dicere, cuius tu periculo stultus es, quoniam te ab eo sapere didicisse profiteris. quin tu urges istam occasionem et facultatem, qua melior numquam reperietur? quod scribis de illo Preciano iureconsulto, ego te ei non desino commendare; scribit enim ipse mihi te sibi gratias agere debere: de eo quid sit, cura, ut sciam. ego vestras Britannicas litteras exspecto.

IX. (44.)

CICERO TREBATIO.

1 Iamdiu ignoro, quid agas; nihil enim scribis; neque ego ad te his duobus mensibus scripseram: quod cum Quinto, fratre meo, non eras, quo mitterem aut cui darem, nesciebam. cupio scire, quid agas et ubi sis hiematurus: equidem velim cum Caesare, sed ad eum propter eius *nihil sum ausus scribere; ad Balbum tamen

1. qua primum recurrans *M* ‖ 2. brittannia *M* ‖ 4. multum te balbus *G* ‖ 5. liberalissimam *R*, liberatissimum *G* ‖ 5 sq. *intercidit verbum*: ⟨habes⟩ ς, ⟨invenisti⟩ *Lehmann* (*p.* 57) ‖ 15. tribunatus commoda] *cf. Mommsen* 'r. *Staatsr.*' I³ *p.* 300, 4 ‖ 16. quaerar *M* ‖ 18. didisse *M*¹, *corr. M*ᶜ ‖ 20. praesciano *G* ‖ 21. enim] etiam *Lambinus*, *fort. recte* ‖ 25. iam d. *MR*, quam d. *G* 26. cum Quinto] cumque *Ω* ‖ 27. quo mitterem *M*, committerem *GR* ‖ 28. caesare||, 1 *litt. er.*, *M* ‖ 29. *post* eius *spat.* 3—4 *litt. in R. ad Iuliae obitum alludi cum certum sit, supplendum* luctum (*hoc Victorius ex ep. ad Quintum fr.* III, 1, 25), casum (*hoc Bergk ann. phil. suppl.* XIII. 1884. *p.* 623, 4 *ex eiusdem ep.* § 17), *vel tale aliquid.* ⟨occupationes⟩ (-nem *Orelli*) ς, *iniuria* ‖ ausus *om. G*

scripsi. tu tibi desse noli; serius potius ad nos, dum plenior. 2
quod huc properes, nihil est, praesertim Battara mortuo; sed tibi
consilium non dest. quid constitueris, cupio scire. Cn. Octavius 3
est an Cn. Cornelius quidam, tuus familiaris, summo genere natus,
terrae filius: is me, quia scit tuum familiarem esse, crebro ad
cenam invitat: adhuc non potuit perducere, sed mihi tamen
gratum est.

X. (48.)

M. CICERO S. D. TREBATIO.

Legi tuas litteras, ex quibus intellexi te Caesari nostro valde 1
iureconsultum videri: est, quod gaudeas te in ista loca venisse,
ubi aliquid sapere viderere. quod si in Britanniam quoque profectus esses, profecto nemo in illa tanta insula peritior te fuisset. verum tamen — rideamus licet: sum enim a te invitatus — subinvideo tibi, ultro etiam accersitum ab eo, ad quem ceteri, non propter superbiam eius, sed propter occupationem, adspirare non
possunt. sed tu in ista epistula nihil mihi scripsisti de tuis rebus, 2
quae mercule mihi non minori curae sunt quam meae. valde metuo, ne frigeas in hibernis; quamobrem camino luculento utendum censeo; idem Mucio et Manilio placebat, praesertim qui sagis non abundares: quamquam vos nunc istic satis calere audio: quo quidem nuntio valde mercule de te timueram. sed tu in re militari multo es cautior quam in advocationibus, qui neque in Oceano natare volueris, studiosissimus homo natandi, neque spectare essedarios, quem antea ne andabata quidem defraudare poteramus. sed
iam satis iocati sumus. ego de te ad Caesarem quam diligenter 3
scripserim, tute scis, quam saepe, ego; sed mercule iam intermiseram, ne viderer liberalissimi hominis meique amantissimi voluntati erga me diffidere; sed tamen eis litteris, quas proxime dedi, putavi esse hominem commonendum: id feci; quid profecerim, facias me velim certiorem et simul de toto statu tuo consiliisque

1. scripsit ut ibi desse *M. recte GR nisi quod* deesse ‖ 2. quod] quid *MR*, qui *G* ‖ Battara] battar a, c *incerta*, r *a m*. 1. *G*. Vacerra ς ‖ 3 deest *GR* ‖ 4. est *om. G* ‖ Cn. *M*, en *R*, et *G* ‖ quidam] quidem *Ω* ‖ familiaris] *cf. Ribbeck fr. com.*² *p.* XLIV ‖ 5. terrae filius] *cf. Otto 'Sprichwörter d. Römer' p.* 344 ‖ 6. cenam *GR*, caenam *M* ‖ 12 sapere *G*, aspere *M*, sperare *R* ‖ 13. profecto in illa tanta insula nemo potior te *G* ‖ ⟨iuris⟩ peritior *Klein p.* 33 ‖ 14. redeamus *GR* ‖ 15. ultro *Ω*, ultro te ς ‖ accersitum acers. *G Ω*, arcessitum ς ‖ 18. mehercule *GR* ‖ 20. mutio *GR* ‖ qui sagis *M*, quis agis *R*, quid agis *G* ‖ 22. mehercule *R*, tehercule *G* ‖ timueram] *cf. Seyffert-Müller ad Cic. Lael. p.* 221 ‖ 25 andabata *A. Schottus*, andabatam (andeb. *G*) *Ω* ‖ 29. eis] his *Ω*, iis ς ‖ 30. hominem esse commouendum *G* ‖ 31. statu tuo *GR*, statuo *M*

omnibus; scire enim cupio, quid agas, quid exspectes, quam longum
4 istum tuum discessum a nobis futurum putes: sic enim tibi persuadeas velim, unum mihi esse solacium, quare facilius possim pati te esse sine nobis, si tibi esse id emolumento sciam; sin autem id non est, nihil duobus nobis est stultius: me, qui te non Romam attraham, te, qui non huc advoles; una mercule nostra vel severa vel iocosa congressio pluris erit quam non modo hostes, sed etiam fratres nostri Haedui. quare omnibus de rebus fac ut quam primum sciam:

aut consolando aut consilio aut re iuero.

XI. (50.)

CICERO TREBATIO.

1 Nisi ante Roma profectus esses, nunc eam certe relinqueres; quis enim tot interregnis iureconsultum desiderat? ego omnibus, unde petitur, hoc consilii dederim, ut a singulis interregibus binas advocationes postulent: satisne tibi videor abs te ius civile didi-
2 cisse? sed heus tu, quid agis? ecquid fit? video enim te iam iocari per litteras: haec signa meliora sunt quam in meo Tusculano; sed, quid sit, scire cupio. consuli quidem te a Caesare scribis; sed ego tibi ab illo consuli mallem: quod si aut fit aut futurum putas, perfer istam militiam et permane; ego enim desiderium tui spe tuorum commodorum consolabor; sin autem ista sunt inaniora, recipe te ad nos; nam aut erit hic aliquid aliquando aut, si minus, una mercule conlocutio nostra pluris erit quam omnes Samarobrivae; denique, si cito te rettuleris, sermo nullus erit, si diutius frustra afueris, non modo Laberium, sed etiam sodalem nostrum Valerium pertimesco; mira enim persona induci
3 potest Britannici iureconsulti. haec ego non rideo, quamvis tu rideas; sed de re severissima tecum, ut soleo, iocor. remoto ioco tibi hoc amicissimo animo praecipio, ut, si istic mea commendatione tuam dignitatem optinebis, perferas nostri desiderium,

3. possim] possem Ω ‖ 5. *alt.* est *om.* *G* ‖ 6. mehercule *GR* ‖ 7. erat *G* ‖ 8. Aedui *alii* ‖ 10. *Ter. Heautont.* 86 ‖ aut consilio *om.* *GR* ‖ re iuero] rei uere *M*, rei iure *GR*, re iuvero ς ‖ 16. 17. didici sise *M* ‖ 17. agas *G* ‖ ecquid] haec quid *M*, hec quid *R*, hecquid *G*[2] *ex* hocquid ‖ iam *om.* *GR* ‖ 19. sit *M*, sci (it *superscr.*), *exp. et corr. m.* 2, *G*, sicit, *exp. m.* 1, *R* ‖ 21. 22. ego enim tui cordis desiderium spe *G* ‖ 23. recipi te *M* ‖ 24. mehercule *GR* ‖ 25. si cito te *M*[c] *ex* scitote ‖ retuleris *G*[1] *ex* rittuleris, reiuleris *R* ‖ 26. diutiis *M* ‖ attuleris *R* ‖ 27. Valerium] *cf. Ribbeck com. fr.*[2] *p.* 302 *et p.* LXXXVIII ‖ 30. praecipio] precio *M*, praetio *R*, praecor *G*

honestatem et facultates tuas augeas, sin autem ista frigebunt, recipias te ad nos. omnia tamen, quae vis, et tua virtute profecto et nostro summo erga te studio consequere.

XII. (51.)

CICERO TREBATIO.

Mirabar, quid esset, quod tu mihi litteras mittere inter- 1
misisses: indicavit mihi Pansa meus Epicureum te esse factum. o castra praeclara! quid tu fecisses, si te Tarentum et non Samarobrivam misissem? iam tum mihi non placebas, cum idem tue-
bare, quod †Zeius, familiaris meus. sed quonam modo eius civile 2
defendes, cum omnia tua causa facias, non civium? ubi porro illa erit formula fiduciae: VT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET? †quis enim est, qui facit nihil nisi sua causa? quod ius statues COMMVNI DIVIDVNDO, quom commune nihil possit esse apud eos, qui omnia voluptate sua metiuntur? quomodo autem tibi placebit IOVEM LAPIDEM iurare, cum scias Iovem iratum esse nemini posse? quid fiet porro populo Ulubrano, si tu statueris πολιτεύεσθαι non oportere? quare, si plane a nobis deficis, moleste fero, sin Pansae adsentari commodumst, ignosco: modo scribe aliquando ad nos, quid agas et a nobis quid fieri aut curari velis.

XIII. (52.)

M. CICERO S. D. TREBATIO.

Adeone me iniustum esse existimasti, ut tibi irascerer, quod 1
parum mihi constans et nimium cupidus decedendi viderere, ob eamque causam me arbitrarere litteras ad te iamdiu non misisse? mihi perturbatio animi tui, quam primis litteris perspiciebam, molestiam attulit; neque alia ulla fuit causa intermissionis epistu-

---

7. pansa meus *M*, pansenius (*vel* pansemus) *G*, pansemus *R* ‖ Epicureum] *cf. Usener Epicur. p.* 94 *sq.* 325 ‖ esse te *G* ‖ 9. non placebas *M*, conplacebas *GR* ‖ 9. 10. tuebare *Lambinus*, intuebare *Ω*, tu tuebare *alii* ‖ 10. zeius *M*, zeus *GR*. Seius *Victorius*, Selius *alii. non liquet* ‖ quonam *R*, quoniam *G*, quodam *M* ‖ 11. 12. erit illa *R* ‖ 13. est enim *G*. quis enim est ⟨bonus⟩ *Manutius*, quis enim ⟨bonus⟩ est *Wesenberg*, quis enim [est] *Orelli*, quis (*vel* qui) enim potest *Klotz*², quum is minime sit *Krauss* ‖ ius statues *M*ʳ *ex* iusta tues ‖ 14. commune *GR* ‖ diuidendo *Ω* ‖ quom] quam *M*, cum *R*, cum e *G* ‖ 17. populo Ulubrano] *cf. C. I. L. X p.* 642 ‖ ΠΟΛΕΙΤΕΥΕϹΕΑΙ *M*, *etiam GR corrupti* ‖ 19. commodumst] commodum et *Ω*, commodum est *ς* ‖
23. irascerer quod nimium cupidus decedendi uide^rere^ (*corr. m.* 2) et quod parum mihi constans ob eamque causam *G* ‖ 25. arbitrarere] arbitrare *Madvig* (*adv. crit.* III *p.* 159), *speciose: de forma v. Neue* II² *p.* 395 ‖ 27. ulla *om. GR*

larum, nisi quod, ubi esses, plane nesciebam. hic tu me etiam insimulas nec satisfactionem meam accipis? audi, Testa mi: utrum superbiorem te pecunia facit an quod te imperator consulit? moriar, ni, quae tua gloria est, puto te malle a Caesare consuli quam inaurari. si vero utrumque est, quis te feret praeter me,
2 qui omnia ferre possum? sed, ut ad rem redeam, te stic invitum
non esse vementer gaudeo et, ut illud erat molestum, sic hoc est iucundum: tantum metuo, ne artificium tuum tibi parum prosit; nam, ut audio, istic

> non ex iure manum consertum, sed magis ferro
> rem repetunt,

et tu soles ad vim faciundam adhiberi; neque est, quod illam exceptionem in interdicto pertimescas: QVOD TV PRIOR VI HOMINIBVS ARMATIS NON VENERIS; scio enim te non esse procacem in lacessendo. sed, ut ego quoque te aliquid admoneam de vestris cautionibus, Treviros vites censeo: audio capitalis esse; mallem aere argento auro essent. sed alias iocabimur: tu ad me de istis rebus omnibus scribas velim quam diligentissime. d. IIII Non. Mart.

XIV. (60.)

CICERO TREBATIO.

1 Chrysippus Vettius, Cyri architecti libertus, fecit, ut te non
inmemorem putarem mei; salutem enim verbis tuis mihi nuntiarat: valde iam lautus es, qui gravere litteras ad me dare, homini praesertim prope domestico. quod si scribere oblitus es, minus multi iam te advocato causa cadent; si nostri oblitus es, dabo operam, ut istuc veniam, ante quam plane ex animo tuo effluo: sin aestivorum timor te debilitat, aliquid excogita, ut fecisti de Britannia.
2 illud quidem perlibenter audivi ex eodem Chrysippo, te esse Caesari
familiarem; sed mercule mallem, id quod erat aequius, de tuis rebus

2. meam *om. G* ‖ audi testa mi *M*, aut id est a me *GR* (.ι. = id est *G*) 6. ⟨a te⟩ ferre *Pluygers* (*Mnemos.* IX. 1881. *p.* 116) ‖ te stic] testic *M*, te istic *GR*. *cf. ad* IV, 3, 2 ‖ 7. uehementer *GR* ‖ 9. istinc *G* ‖ 10. *Enn. ann. p.* 34 *Müll.*, *p.* 85 *Baehr.* ‖ manu *alii. cf. Hertz Gell. t.* II (1885) *ad p.* 464, 21 13. quod tu|· *cf. Lenel 'd. Edictum perpetuum' p.* 375, *A. Gasquy 'Cicéron jurisconsulte'* (*diss. Paris.* 1886) *p.* 206. quo tu *Beier*, *perperam, nec minus male alii* NON (*vs.* 14) *delent* ‖ ui *M*, in *GR* ‖ 16. treuires *Ω* ‖ 16. 17. aere argento auro *scripsi* (*cf. Mommsen 'Staatsr.'* II[3], 1 *p.* 602), auro aere (ere *R*) argento *MR*, argento auro aerę *G*. auro argento aeri *Wesenberg. notis nimirum* a. a. a. *ipse usus est Cicero* ‖ 21. uettius *M*, uectius *R*, uetius *G*. *cf. A. Zimmermann mus. Rhen.* XLV *p.* 493 *sq.* ‖ 23. grauare *G*, graue *R* ‖ 25. causa] causae *Ω* ‖ si nostri *MG*, sin m̄ (= me?) *R* ‖ 26. effluam *alii*

ex tuis litteris quam saepissime cognoscerem: quod certe ita fieret, si tu maluisses benivolentiae quam litium iura perdiscere. sed haec iocati sumus et tuo more et nonnihil etiam nostro. te valde amamus nosque a te amari cum volumus, tum etiam confidimus.

XV. (59.)

CICERO TREBATIO.

Quam sint morosi qui amant, vel ex hoc intellegi potest: 1
moleste ferebam antea te invitum istic esse: pungit me rursus,
quod scribis esse te istic libenter: neque enim mea commendatione
te non delectari facile patiebar et nunc angor quicquam tibi sine
me esse iucundum; sed hoc tamen malo ferre nos desiderium, quam
te non ea, quae spero, consequi. quom vero in C. Matii, suavissimi 2
doctissimique hominis, familiaritatem venisti, non dici potest, quam
valde gaudeam; qui fac ut te quam maxime diligat: mihi crede,
nihil ex ista provincia potes, quod iucundius sit, deportare. cura,
ut valeas.

XVI. (46.)

M. CICERO S. D. TREBATIO.

In 'equo Troiano' scis esse in extremo 'sero sapiunt': tu 1
tamen, mi vetule, non sero. primas illas rabiosulas sat fatuas
dedisti; deinde quod † in Britannia non minus φιλοθέωρον te praebuisti, plane non reprehendo; nunc vero in hibernis iniectus mihi videris, itaque te commovere non curas.

usquequaque sapere oportet: id erit telum acerrimum.

ego si foris cenitarem, Cn. Octavio, familiari tuo, non defuissem: 2
cui tamen dixi, cum me aliquotiens invitaret: 'oro te, quis tu es?'
sed mercules, extra iocum, homo bellus est; vellem eum tecum
abduxisses. quid agatis et ecquid in Italiam venturi sitis hac 3

1. cognoscerem] cognoscere *alii. cf. ad* V, 20, 5 ‖ 4. nosque *M*, nos quoque *GR* ‖ 7. sint morosi *R*, sint morisi *M*, si mori si *G* ‖ 11. nos *om. G* 12. quom] quam *Ω*, quod *ς* ‖ mutii *R*, mucii *G* ‖ 19. sero sapiunt] *Ribbeck fr. trag.*[2] *p.* 234, '*röm. Tragödie*' *p.* 49 ‖ 20. primas] primum *alii* ‖ rabiosulas s. f.] *cf. Ribbeck fr. com.*[2] *p.* XLIV ‖ sat *M*, at *GR* ‖ 21. in Britannia (britanniam *G*) non] τῶν Βρεττανῶν (*vel* τῶν Βρεττανικῶν: '*rerum Britannicarum*') *scribendum puto: cf. ann. phil.* 1886 *p.* 70 ‖ minus] nimis *Politianus* ‖ φιλοθέωρον] philoteorum *Ω* ‖ 22. iniectus *tenui cum Hoffmanno* (*Z. f. Gymn.* XXII. 1868. *p.* 612), *coniecerunt* intectus *A. Schottus*, nive tectus *C. F. Hermann*, inlectus *W. Teuffel* (*ann. phil.* 1876 *p.* 540) ‖ 23. itaque] ita *Lehmann* (*p.* 69) non *MG*, cum *R* ‖ 24. *cf. Ribbeck fr. trag.*[2] *p.* 246, '*röm. Trag.*' *p.* 49 ‖ 25. tuo *om. R* ‖ 26. tu quis *G* ‖ 27. mehercules *R*, -le *G* ‖ 28. adduxisses *G* ‖ ecquid in] haec quid in *MG*, hec quidem *R*

hieme, fac plane sciam. Balbus mihi confirmavit te divitem futurum: id utrum Romano more locutus sit, bene nummatum te futurum, an, quomodo Stoici dicunt, omnes esse divites, qui caelo et terra frui possint, postea videbo. qui istinc veniunt, superbiam tuam accusant, quod negent te percontantibus respondere; sed tamen est, quod gaudeas; constat enim inter omnis neminem te uno Samarobrivae iuris peritiorem esse.

XVII. (45.)

CICERO TREBATIO S.

1 Ex tuis litteris et Quinto fratri gratias egi et te aliquando
conlaudare possum, quod iam videris certa aliqua in sententia con-
stitisse; nam primorum mensum litteris tuis vehementer commo-
vebar, quod mihi interdum — pace tua dixerim — levis in urbis
urbanitatisque desiderio, interdum piger, interdum timidus in labore
militari, saepe autem etiam, quod a te alienissimumst, subimpudens
videbare; tamquam enim syngrapham ad imperatorem, non epistu-
lam attulisses, sic pecunia ablata domum redire properabas, nec
tibi in mentem veniebat eos ipsos, qui cum syngraphis venissent
2 Alexandream, nummum adhuc nullum auferre potuisse. ego, si
mei commodi rationem ducerem, te mecum esse maxime vellem;
non enim mediocri adficiebar vel voluptate ex consuetudine nostra
vel utilitate ex consilio atque opera tua; sed, cum te ex adule-
scentia tua in amicitiam et fidem meam contulisses, semper te non
modo tuendum mihi, sed etiam augendum atque ornandum putavi.
itaque, quoad opinatus sum me in provinciam exiturum, quae ad
te ultro detulerim, meminisse te credo; postea quam ea mutata
ratiost, cum viderem me a Caesare honorificentissime tractari et
unice diligi hominisque liberalitatem incredibilem et singularem
fidem nossem, sic ei te commendavi et tradidi, ut gravissime di-
ligentissimeque potui; quod ille ita et accepit et mihi saepe litteris

1. plene *GR* ‖ 4. possunt *GR* ‖ uidebo *G*, uidebunt, t 1 *ex* Q, *ut vid.*, (ui istinc ueniunt) *R*, uideo *M*, uidero ς ‖ 5. percontantibus *R*, -cunt.- *G*, -cunct.- *M* ‖ 6. constant *G* ‖ inter *om.* *GR* ‖ 11. 12. constituisse *R*, constituisse, *exp. m.* 1, *G* ‖ 12. mensum *MG*, mensium *R* ‖ 13. pace *M*, ut pace *GR* ‖ dixerim *G*, duxerim *R*, dixeram *M* ‖ 15. alienissimumst] alienissimus et *MG*, alieni sumus et *R* ‖ 16. enim *om.* *GR* ‖ non] ⟨et⟩ (*vel* ⟨ac⟩) non *Wesenberg* ‖ 17. sic *om.* *GR* ‖ 19. nullum] ullum *MG*, ullam *R* ‖ 21. nostra *om.* *G* ‖ 22. tua *om.* *G* ‖ 22. 23. ex adulescentia tua] et adulescentia tuam *M*, et -am tuam *R*, -am tuam *G* ‖ 25. quoad *M*, quod *GR* ‖ 26. detulerim *Lambinus*, attulerim Ω ‖ ea *MG*, mea *R* ‖ 27. ratiost *M*, ratione *R*, est ratio *G* ‖ 30. ita *MG*, grate *R*, *ex glossemate puto*

significavit et tibi et verbis et re ostendit mea commendatione sese valde esse commotum. hunc tu virum nactus, si me aut sapere aliquid aut velle tua causa putas, ne dimiseris, et, ⟨si⟩ quae te forte res aliquando offenderit, cum ille aut occupatione aut difficultate tardior tibi erit visus, perferto et ultima expectato, quae ego tibi iucunda et honesta praestabo. pluribus te hortari 3 non debeo: tantum moneo, neque amicitiae confirmandae clarissimi ac liberalissimi viri neque uberioris provinciae neque aetatis magis idoneum tempus, si hoc amiseris, te esse ullum umquam reperturum. HOC, quemadmodum vos scribere soletis in vestris libris, IDEM Q. CORNELIO VIDEBATVR. in Britanniam te profectum non esse gaudeo, quod et labore caruisti et ego te de rebus illis non audiam. ubi sis hiberaturus et qua spe aut condicione, perscribas ad me velim.

XVIII. (53.)

CICERO TREBATIO S.

Accepi a te aliquot epistulas uno tempore, quas tu diversis 1 temporibus dederas: in quibus me cetera delectarunt; significabant enim te istam militiam iam firmo animo ferre et esse fortem virum et constantem; quae ego paulisper in te ita desideravi, non inbecillitate animi tui, sed magis, ut desiderio nostri te aestuare putarem. quare perge, ut coepisti; forti animo istam tolera militiam: multa, mihi crede, adsequere; ego enim renovabo commendationem, sed tempore. sic habeto, non tibi maiori esse curae, ut iste tuus a me discessus quam fructuosissimus tibi sit, quam mihi; itaque, quoniam vestrae cautiones infirmae sunt, Graeculam tibi misi cautionem chirographi mei. tu me velim de ratione Gallici belli certiorem facias; ego enim ignavissimo cuique maximam fidem habeo. sed, ut ad epistulas tuas redeam, cetera belle; illud miror: quis 2 solet eodem exemplo pluris dare, qui sua manu scribit? nam, quod in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam; sed miror, quid in illa

---

1. tibi et *M*, tibi *GR* ‖ re *M*, rebus *G*, rem *R*. quod ille et grate accepit et mihi saepe litteris significavit et tibi — verbis et re — ostendit *Streicher* (*p.* 184). *pro* ita et: ita ς, grate *Thurot* ‖ 2. uirum tu *G* ‖ nactus si me] nactissime *Ω* ‖ 3. si *om.* *Ω* ‖ 4. forte *om.* *R* ‖ 5. expectato] expectatio *Ω* ‖ 6. tibi *om.* *G* ‖ 11. idemque cornelio *GR* ‖ 13. hiberaturus *M* ‖ 17. pistulas *M* ‖ 20. non ⟨ut⟩ ς, ⟨ut⟩ non *Wesenberg* ‖ 24. tempore] ⟨in⟩ tempore *vel* temperi *Ritschl* (*ad Suet. ed. Reiff.* *p.* 509 *sive opusc.* III *p.* 246), *at v.* *C. F. W. Müller ad Cic. de off. p.* 65 *et ad Cic. op.* IV 3 *p.* 36, 18 ‖ 25. quam] tam *MG*, *om.* *R* ‖ fructuosus *G* ‖ 26. cautiones] causationes (saus. *R*) *Ω* ‖ 26. 27. causationem *G* ‖ 27. cyrographi *Ω* ‖ 29. epustulas *M*, epulas *R*

chartula fuerit, quod delere malueris †quam haec scribere, nisi forte tuas formulas; non enim puto te meas epistulas delere, ut reponas tuas. an hoc significas, nihil fieri, frigere te, ne chartam quidem tibi suppeditare? iam ista tua culpa est, qui verecundiam
3 tecum extuleris et non hic nobiscum reliqueris. ego te Balbo, cum ad vos proficiscetur, more Romano commendabo: tu, si intervallum longius erit mearum litterarum, ne sis admiratus; eram enim afuturus mense Aprili. has litteras scripsi in Pomptino, cum ad villam M. Aemilii Philemonis devertissem, ex qua iam audieram fremitum clientium meorum, quos quidem tu mihi conciliasti; nam Ulubris honoris mei causa vim maximam ranunculorum se commosse constabat. cura ut valeas. VI idus April. de Pomptino.

4 epistulam tuam, quam accepi ab L. Arruntio, conscidi innocentem; nihil enim habebat, quod non vel in contione recte legi posset; sed et Arruntius ita te mandasse aiebat et tu adscripseras. verum illud esto: nihil te ad me postea scripsisse demiror, praesertim tam novis rebus.

XIX. (335.)

CICERO TREBATIO S.

Vide, quanti apud me sis; etsi iure id quidem, non enim te amore vinco; verumtamen, quod praesenti tibi prope subnegaram, non tribueram certe, id absenti debere non potui; itaque, ut primum Velia navigare coepi, institui Topica Aristotelea conscribere ab ipsa urbe commonitus amantissima tui: eum librum tibi misi Regio, scriptum quam planissime res illa scribi potuit; sin tibi quaedam videbuntur opscuriora, cogitare debebis nullam artem litteris sine interprete et sine aliqua exercitatione percipi posse. non longe abieris: num ius civile vestrum ex libris cognosci potest?

1. chartula *M*, cartula *GR*. *cf. Georges 'Arch. f. lat. Lexicogr.'* I *p.* 272 quam haec ⟨non⟩ scribere ς, quam exscribere *Manutius, del. alii.* quam haec ⟨in nova⟩ (*vel* ⟨in alia⟩) scribere *Birt* (*'d. antike Buchwesen' p.* 63), *fort. recte, quamquam totum locum ille non est recte interpretatus* (*cf. ann. phil.* 1891 *p.* 76). *potest tamen latere etiam* quam assem perdere *vel sim., ut dicatur Trebatius noluisse nummulos quibus nova charta comparari potuisset, impendere* 9. uilla *M* ‖ M. Aemilii *Manutius coll. Ascon. p.* 32, 13 *Kiessl.*, metrilii *Ω* diuertissem *GR* ‖ 11. se] sed *MG*. max. ranunc. se *om. R* ‖ 13. 14. inuocentem (*sic*) *GR*. innocenter M^r ‖ 14. conditione *GR* ‖ 15. sed et *M*, sed *GR* 20. uide quanti *M*, uidene quanti *R*, uide nequanti *G*. videsne q. *Graevius* (*poterat lenius* viden), tu vide q. *Streicher* (*p.* 178) ‖ 20. 21. amore te *G* ‖ 21. subnegaram ς, -rem *Ω* ‖ 22. tribueram ς, -rem *MG*, -re *R* ‖ absenti ς, -tem *Ω* ‖ 23. uelia *M*, uel iam *GR* ‖ topia *R*, copia *G* ‖ 24. misi] amisio, o *erasa*, *M*, amisi *G*, amasi *R* ‖ 25. regio *Ω*, rhegio ς. *cf. L. Müller ad Lucil. p.* 202 planissime ς, plenissime *MG*, plenissima *R* ‖ 27. litteris] *cf. Boot ad Cic. ad Att.* I, 14, 3 ‖ 28. non longe *bis in M scripta* ‖ non] nam *R*

qui quamquam plurimi sunt, doctorem tamen usumque desiderant: quamquam tu, si attente leges, si saepius, per te omnia consequere ut certe intellegas: ut vero etiam ipsi tibi loci proposita quaestione occurrant, exercitatione consequere, in qua quidem nos te continebimus, si et salvi redierimus et salva ista offenderimus. v K. Sextil. Regio.

XX. (334.)

CICERO TREBATIO S.

Amabilior mihi Velia fuit, quod te ab ea sensi amari; sed 1
quid ego dicam te, quem quis non amat? Rufio, medius fidius, tuus ita desiderabatur, ut si esset unus e nobis; sed te ego non reprehendo, qui illum ad aedificationem tuam traduxeris: quamquam enim Velia non est vilior quam Lupercal, tamen istuc malo quam haec omnia. tu, si me audies, quem soles, has paternas possessiones tenebis — nescio quid enim Velienses verebantur —, neque Haletem, nobilem amnem, relinques nec Papirianam domum deseres: quamquam illa quidem habet lotum, a quo etiam advenae teneri solent — quem tamen si excideris, multum prospexeris —:
sed in primis opportunum videtur, his praesertim temporibus, habere 2
perfugium primum eorum urbem, quibus carus sis, deinde tuam domum tuosque agros, eaque remoto, salubri, amoeno loco: idque etiam mea interesse, mi Trebati, arbitror. sed valebis meaque negotia videbis meque dis iuvantibus ante brumam exspectabis.
ego a Sex. Fadio, Niconis discipulo, librum apstuli Νίκωνος περὶ 3
πολυφαγίας: o medicum suavem meque docilem ad hanc disciplinam! sed Bassus noster me de hoc libro celavit; te quidem non videtur. ventus increbrescit. cura, ut valeas. XIII K. Sext. Velia.

XXI. (331.)

CICERO TREBATIO S.

Silii causam te docui: is postea fuit apud me. cum ei dicerem tibi videri sponsionem illam nos sine periculo facere posse:

1. usumque *Egnatius*, unumque *MR*, unum quem *G* ‖ 2. per te *M*, perite *GR* ‖ 3. *post* certe *in M eras.* et ‖ 11. ex nobis *G* ‖ 13. tamen *om. G. in ipsa sententia haesit Schütz, fort. iure* ‖ 15. enim quid *G* ‖ 16. haletem *M*, aletem *R*, athletem *G*. Heletem *ad Att.* XVI, 7, 5 (*Straboni p.* 252 *Cas. nomen ab interpolatore illatum*) ‖ Papirianam] paternam *Haackh ap. Paulyum enc. Stuttg.* VI, 2 *p.* 2078 ‖ domum *om. GR* ‖ 17. lotum *M*, lutum *GR*, lucum *ς* ‖ 24. fabio *G* ‖ Νεικωνος *Ω* ‖ 26. balbus *G* ‖ 27. increbescit *G* ‖ uilia *M* ‖ 30. is *om. G* ‖ 31. uideris *M*

si bonorvm Tvrpiliae possessionem Q. Caepio praetor ex edicto svo mihi dedit, negare aiebat Servium tabulas testamenti esse eas, quas instituisset is, qui factionem testamenti non habuerit; hoc idem Ofilium dicere; tecum se locutum negabat meque rogavit, ut se et causam suam tibi commendarem. nec vir melior, mi Testa, nec mihi amicior P. Silio quisquam est, te tamen excepto: gratissimum mihi igitur feceris, si ad eum ultro veneris eique pollicitus eris, sed, si me amas, quam primum: hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

XXII. (332.)

CICERO TREBATIO S.

Inluseras heri inter scyphos, quod dixeram controversiam esse, possetne heres, quod furtum antea factum esset, furti recte agere. itaque, etsi domum bene potus seroque redieram, tamen id caput, ubi haec controversia est, notavi et descriptum tibi misi, ut scires id, quod tu neminem sensisse dicebas, Sex. Aelium, M'. Manilium, M. Brutum sensisse: ego tamen Scaevolae et Testae adsentior.

XXIII. (7.)

CICERO S. D. M. FADIO GALLO.

1 Tantum quod ex Arpinati veneram, cum mihi a te litterae redditae sunt, ab eodemque accepi Aviani litteras, in quibus hoc inerat liberalissimum, nomina se facturum, cum venisset, qua ego vellem die. fac, quaeso, qui ego sum, esse te: estne aut tui pudoris aut nostri primum rogare de die, deinde plus annua postulare? sed essent, mi Galle, omnia facilia, si et ea mercatus esses, quae ego desiderabam, et ad eam summam, quam volueram; ac tamen ista ipsa, quae te emisse scribis, non solum rata mihi erunt, sed etiam grata; plane enim intellego te non modo studio, sed etiam amore usum, quae te delectarint, hominem, ut ego semper iudicavi, in omni iudicio elegantissimum, quae me digna putaris,

1. si ... 2. dedit] *cf. Ph. Ed. Huschke 'Studien d. röm. Rechts'* I (*Vratisl.* 1830) *p.* 10 *sq., O. Brugmann 'condicionales ni'* (*progr. Lips.* 1887) *p.* 11. ni . . . dederit *alii* ‖ 1. turbilie *GR* ‖ possessionemq' caepio *M*, possessionemque cupio *G*, possessionem quae capio *R* ‖ ex dicto *GR* ‖ 4. Ofilium] officium *MG*, offitium *R*. Offilium *et* Ofillium *alii. cf. adn. crit. ad* XVI, 24, 1 ‖ 5. mi testa *M*, me teste *GR* ‖ 12. schyphos *M* ‖ 16. M'.] m. *Ω*. *cf. P. Krüger 'Gesch. d. Quellen u. Litter. d. röm. Rechts' p.* 56 ‖ 17. scaeuulae (sceuule *GR*) et teste *Ω* ‖ 19. Fadio] fabio *Ω* ‖ 21. auiani *R*, aniani *G*, auianii *M*. *de ipso homine v. Overbeck 'Gesch. d. gr. Plastik'* II³ *p.* 380 ‖ 22. nomine *G*, omnia *R* ‖ 24. 25. postularent *Ω* ‖ 27. ipsa ista *G* ‖ quae *M*, qua *GR* ‖ te emisse] et *G* ‖ 27. 28. erunt *post* grata *G* ‖ 28. intellego *bis scr. in M*

coemisse. sed velim maneat Damasippus in sententia; prorsus enim 2 ex istis emptionibus nullam desidero: tu autem ignarus instituti mei, quanti ego genus omnino signorum omnium non aestimo, tanti ista quattuor aut quinque sumpsisti. Bacchas istas cum Musis Metelli comparas: quid simile? primum ipsas ego Musas numquam tanti putassem, atque id fecissem Musis omnibus adprobantibus, sed tamen erat aptum bybliothecae studiisque nostris congruens: Bacchis vero ubi est apud me locus? 'at pulchellae sunt'. novi optime et saepe vidi: nominatim tibi signa mihi nota mandassem, si probassem; ea enim signa ego emere soleo, quae ad similitudinem gymnasiorum exornent mihi in palaestra locum. Martis vero signum quo mihi, pacis auctori? gaudeo nullum Saturni signum fuisse; haec enim duo signa putarem mihi aes alienum attulisse. Mercurii mallem aliquod fuisset: felicius, puto, cum Avianio transigere possemus. quod tibi destinaras trapezophorum, si te delectat, 3 habebis; sin autem sententiam mutasti, ego habebo scilicet. ista quidem summa ne ego multo libentius emerim deversorium Tarracinae, ne semper hospiti molestus sim. omnino liberti mei video esse culpam, cui plane res certas mandaram, itemque Iunii, quem puto tibi notum esse, Aviani familiarem. exhedria quaedam mihi nova sunt instituta in porticula Tusculani: ea volebam tabellis ornare; etenim, si quid generis istiusmodi me delectat, pictura delectat. sed tamen, si ista mihi sunt habenda, certiorem velim me facias, ubi sint, quando arcessantur, quo genere vecturae; si enim Damasippus in sententia non manebit, aliquem Pseudodamasippum vel cum iactura reperiemus. quod ad me de domo scribis iterum, 4 iam id ego proficiscens mandabam meae Tulliae; ea enim ipsa hora acceperam tuas litteras; egeram etiam cum tuo Nicia, quod is utitur, ut scis, familiariter Cassio. ut redii autem, prius quam tuas legi has proximas litteras, quaesivi de mea Tullia, quid egisset: per Liciniam se egisse dicebat — sed opinor Cassium uti non ita multum sorore —; eam porro negare se audere, cum vir abesset

4. sumpsisti (*sive* sumpsti) | sumpsisse Ω ‖ bachas *G*, baccas *R* ‖ 7. erat *GR*, erant *M quo servato inserebant* ἄγαλμα *Orelli*, ornamentum (*cum Kaysero*) *Wesenberg*, decus *Krauss* (*'em.' p.* 23) ‖ aptam *G* ‖ byblioticae *M* ‖ 10. ego enim signa ea *G* ‖ 12. auctore *GR* ‖ gaudo *M* ‖ 14. felicius] facilius *alii* ‖ auiano *G*, amenio *R* ‖ 15. possimus *G*, possumus *R* ‖ trapezophorum] trape zephorum *M*, TRAPEZEPHORVM *G*, Trape thephorum *R*. τραπεζοφόρον ς. *fort. recte* ‖ 16. habebo] habeo Ω ‖ 17. emerem *G* ‖ diuersorium *GR* ‖ **17. 18. terracine *G*. *cf. revue de philol.* II. 1878. *p.* 159 ‖ 20. auiani *G*,** auianii *MR* ‖ exhedria (*vel* exedria) | exhadria *M*, exadria *GR*. *cf. Tyrrell Cic. ep. t.* II *p.* 241 ‖ 23. sed tamen si *M*, si tamen si *G*, si tamen *R* ‖ 27. mandaram *alii*, *bene* ‖ 31. Liciniam] licinium *MR*, licinum *G* ‖ 32. sororem **eam *M*, sorore mea *G*, sororem meam *R* ‖ vir *om. R***

— est enim profectus in Hispaniam Dexius —, illo et absente et insciente migrare. est mihi gratissimum tanti a te aestimatam consuetudinem vitae victusque nostri, primum ut eam domum sumeres, ut non modo prope me, sed plane mecum habitare posses, deinde ut migrare tanto opere festines. sed ne vivam, si tibi concedo, ut eius rei tu cupidior sis, quam ego sum: itaque omnia experiar; video enim, quid mea intersit, quid utriusque nostrum. si quid egero, faciam, ut scias: tu et ad omnia rescribes et, quando te exspectem, facies me, si tibi videtur, certiorem.

XXIV. (306.)

M. CICERO S. D. M. FADIO GALLO.

1 Amoris quidem tui, quoquo me verti, vestigia, vel proxime de Tigellio; sensi enim ex litteris tuis valde te laborasse: amo igitur voluntatem. sed pauca de re. Cipius, opinor, olim 'non omnibus dormio': sic ego non omnibus, mi Galle, servio; etsi quae est haec servitus? olim, cum regnare existimabamur, non tam ab ullis, quam hoc tempore opservor a familiarissimis Caesaris omnibus praeter istum: id ego in lucris pono non ferre hominem pestilentiorem patria sua; eumque addictum iam tum puto esse Calvi
2 Licinii Hipponacteo praeconio. at vide, quid suscenseat: Phameae causam receperam, ipsius quidem causa; erat enim mihi sane familiaris: is ad me venit dixitque iudicem sibi operam dare constituisse eo ipso die, quo de P. Sestio in consilium iri necesse erat; respondi nullo modo me facere posse; quem vellet alium diem si sumpsisset, me ei non defuturum; ille autem, qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere et sat bonum unctorem, discessit a me, ut mi videbatur, iratior. habes 'Sardos venalis, alium alio nequi-

1. dexius *MR*, elexius *G*. *Dexii nomen* (*cf. Wilmanns n.* 707) *sollicitare non sum ausus:* Decius *et* Decimus *alii* ‖ et absente *M*, absente *GR* ‖ 2. magrare *MR* ‖ aestimatum *Ω* ‖ 4. ut non *M*, aut non *GR* ‖ 8. egero *M*, g̊ (= ergo) *G*, g (= igitur) *R* ‖ faciam ut scias tu] faciamus scias tu *MG*, faciamus si es tu *R* ‖ rescribas *G* ‖ 9. facies *GRM*[c], facias *M*[1] ‖ uidebitur ς ‖ 11. Fadio] fabio *Ω* ‖ 13. tuis *om. G* ‖ te *om. R* ‖ 14. Cipius *Festus* (*p.* 173, 6 *Müll., p.* 180, 6 *Thewrek de Ponor*), citius *M*, cicius *G*, titius *R*. *alia eiusdem nominis exempla v. C. I. L.* XIV *p.* 48 ‖ olim *MG*, enim *R* ‖ 15. etsi *MG*, et *R* ‖ 17. caesaris omnibus *MG*, ceteris *R* ‖ 19. iam tum] iam dudum ς. *locus obscurus.* tum *om. R*[1] ‖ 19. 20. Calvi Licinii] *v. Catull. ed. L. Müller p.* 84 ‖ 20. phame *G*, phanie *R* ‖ 23. Sestio] sentio *MR*, sextio *G*. *cf. Cic. ad Att.* XIII, 49, 1 ‖ 24. nullo *M*, id nullo *GR* ‖ quem vellet *ad Att. l. d.*, quem uellem *M*, cum uellem (uellem, *exp. m.* 1, *G*) *GR* ‖ 26. sat bonum] *cf. Landgraf ad Cic. p. Roscio Am. p.* 299 ‖ unctorem] cantorem *Manutius* ‖ 27. mihi ς ‖ sardos *M*, sacerdos *GR*. *cf. Otto 'Sprichwörter d. Römer' p.* 308

orem'; cognosti meam causam et istius salaconis iniquitatem. 'Catonem' tuum mihi mitte; cupio enim legere: me adhuc non legisse turpe utrique nostrum est.

XXV. (307.)

CICERO S. D. M. FADIO GALLO.

Quod epistulam conscissam doles, noli laborare, salva est: domo 1
petes, cum libebit. quod autem me mones, valde gratum est, idque ut semper facias, rogo; videris enim mihi vereri, †nisi istum habuerimus, rideamus *γέλωτα σαρδάνιον*. sed heus tu, manum de tabula: magister adest citius, quam putaramus; vereor, ne in catomum Catoninos. mi Galle, cave putes quicquam melius quam epistulae 2
tuae partem ab eo loco: 'cetera labuntur'. secreto hoc — audi — tecum habeto, ne Apellae quidem, liberto tuo, dixeris: praeter duo nos loquitur isto modo nemo: bene malene, videro, sed, quicquid est, nostrum est. urge igitur nec 'transversum unguem', quod aiunt, a stilo; is enim est dicendi opifex; atque equidem aliquantum iam etiam noctis adsumo.

XXVI. (239.)

CICERO S. D. GALLO.

Cum decumum iam diem graviter ex intestinis laborarem neque 1
is, qui mea opera uti volebant, me probarem non valere, quia febrim non haberem, fugi in Tusculanum, cum quidem biduum ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem: itaque confectus languore et fame magis tuum officium desideravi, quam a te requiri putavi meum. ego autem quom omnis morbos reformido, tum quo Epicurum tuum Stoici male accipiunt, quia dicat *στραγγουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη* sibi molesta esse, quorum alterum morbum eda-

5. Fadio] fabio Ω ‖ 6. domi M^c ‖ 8. nisi *M*, ne si *GR*. ⟨ne⟩, nisi istum caverimus *Victorius*, ⟨ne⟩, nisi istum ⟨placatum⟩ habuerimus *aut* ne, si istum ⟨iratum⟩ (*vel* ⟨inimicum⟩) *Wesenberg Baiteri* ⟨infestum⟩ *recte repudiato* (*cf. Thielmann* '*Archiv f. lat. Lexicogr.*' II *p.* 378), ne, si istum ⟨ludibrio⟩ habuerimus *Streicher* (*p.* 209) ‖ 9. *γελωια M*, *similiterque GR* ‖ *σαρδόνιον alii* de tabulam *M. cf. Otto l. c. p.* 210 ‖ 10. putabamus *R*, putamus *G* ‖ catomum Ω (*cf. Rönsch ann. phil.* 1883 *p.* 211 *sq.*, *Hertz Gell.* II *p.* 281), catonium *vel* Catonium *alii* ‖ 11. Catoninos] Catonianos *Boot* ('*obs. crit.*' *p.* 14). *res dubia: cf.* '*Arch. f. lat. Lexicogr.*' I *p.* 184. catonimos *G* ‖ 12. audi ς, audii *M*, audi id *GR*. *fort.* audin? *scribendum. ceterum cf. ad Att.* IV, 15, 6: 'haec tu tecum habeto', *Plaut. Poen.* 890: 'hoc tu tecum tacitum habeto' ‖ 13. appellae *MR* ‖ duos *R* ‖ 15. *pr.* est *om. GR* ‖ nec *M*, ne *GR* ‖ 21. is *M*, his *R*, *om. G* ‖ 23. fuisse *M* ‖ languorem *M* ‖ 25. quom] quam *M*, cum *GR* ‖ quo *Manutius*, quod Ω. ⟨in⟩ quo *alii*, quo de *Krauss* ('*em.*' *p.* 24) ‖ 26. *στραγγουρικὰ Orelli*, *γγουρικα M*, *δυσουρικὰ* ς. *ad στραγγουρικα etiam GR ducere videntur. ceterum cf. Epicur. ed. Usener p.* 143. 144 ‖ 27 morbum — *p.* 178, 1 alterum *om. G*

citatis esse putant, alterum etiam turpioris intemperantiae. sane *δυσεντερίαν* pertimueram; sed visa est mihi vel loci mutatio vel animi etiam relaxatio vel ipsa fortasse iam senescentis morbi re-
2 missio profuisse. ac tamen, ne mirere, unde hoc acciderit quomodove commiserim, lex sumptuaria, quae videtur *λιτότητα* attulisse, ea mihi fraudi fuit. nam, dum volunt isti lauti terra nata, quae lege excepta sunt, in honorem adducere, fungos, helvellas, herbas omnis ita condiunt, ut nihil possit esse suavius: in eas cum incidissem in cena augurali apud Lentulum, tanta me *διάρροια* arripuit, ut hodie primum videatur coepisse consistere. ita ego, qui me ostreis et murenis facile abstinebam, a beta et a malva deceptus sum; posthac igitur erimus cautiores. tu tamen, cum audisses ab Anicio — vidit enim me nauseantem —, non modo mittendi causam iustam habuisti, sed etiam visendi: ego hic cogito commorari, quoad me reficiam, nam et viris et corpus amisi; sed, si morbum depulero, facile, ut spero, illa revocabo.

XXVII. (70.)

M. CICERO S. D. GALLO.

1 Miror, cur me accuses, cum tibi id facere non liceat; quod si liceret, tamen non debebas. 'ego enim te in consulatu observaram', et ais fore, ut te Caesar restituat. multa tu quidem dicis, sed tibi nemo credit. tribunatum plebei dicis te mea causa petisse: utinam semper esses tribunus! intercessorem non quaereres. negas me audere, quod sentiam, dicere: quasi tibi, cum impudenter me ro-
2 gares, parum fortiter responderim. haec tibi scripsi, ut isto ipso in genere, in quo aliquid posse vis, te nihil esse cognosceres. quod si humaniter mecum questus esses, libenter tibi me et facile purgassem; non enim ingrata mihi sunt, quae fecisti, sed, quae scripsisti, molesta. me autem, propter quem ceteri liberi sunt, tibi liberum non visum demiror; nam, si falsa fuerunt, quae tu ad me, ut ais, 'detulisti', quid tibi ego debeo? si vera, tu es optimus testis, quid mihi p. R. debeat.

---

3. senescentis M^c *R*, senescentes M^1, senescis *G* ‖ 4. attamen ς ‖ 5. *λειτοτητα* *Ω* ‖ 6. lauti terra nata quae *M*, lauti terre nata que *G*, lauticerrenataque *R* ‖ 7. heluellas *M*, uel uiles *GR* ‖ 9. *διαγργα* *M*, *GR quoque corrupti* 10. hodie *M*, eo die *GR* ‖ itaque *G* ‖ 11. murenis *M*, mureis *G*, mullis *R* 13. uidi te naus. *G* ‖ me *om.* *R* ‖ 14. iustam *M*, istam *GR* ‖ 15. amisi sed M^c *ex* amis sed ‖ 18. M. *om.* *G* ‖ 20. enim *om.* *G* ‖ te ⟨inquis⟩ in *Lambinus* ‖ 21. te *om.* *GR* ‖ restituat, *ult.* t *fort. ex* r *m.* 1, *G*, restituast *R* ‖ tu *M*, ut *GR* ‖ 22. tribunum *Ω* ‖ 27. me tibi *G* ‖ 30. fuerunt *MR*, sunt *G* ‖ 32. quid *om.* *M*

XXVIII. (214.)

M. CICERO S. D. CVRIO.

Memini, cum mihi desipere videbare, quod cum istis potius 1
viveres quam nobiscum; erat enim multo domicilium huius urbis
— cum quidem haec urbs — aptius humanitati et suavitati tuae
quam tota Peloponnesus, nedum Patrae: nunc contra et vidisse
mihi multum videris, cum prope desperatis his rebus te in Grae-
ciam contulisti, et hoc tempore non solum sapiens, qui hinc apsis,
sed etiam beatus; quamquam quis, qui aliquid sapiat, nunc esse
beatus potest? sed, quod tu, cui licebat, pedibus es consecutus, ut 2
ibi esses, 'ubi nec Pelopidarum' — nosti cetera —, nos idem pro-
pemodum consequimur alia ratione; cum enim salutationi nos de-
dimus amicorum, quae fit hoc etiam frequentius, quam solebat,
quod quasi avem albam videntur bene sentientem civem videre,
abdo me in bibliothecam. itaque opera efficio tanta, quanta for-
tasse tu senties; intellexi enim ex tuo sermone quodam, cum meam
maestitiam et desperationem accusares domi tuae, discere te ex
meis libris animum meum desiderare; sed mercule et tum rem pu- 3
blicam lugebam, quae non solum suis ⟨erga⟩ me, sed etiam meis
erga se beneficiis erat mihi ⟨vita mea⟩ carior, et hoc tempore,
quamquam me non ratio solum consolatur, quae plurimum debet
valere, sed etiam dies, quae stultis quoque mederi solet, tamen
doleo ita rem communem esse dilapsam, ut ne spes quidem melius
aliquando fore relinquatur. nec vero nunc quidem culpa in eo est,
in cuius potestate omnia sunt — nisi forte id ipsum esse non de-
buit —, sed alia casu, alia etiam nostra culpa sic acciderunt, ut
de praeteritis non sit querendum. reliquam spem nullam video;
quare ad prima redeo: sapienter haec reliquisti, si consilio, feli-
citer, si casu.

---

4. nobis *G* ‖ 5. urbs ⟨fuit⟩ *Wesenberg* ‖ 6. patre *MG*, patrem *R* ‖ 8. qui *M*, quod *GR* ‖ 11. ubi] *Ribbeck fr. trag.*[2] *p.* 252 ‖ pelopedarum *R*, pelopi clarum *G* ‖ 12. nos salutationi *GR* ‖ 14. auem aluam *M* ‖ 16. enim *om. G* ‖ 17. discere *Madvig*, dicere *Ω*, *del. Graevius* ‖ 18. miis *M. cf.* I, 9, 20 mehercule *GR* ‖ 19. suis erga me ς, a suis *R*, a me *G*, *om. M* ‖ meis] a meis *Ω* ‖ 20. vita mea *suppl. Wesenberg*, vita *Kleyn* (*p.* 6). *cf. Wölfflin* '*Arch. f. lat. Lexicogr.*' VI *p.* 459 ‖ 22. ualeret *M* ‖ quae stultis *GR*, qua est uitis *M* ‖ 25. id *M*, ad *GR* ‖ 26. etiam] etiam in *Ω* ‖ 27. de *om. M* ‖ 28. ad prima redeo *M*, ad prima *R*, ad primam *G*

XXIX. (313.)

CVRIVS M. CICERONI SVO S.

1 S. v. b.; sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri; ergo fructus est tuus, mancipium illius, quod quidem si inter senes comptionalis venale proscripserit, egerit non multum. at illa nostra praedicatio quantist, nos, quod simus, quod habeamus, quod homines existimemur, id omne aps te habere! quare, Cicero mi, persevera constanter nos conservare et Sulpicii successori nos de meliore nota commenda, quo facilius tuis praeceptis obtemperare possimus teque ad ver lubentes videre et nostra refigere deporta-
2 reque tuto possimus. sed, amice magne, noli hanc epistulam Attico ostendere: sine eum errare et putare me virum bonum esse nec solere duo parietes de eadem fidelia dealbare. ergo, patrone mi, bene vale Tironemque meum saluta nostris verbis. Data a. d. IIII K. Nov.

XXX. (316.)

CICERO CVRIO S. D.

1 Ego vero iam te nec hortor nec rogo, ut domum redeas; quin hinc ipse evolare cupio et aliquo pervenire, 'ubi nec Pelopidarum nomen nec facta audiam'. incredibilest, quam turpiter mihi facere videar, qui his rebus intersim: ne tu videris multo ante providisse, quid impenderet, tum, cum hinc profugisti. quamquam haec etiam auditu acerba sunt, tamen audire tolerabilius est quam videre. in campo certe non fuisti, cum hora secunda comitiis quaestoriis institutis sella Q. Maximi, quem illi consulem esse dicebant, posita esset, quo mortuo nuntiato sella sublatast, ille autem, qui comitiis tributis esset auspicatus, centuriata habuit, consulem hora septima renuntiavit, qui usque ad K. Ian. esset, quae erant futurae mane postridie: ita Caninio consule scito neminem prandisse; nihil tamen

2. *de Curii genere dicendi v. Schmalz Z. f. d. Gymn.* XXXV. 1881. *p.* 137 *sq.* 5. comptionalis (comparationalis *R*) *Ω*, coempt. ς. *cf. Plaut. Bacch.* 976 *Goetz, Lachmann ad Lucr.* II 1061 ‖ venale *om. G* ‖ priscripserit *M*, perscripserit *GR* 6. quanti est *GR* ‖ quod habeamus *iniuria quibusdam suspecta* ‖ 7. omnes *G* mi cicero *G* ‖ 9. commoda *GR* ‖ 10. possimus *del. Lambinus* ‖ refigere] defigere *Ω* ‖ 11. 12. attico hanc epistolam *G* ‖ 12. si eum *M* ‖ 13. duos *R* 14. Tironemque nostrum saluta meis verbis *Boot* ('*obs. crit.*' *p.* 15) ‖ 19. hinc] hic *M*, huc *GR*², nunc *R*¹ ‖ evolare *fort. poetae ipsum quoque est. cf. Ribbeck fr. trag.*² *p.* 252 ‖ 20. incredibile est *GR* ‖ 21. ne *M*, nec *GR* ‖ 24. quaestoris *Ω* 25. sellaque maximi *GR* ‖ 25. 26. posita est *Wesenberg* ‖ 26. sublata est *GR* ‖ ille] *cf. Mommsen* '*r. Staatsr.*' II³ *p.* 730, 2 ‖ 26. 27. com. tr. e. ausp.] *cf. ib.* I^{2} *p.* 99, 1 ‖ 28. mane *del. Unger* (*lit. Centralbl.* 1889 *p.* 864) ‖ 29. ita cet.] *cf. vit. trig. tyr.* 8, 2, *Drumann h. R.* II *p.* 108 ‖ caninio *M*, cammo *G*¹, cammio *G*², camino *R*

eo consule mali factum est; fuit enim mirifica vigilantia, qui suo
toto consulatu somnum non viderit. haec tibi ridicula videntur; 2
non enim ades; quae si videres, lacrimas non teneres. quid, si
cetera scribam? sunt enim innumerabilia generis eiusdem, quae
quidem ego non ferrem, nisi me in philosophiae portum contu-
lissem et nisi haberem socium studiorum meorum Atticum nostrum;
cuius quoniam proprium te esse scribis mancipio et nexo, meum
autem usu et fructu, contentus isto sum; id enim est cuiusque
proprium, quo quisque fruitur atque utitur. sed haec alias plu-
ribus. Acilius, qui in Graeciam cum legionibus missus est, maximo 3
meo beneficiost — bis enim est a me iudicio capitis rebus salvis
defensus —, et est homo non ingratus meque vehementer opservat:
ad eum de te diligentissime scripsi eamque epistulam cum hac
epistula coniunxi, quam ille quomodo acceperit et quid tibi polli-
citus sit, velim ad me scribas.

XXXI. (319.)

CICERO CVRIO S. D.

Facile perspexi ex tuis litteris, quod semper studui, et me a 1
te plurimi fieri et te intellegere, quam mihi carus esses; quod
quoniam uterque nostrum consecutus est, relicuum est, ut officiis
certemus inter nos, quibus aequo animo vel vincam te vel vincar
aps te. Acilio non fuisse necesse meas dari litteras facile patior:
Sulpicii tibi operam intellego ex tuis litteris non multum opus 2
fuisse propter tuas res ita contractas, ut, quemadmodum scribis,
'nec caput nec pedes': equidem vellem, uti pedes haberent, ut ali-
quando redires; vides enim exaruisse iam veterem urbanitatem, ut
Pomponius noster suo iure possit dicere: 'nisi nos pauci retinea-
mus gloriam antiquam Atticam': ergo is tibi, nos ei succedimus.
veni igitur, quaeso, ne tamen semen urbanitatis una cum re p.
intereat.

1. fuit] *cf. Ritschl opusc* IV *p.* 251 ‖ 3. quid] qui Ω ‖ 4. cetera *M*, certa *R*, cera *G* ‖ 7. meum] meo Ω ‖ 8. isto sum] istorum Ω ‖ 11. beneficio est *GR*. *de ablativo hoc qualitatis v. ad* VI, 4, 4. ⟨affectus⟩ *vel* ⟨usus⟩ *inutiliter inserunt* ‖ 14. epistula *alii delent* ‖ ille quom acceperit ecquid tibi *Manutius* 18. ex tuis litteris perspexi *G* ‖ 21. animo *ex* animus *M*[1] ‖ 22. fuisse, fui *in ras. m.* 1, *M* ‖ necesse meas dari *M*, necesse dare meas *R*, necesse meas *G* 23. opus *M*, tibi opus *GR* ‖ 25. nec c. n. p.] *cf. Schmalz* (*v. ad* VII, 29, 1) *p.* 139 *sq.* ‖ 27. nisi] *Ribbeck fr. com.*[2] *p.* 253 ‖ 28. gloriam *om. R* ‖ 29. tamen] tantum ς, etiam *Kleyn* ‖ re p. *M*, rebus *GR*

XXXII. (120.)

M. CICERO S. D. VOLVMNIO.

1 Quod sine praenomine familiariter, ut debebas, ad me epistu-
lam misisti, primum addubitavi, num a Volumnio senatore esset,
quocum mihi est magnus usus; deinde εὐτραπελία litterarum fecit,
ut intellegerem tuas esse; quibus in litteris omnia mihi periucunda
fuerunt praeter illud, quod parum diligenter possessio salinarum
mearum a te procuratore defenditur; ais enim, ut ego discesserim,
omnia omnium dicta, in eis etiam Sestiana, in me conferri. quid?
tu id pateris? non me defendis? non resistis? equidem sperabam
ita notata me reliquisse genera dictorum meorum, ut cognosci sua
2 sponte possent; sed, quoniam tanta faex est in urbe, ut nihil tam
sit ἀκύθηρον, quod non alicui venustum esse videatur, pugna, si
me amas, nisi acuta ἀμφιβολία, nisi elegans ὑπερβολή, nisi παρά-
γραμμα bellum, nisi ridiculum παρὰ προσδοκίαν, nisi cetera, quae
sunt a me in secundo libro 'de oratore' per Antonii personam
disputata de ridiculis, ἔντεχνα et arguta apparebunt, ut sacramento
contendas mea non esse. nam, de iudiciis quod quereris, multo
laboro minus: trahantur per me pedibus omnes rei; sit vel Selius
tam eloquens, ut possit probare se liberum: non laboro. urbani-
tatis possessionem, amabo, quibusvis interdictis defendamus; in qua
te unum metuo, contemno ceteros. derideri te putas: nunc demum
3 intellego te sapere. sed mercules extra iocum: valde mihi tuae
litterae facetae elegantesque visae sunt. illa, quamvis ridicula
essent, sicut erant, mihi tamen risum non moverunt; cupio enim
nostrum illum amicum in tribunatu quam plurimum habere gravi-
tatis: id cum ipsius causa — est mihi, ut scis, in amoribus —,
tum mehercule etiam rei p., quam quidem, quamvis in me ingrata
sit, amare non desinam. tu, mi Volumni, quoniam et instituisti
et mihi vides esse gratum, scribe ad me quam saepissime de rebus
urbanis, de re p.: iucundus est mihi sermo litterarum tuarum.

---

4. addubitaui (abd. *M*ᶜ) num *M*, addubitaui *R*, habui dubium utrum *G*, addubitavi an *Madvig* ('*adv. crit.*' II *p.* !!) ‖ 5. magnus est *G* ‖ ευτραπελεια *M*. *Graeca quem ad modum in GR picta sint dicere supervacaneum* ‖ 9. eis] iis *Wesenberg*, his Ω ‖ 10. non me ς, nonne Ω, non *alii* ‖ defendes *GR* ‖ nonne resistis *G* ‖ 11. relinquisse *M* ‖ ut *GR*, ita ut *M* ‖ 11. 12. sponte sua *R* ‖ 16. per Antonii personam] *cum Lambino del. Schütz*, per C. Iulii p. *coni. Manutius*, per alienam p. *Klotz* ‖ 16. 17. disputata personam *G* ‖ 19. labore *GR* ‖ trahantur] *v. Boot ad Cic. ad Att.* IV, 18, 2 ‖ Selius] *v. Bücheler mus. Rhen.* XXXVIII. 1883. *p.* 514 ‖ 20. 21. uerbanitatis *M* ‖ 21. amabo *M*, amalo *GR* ‖ 23. mehercules *G*, mehercule *R* ‖ 26. nostrum illum *R*, nostrus illum *M*, illum nostrum *G* ‖ 27. id] idque *alii. cf. Vahlen*² *ad Cic. de leg.* II, 8, 19 ‖ 29. quoniam inst. *G*

praeterea Dolabellam, quem ego perspicio et iudico cupidissimum esse atque amantissimum mei, cohortare et confirma et redde plane meum, non mehercule, quo quicquam desit; sed, quia valde cupio, non videor nimium laborare.

XXXIII. (211.)

M. CICERO S. D. VOLVMNIO.

Quod declamationibus nostris cares, damni nihil facis; quod 1 Hirtio invideres, nisi eum amares, non erat causa invidendi, nisi forte ipsius eloquentiae magis quam, quod me audiret, invideres: nos enim plane, mi suavissume Volumni, aut nihil sumus aut nobis quidem ipsis displicemus gregalibus illis, quibus te plaudente vigebamus, amissis, ut etiam, si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemescamus, quod 'haec pinnigero, non armigero in corpore tela exerceantur', ut ait Philoctetes apud Accium, 'abiecta gloria'. sed tamen omnia mihi erunt, si tu veneris, hilariora: 2 quamquam venis, ut ipse intellegis, in maximarum quasi concursum occupationum, quas si, ut volumus, exceperimus, ego vero multam salutem et foro dicam et curiae vivamque tecum multum et cum communibus nostris amatoribus: nam et Cassius tuus et Dolabella noster — vel potius uterque noster — studiis eisdem tenentur et meis aequissimis utuntur auribus. opus est huc limatulo et polito tuo iudicio et illis interioribus litteris [meis], quibus saepe verecundiorem me in loquendo facis; mihi enim iudicatum est, si modo hoc Caesar aut patietur aut volet, deponere illam iam personam, in qua me saepe illi ipsi probavi, ac me totum in litteras abdere tecumque et cum ceteris earum studiosis honestissimo otio perfrui. tu vellem ne veritus esses, ne † pluribus legerem tuas litteras, si

---

3. ⟨ei⟩ cupio *Orelli, bene* || 8. invideres] invides *Nipperdey (opusc. p.* 136) | causa *om. GR* || 9. invideres (-ret *G*)] *cf. Ziemer Wochenschr. f. klass. Philol.* 1888 *p.* 913 || 10. mi suavissume] mihi suauisũ | e *M*, m̍ suasum mi *G*, m̍ suasum (*ita m.* 2 ex sua sum) ē (= est) *R* || 13. ingemisc. *G*, et *R*[1] *ex* -e || haec] ***Ribbeck fr. trag.***[2] ***p.*** **206,** **'*röm. Trag.*'** ***p.*** **376 *sq.*** || **14. Accium] Attium *alii. cf. Ribbeck fr. trag.***[2] ***p.*** **XLIX, *L. Müller ad Lucil. p.*** **320** || **15. gloria]** a gloria Ω || 16. venis] venies *alii* || 17. quas si] quasi Ω || exceperimus] expedierimus *Madvig* (*'adv. crit.'* III *p.* 159) || 17. 18. multum sal. *R* || 20. eisdem] iisdem *M*, hisdem *R*, (studii) si idem *G* || 21. huc] hic (*cum* ς) *vel* adhuc *Madvig l. d.* huc *om. R*[1] || 22. [meis]] tuis *Wesenberg* || 27. pluribus] pigrius *Madvig l. d.*, perinvitus ς, per librarios *Orelli*, difficilius *C. F. Hermann*, durius *vel* importunius *C. Scheibe*, plane invitus *Kleyn*, putidius *M. Seyffert*, invitius *Kayser*, parum libenter *Klotz*. ***potest etiam fieri ut Graecum vocabulum lateat. ceterum cf. ad Att.*** **XVI, 11, 2**

mihi, quemadmodum scribis, longiores forte misisses, ac velim posthac sic statuas, tuas mihi litteras longissimas quasque gratissimas fore.

VIII.

I. (77.)

CAELIVS CICERONI S.

1 Quod tibi decedens pollicitus sum me omnes res urbanas diligentissime tibi perscripturum, data opera paravi, qui sic omnia persequeretur, ut verear, ne tibi nimium arguta haec sedulitas videatur; tametsi tu scio quam sis curiosus et quam omnibus peregrinantibus gratum sit minimarum quoque rerum, quae domi gerantur, fieri certiores. tamen in hoc te deprecor, ne meum hoc officium adrogantiae condemnes, quod hunc laborem alteri delegavi, non quin mihi suavissimum sit et occupato et ad litteras scribendas, ut tu nosti, pigerrimo tuae memoriae dare operam, sed ipsum volumen, quod tibi misi, facile, ut ego arbitror, me excusat. nescio quoius otii esset non modo perscribere haec, sed omnino animadvertere; omnia enim sunt ibi s. c. edicta, fabulae rumores; quod exemplum si forte minus te delectarit, ne molestiam tibi cum
2 inpensa mea exhibeam, fac me certiorem. si quid in re p. maius

---

1. longioris *M* ‖ 3. fore. M. TVLLI CICERONIS EPISTVLARVM AD M. MARIVM ET CETEROS EXPL. (l. VII[us] *add. R*) INC. EIVSDEM AD M. CAELIVM FELICITER (l. VIII[us] *add. R*) *MR* ‖ 4. *Libro octavo in G — MR carent — hic praemissus est index:* 1. Celius ciceroni salutem | Quod tibi dedecens (*sic*) ‖ 2. Celius ciceroni salutem | Certe inquam absolutus ‖ 3. Celius ciceroni salutem | Est ne uici et tibi ‖ 4. Celius ciceroni salutem | Inuideo tibi ‖ 5. Celius ciceroni salutem | Qua tu cura sis ‖ 6[a]. (II 9) Marcus cicero proconsuli (*sic*) salutem d. M. celio cur. des. ‖ 6[b]. Celius ciceroni salutem Non dubito ‖ 7. Celius ciceroni salutem | Quam cito tu istinc ‖ 8. Celius ciceroni salutem | Etsi de Re publica ‖ 9. Celius ciceroni salutem | Sic tu inquis. Finiuntur capitula. Incipiuntur (*sic*) epistolae Celii Ciceronis ‖ 5. *de Caelii genere dicendi diligenter nuper commentati sunt Fr. Burg diss. Friburg.* 1888 *et F. Becher progr. Ilfeld.* 1888, *quibus dissertationibus effectum est ut multae hominum doctorum correctiones oblivioni iam possint tradi. seorsum has epistulas edendas curavit W. H. D. Suringar* (*Lugd. Bat.* 1846), *Caelii orationum fragmenta composuit H. Meyer or. rom. fr.*[2] (*Turici* 1842) *p.* 460 *sq. Pluygersii coniecturae extant Mnemos.* XI. 1862. *p.* 267 *sq.* (: *Pluygers* 1), *eaedem novis aliquot additis ibid. nov. ser.* IX. 1881. *p.* 116 *sq.* (: *Pluygers* 2) ‖ 6. decedens (dedecens *G*)] discedens *I. F. Gronovius, fort. recte.* discedenti *alii* (*cf. Lehmann p.* 58) ‖ 9. tu] *cf. Becher p.* 18 ‖ 11. geruntur *G* ‖ in hoc te *M*, hoc te *R*, hoc *G* ‖ 13. et ad] ut ad *Ω* ‖ 14. nosti *M*, nostri *GR* ‖ 14. 15. sed id ipsum *G* 16. nescio quoius *M*, nec si quod ius *GR* ‖ 17. animatuertere *M*, animatuere *G* ‖ ibi *om. GR* ‖ edicta] dictae *MG*, dicte *R* ‖ 19. exhibeam] ex ea hibea *M*, exhibeat *R*[1] *ex* exibea, ex ea habeat *G*

actum erit, quod isti operarii minus commode persequi possint, et quemadmodum actum sit et quae existimatio secuta quaeque de eo spes sit, diligenter tibi perscribemus. at nunc est, nulla magnopere exspectatio est: nam et illi rumores de comitiis Transpadanorum Cumarum tenus caluerunt, Romam cum venissem, ne tenuissimam quidem auditionem de ea re accepi; praeterea Marcellus, quod adhuc nihil rettulit de successione provinciarum Galliarum et in K. Iun., ut mihi ipse dixit, eam distulit relationem, sane quam eos sermones expressit, qui de eo tum fuerant, cum Romae
nos essemus. tu si Pompeium, ut volebas, offendisti, qui tibi visus 3
sit et quam orationem habuerit tecum quamque ostenderit voluntatem — solet enim aliud sentire et loqui neque tantum valere ingenio, ut non appareat, quid cupiat —, fac mihi perscribas.
quod ad Caesarem, crebri et non belli de eo rumores, sed susurra- 4
tores dumtaxat, veniunt: alius equitem perdidisse, quod, opinor, certe factum est: alius septimam legionem vapulasse, ipsum apud Beluacos circumsederi interclusum ab reliquo exercitu: neque adhuc certi quicquam est, neque haec incerta tamen vulgo iactantur, sed inter paucos, quos tu nosti, palam secreto narrantur; at Domitius, cum manus ad os apposuit. te a. d. VIIII K. Iun. subrostrani — quod illorum capiti sit! — dissiparant perisse: urbe ac foro toto maximus rumor fuit te a Q. Pompeio in itinere occisum. ego, qui scirem, Q. Pompeium Baulis † embaeneticam facere

---

1. isti *M*, ipsi *G*, erit (ipsi *supra*) *R*[1] ‖ possit *MG* ‖ 3. sit] est *Ω* ‖ tibi ⟨ipsi⟩ perscribemus *Pluygers* (1 *p.* 272) ‖ 3. 4. magno opere *R ex corr. m.* 1 ‖ 4. et] *cf. Burg p.* 72 *sq.* ‖ 5. 6. tenuissimam *GR*, tenuissem *M* ‖ 6. accipi *M* ‖ 7. retulit *GR* ‖ provinciarum *del. Ernesti*, Galliarum *Pluygers* (*l. d.*), *uterque perperam* ‖ 9. expressit] *cf.* VIII, 10, 2: 'nuntii varios sermones excitarunt' ‖ fuerant *ex* -unt *M*[1], *ut vid.* ‖ 10. nos *ex* non *M*[1] ‖ essemus ⟨una⟩ *Kayser* 11. sit *GR*, sis *M* ‖ ostenderet *M* ‖ 12. aliut *M*. *ipse Caelius minutias has orthographicas quem ad modum tractarerit incertum* ‖ 13. quid *GR*, ut quid *M* 14. eo rumores *GR*, eorum mores *M* ‖ 15. equitem] equidem *Ω* ‖ 16. factum] fictum *alii. cf. Burg p.* 69 ‖ 17. beluacos (-cus *G*) *Ω*, bellovacos ς *ad Caesarianam scilicet normam* ‖ 18. athuc *M* (adh. *M*[r]) ‖ haec *M*, est (haec *supra*) *R*[1], *om. G* ‖ tamen *om. GR* ‖ 19. at *R*, ad *G*, aut *M* ‖ 20. manus *M*, *om. GR.* manum *Boot* ('*obs. crit.*' *p.* 15), *fort. recte* ‖ os *M*, eos *GR* ‖ 21. quod . . . sit] *cf. Otto* '*Sprichw. d. R.*' *p.* 75 ‖ illorum] ipsorum *Wesenberg* ‖ sit] sint *Ω* ‖ urbe *Wesenberg*, ur deurbe *M*, de urbe *GR*. unde in urbe *Orelli*, unde urbe *olim Baiter* ‖ 22. te a Q.] atque *M*, atque a *GR* ‖ itere *G*, iterinere *R* ‖ 23. Q. *om. R* ‖ baulis embaeneticam *M*, baulisem beneticam *R*, bauli seni beneticam *G*] Baulis ἐμετικὴν *I. Fr. Gronovius*, *quod quamvis multis probatum equidem cum Schütz*io *lex. Cic. v.* empeneticus (*qui in ed. ipse quoque* emeticam *scripserat*) *propter Valer. Max.* IV, 2, 7 *repudiandum puto. nec magis placent* B. esse, pineticam *Benedicti vel* B. iam peneticam *Klotzii vel* B. rem peneticam *O. Hirschfeldii* — B. empineticam *Turnebi ne Graecum quidem est* —, *utpote tautologiam inferentia. mihi* — *idemque veteres quidam editores senserunt* — *Pompeius necessitate eo adductus videtur esse ut ei sordidum opificium aliquod vitae sustentandae causa Baulis exercendum esset, vocabulum tamen quod placeat non reperio*

et usque eo, ut ego misererer eius, esurire, non sum commotus et, hoc mendacio, si qua pericula tibi inpenderent, ut defungeremur, optavi. Plancus quidem tuus Ravennaest, et magno congiario donatus a Caesare nec beatus nec bene instructus est. tui politici libri omnibus vigent.

II. (79.)

CAELIVS CICERONI S.

1 Certe, inquam, absolutus est — me † repraesentante pronuntiatum est —, et quidem omnibus ordinibus et singulis in uno quoque ordine sententiis. 'ride modo', inquis. non mehercules: nihil umquam enim tam praeter opinionem, tam quod videretur omnibus indignum, accidit; quin ego, cum pro amicitia validissime faverem ei et me iam ad dolendum praeparassem, postquam factum est, opstipui et mihi visus sum captus esse. quid alios putas? clamoribus scilicet maximis iudices corripuerunt et ostenderunt plane esse, quod ferri non posset; itaque relictus legei Liciniae maiore esse periculo videtur. accessit huc, quod postridie eius absolutionem in theatrum Curionis Hortensius introiit, puto, ut suum gaudium gauderemus. hic tibi

strepitus, fremitus, clamor tonitruum et rudentum sibilus.

hoc magis animadversum est, quod intactus ab sibilo pervenerat Hortensius ad senectutem; sed tum tam bene, ut in totam vitam
2 quoivis satis esset et paeniteret eum iam vicisse. de re p. quod tibi scribam, nihil habeo: Marcelli impetus resederunt, non inertia, sed, ut mihi videbantur, consilio. de comitiis consularibus incer-

1. ut ego *M*, et ego *GR* ‖ esurire] esuriei *alii* ‖ 2. inpenderent (-ret *M*) uide fungeremur *MR*, ĩpende uide fungerentur *G*. *coniectando locum corrupit E. de Leutsch* (*Philol.* XXV. 1867. *p.* 470) ‖ 3. plangus *M* ‖ 5. uigent *GR*, uigens *M*. *cf. Becher p.* 30. omnibus ⟨nominibus⟩ vigent *O. Hirschfeld coll. Cic. ad Att.* VI, 2, 3 ‖ 8. me repraesentante *M*, me repraesentare *R idemque fuit in G in quo* repr. — est (*vs.* 9) *in mg. suppleta ab al. m.* me praesente *Rutilius*, me in re praesenti *Gronovius*. meme praesente *conieci ann. phil.* 1886 *p.* 64: *cf. Becher p.* 11, *Burg p.* 12 ‖ 9. ⟨ab⟩ omnibus *Wesenberg. cf. Becher p.* 38 ‖ et sing. *M*, sed sing. *GR*. *tribus igitur sententiis Messalla absolutus est. cf. Cobet Mnemos.* VIII. 1880. *p.* 186, *Mommsen 'r. Staatsr.'* III, 1 *p.* 532 *sq.* ‖ 10. ride *Wesenberg*, uide *Ω* ‖ mehercule *R* ‖ 11. *pr.* tam *om. G* ‖ tam quod] iam quod *R* ‖ 13. praeparasse *M* ‖ 14. opstipui et] opstipulet *M*, obstupui et *GR* ‖ quid] quod *Ω* ‖ 16. itaque *M*, ita *GR* ‖ legi (legei *scripsi*) Liciniae ς, lege licinia *Ω*. *cf. Lange antiq. R.* III² *p.* 340 ‖ 17. maiore e. p.] *cf. ad* VI, 4, 4. in *alii addunt. ceterum* maior *Ω* ‖ posttridie *GR* ‖ 18. ortensius *MR* ‖ introiit] introitu *Ω* ‖ 20. *Ribbeck fr. trag.*² *p.* 119, *'röm. Trag.' p.* 227 ‖ rudentum sibilus] rudem tum sibilis *M*, rudendum sibilis *G*, rudentium sibilis *R* ‖ 21. animatuersum *M* ‖ ab *MR*, a *G* ‖ 22. tum tam *Benedict*, tota *Ω* ‖ 23. quouis *Ω* ‖ quod] quid *Ω* ‖ 24. inertia *R*, mercia *G*, intertia *M* ‖ 25. videbatur *alii*

tissima est existimatio; ego incidi in conpetitorem nobilem et nobilem agentem, nam M. Octavius Cn. f. et C. Hirrus mecum petit. hoc ideo scripsi, quod scio te acriter propter Hirrum nuntium nostrorum comitiorum exspectaturum. tu tamen simulac me designatum audieris, ut tibi curae sit, quod ⟨ad⟩ pantheras attinet, rogo. syngrapham Sittianam tibi commendo. commentarium rerum urbanarum primum dedi L. Castrinio Paeto, secundum ei, qui has litteras tibi dedit.

III. (80.)
CAELIVS CICERONI S.

Estne? vici et tibi saepe, quod negaras discedens curaturum 1
tibi, litteras mitto? est, si quidem perferuntur, quas do. atque hoc ego diligentius factito, quod, cum otiosus sum, plane, ubi delectem otiolum meum, non habeo. tu cum Romae eras, hoc mihi certum ac iucundissimum vacanti negotium erat, tecum id otii tempus consumere, idque non mediocriter desidero, ut mihi non modo solus esse, sed Romae te profecto solitudo videatur facta, et, qui, quae mea neglegentiast, multos saepe dies ad te, cum hic eras, non accedebam, nunc cottidie non esse te, ad quem cursitem, discrucior. maxime vero, ut te dies noctesque quaeram, conpetitor Hirrus curat: quomodo illum putas auguratus tuum competitorem dolere et dissimulare me certiorem quam se candidatum? de quo ut, quem optas, quam primum nuntium accipias, tua medius fidius magis quam mea causa cupio; †nam mea, si fio, si forsitan cum locupletiore referam; sed hoc usque eo suave est, ut, si acciderit, tota vita risus nobis desse non possit. 'sed tanti?' sed mehercules non multum M. Octavius eorum odia, quae Hirrum premunt, quae per-

---

1. incidi G^2 *in mg.*, indici *R* ‖ 2. Cn. f.] gn. filius *Ω* ‖ petit] petunt *Wesenberg. cf. Becher p.* 22 ‖ 5. ad *om. Ω* ‖ panteras *GR* ‖ synagrapham, a *exp. m.* 1, *ut vid., M*, synagrapham (sin. *R*) *GR* ‖ 7. castrino *G* ‖ peto *Ω* *post* litteras *ras.* 2--3 *litt. in fine vs. in M* ‖ dedit] *cf. Burg p.* 65 10. ⟨me⟩ negaras *Lambinus. cf. Schmalz*[2] '*Sprachgebrauch d. Asin. Pollio*' *p.* 34 ‖ 11. tibi *om. R* ‖ est si] et si *Ω* ‖ 12. ego] eo ς, ego ⟨eo⟩ *Busch* (*Philol.* XXVI *p.* 359) ‖ factito] facito *M*, facio *GR*, *fort. recte* ‖ plane — 13. otiolum *om. GR* ‖ 12. ubi] *cf. Becher p.* 25 ‖ 13. otiolum] otiosum *M* 14. uaganti *Ω* ‖ 15. ut mihi] et mihi *Ω. de proximis verbis cf. Becher p.* 20 17. qui quae] quique *Ω* ‖ mea facta n. *G* ‖ neglegentia est *GR* ‖ at M^1 ‖ 18. at quem cursiten M^1, *corr.* M^c ‖ 20. auguratus *del. Pluygers* (1 *p.* 273) ‖ 21. dolere *ex* dolore M^1 ‖ dolorem dissimulare *vel* dolere et discruciari *Pluygers* (2 *p.* 116) 23. nam mea, si fio, forsitan cum l. deteram *G. Kieseritzky* ('*Nike in d. Vasenmalerei*' *diss. Dorpat.* 1876 *thes.* 5), *haud male.* nam, si fio, forsitan cum l. fiam *Pluygers* (1 *p.* 273) *et Wesenberg. ceterum* forte *pro* forsitan *G* 24. ut] sed *Ω* ‖ 25. deesse *GR* ‖ sed tanti sed *servari. fieri tamen potest ut fuerit:* sed tanti? ⟨est⟩, sed. *voluerunt Manutius:* sed tanti? est, *Wesenberg:* est tanti? est, *Lehmann* (*p.* 37): est tanti; et ¦ me hercule *GR* ‖ 26. Octavium .... *p.* 188, 1 sublevant *Wesenberg sententiarum nexu non intellecto: v. Lehmann l. d.* ‖ 26. eorum] *cf. Becher p.* 3

2 multa sunt, sublevat. quod ad Philotimi liberti officium et bona
Milonis attinet, dedimus operam, ut et Philotimus quam honestis-
sime Miloni apsenti eiusque necessariis satis faceret et secundum
3 eius fidem et sedulitatem existimatio tua conservaretur. illud nunc
a te peto, si eris, ut spero, otiosus, aliquod ad nos, ut intellegamus
nos tibi curae esse, σύνταγμα conscribas. 'quid tibi istic', inquis,
'in mentem venit, homini non inepto?' aliquod ex tam multis tuis
monimentis extare, quod nostrae amicitiae memoriam posteris
quoque prodat. cuiusmodi velim, puto, quaeris: tu citius, qui
omnem nosti disciplinam, quod maxime convenit, excogitabis, ge-
nere tamen, quod et ad nos pertineat et διδασκαλίαν quandam, ut
versetur inter manus, habeat.

IV. (84.)

CAELIVS CICERONI S.

1 Invideo tibi: tam multa cotidie, quae mirere, istoc perferuntur:
primum illud, absolutum Messalam; deinde eundem condemnatum;
C. Marcellum cos. factum; M. Calidium ab repulsa postulatum a
Galliis duobus; P. Dolabellam XV virum factum. hoc tibi non
invideo, caruisse te pulcherrimo spectaculo et Lentuli Cruris re-
pulsi vultum non vidisse. at qua spe, quam certa opinione descen-
derat! quam ipso diffidente Dolabella! et hercules, nisi † nostrisque
2 acutius vidissent, paene concedente adversario superasset. illud te
non arbitror miratum, Servaeum, designatum tr. pl., condemnatum,
† cuius locum C. Curio petiit. sane quam incutit multis, qui eum
facilitatemque eius non norunt, magnum metum; sed, ut spero et
volo et ut se fert ipse, bonos et senatum malet; totus, ut nunc

1. liberti ⟨tui⟩ W. *Teuffel* (*mus. Rhen.* XXIX *p.* 364) ‖ 2. ut phil. *G* ‖ 4. *post* eius 1 *litt. in M erasa* ‖ illut *M*, illuc *G* ‖ 5. aliquod] aliquid (-t *M*) *Ω* ‖ 6. syntagma *Ω* ‖ quid tibi istic *R*, quid t. istuc *MG*, qui t. istuc ς ‖ 7. ⟨volo⟩ aliquod *Wesenberg*, ⟨opto⟩ a. *Klotz* ‖ aliquod] aliquid *Ω* ‖ 8. posteris M^r, poteris *Ω* ‖ 9. velim *post* extare (*vs.* 8) *transponebat Pluygers* (2 *p.* 116) ‖ 10. nostri *G*, nostram *R* ‖ conveniat *alii* ‖ 11. ad *om. M* ‖ didascalian *Ω* ‖ 15. tibi *GR*, etibi *M* ‖ mirere ς, mirer *Ω* ‖ istoc *M*, istuc *GR*. mireris istoc *Burg* (*p.* 12) (*possis etiam* mireris stoc) ‖ 17. Calidium *Corradus*, claudium *Ω* ‖ apraepulsa, b *a* M^c, *M*, appulsa *G*, ap pulsa *R* ‖ 18. Galliis *Corradus*, gallis *Ω* ‖ dolabelam *M*, dolobellam *G* ‖ 20. uidisse atque spe *G* ‖ 21. dollabella M^1, *corr.* M^c, dolobella *G* ‖ et hercules *M*, et me hercule *R*, ut me hercules *G* ‖ nostrisque *GR*, nostrisque, s *exp. m.* 1, *ut vid.*, *M*. nostri equites ς, nos nostrique *C. Fr. Hermann* (*mus. Rhen.* V. 1847. *p.* 616) ‖ 22. illut M^1 ‖ 23. Servaeum *Wesenberg*, serua eum *M*, seruium *R*ς, serium *G*. *tenent* Servium *Nipperdey* (*opusc. p.* 32) *et Willems* ('*le sénat*' I *p.* 527), *cum Pighio Servium Polam intellegentes* ‖ 24. ⟨in⟩ c. l. *Orelli*, c. ⟨in⟩ l. *Markland* ‖ petiit] petit *Wesenberg* ‖ miltis M^1 ‖ 25. non *del. I. Chamonard* (*revue de philol.* XIV. 1890. *p.* 62) ‖ 26. et ut *MR*, ut *G* ‖ bonos et *M*, bono se et *GR*

est, hoc scaturit. huius autem voluntatis initium et causa est, quod eum non mediocriter Caesar, qui solet infimorum hominum amicitiam sibi qualibet inpensa adiungere, valde contempsit: qua in re mihi videtur illud perquam venuste cecidisse, quod a reliquis quoque usque eo est animadversum, ut Curio, qui nihil consilio facit, ratione et insidiis usus videretur in evitandis consiliis, qui se intenderant adversarios in eius tribunatum: Laelios et Antonios et id genus valentis dico. has ego tibi litteras eo maiore misi 3 intervallo, quod comitiorum dilationes occupatiorem me habebant et expectare in dies exitum cogebant, ut confectis omnibus te facerem certiorem. ad K. Sext. usque exspectavi. praetoriis morae quaedam inciderunt. mea porro comitia quem eventum sint habitura, nescio; opinionem quidem, quod ad Hirrum attinet, incredibilem aed. pl. comitiis nacta sunt: nam M. Coelium Vinicianum mentio illa fatua, quam deriseramus olim, et promulgatio de dictatore subito deiecit et deiectum magno clamore insecuta est; inde Hirrum cuncti iam non faciendum flagitare. spero te celeriter et de nobis, quod sperasti, et de illo, quod vix sperare ausus es, auditurum. de re p. iam novi quicquam exspectare desieramus; 4 sed, cum senatus habitus esset ad Apollinis a. d. XI K. Sex. et referretur de stipendio Cn. Pompei, mentio facta est de legione ea, quam expensam tulit C. Caesari Pompeius, quo numero esset, quoad pateretur eam Pompeius esse in Gallia. coactus est dicere Pompeius se legionem abducturum, sed non statim sub mentionem et convicium obtrectatorum; inde interrogatus de successione C. Caesaris, de qua, hoc est de provinciis, placitum est, ut quam primum ad urbem reverteretur Cn. Pompeius, ut coram eo de successione provinciarum ageretur; nam Ariminum ad exercitum Pompeius erat iturus, et statim iit. puto Idibus Sex. de ea re actum iri. pro-

1. scaturrit, r *exp. m.* 1, *M* ‖ causa *ex* causam M^1 ‖ 2. 3. infirmorum h. amicitia *GR* ‖ 3. qua *ex* quam M^c ‖ 4. illut *M* ‖ cecinisse Ω ‖ a *ex* ad M^c 5. usque eo] *cf. Becher p.* 3 ‖ animatuersum *M* ‖ 6. euitandis *G*, euitandis iis *MR*. *cf. Becher p.* 3 *et Hertz ad Gell. t.* I. 1883. *p.* 254 ‖ 7. laelios *M*, lelius *G*, laolius *R*. Lollios *Manutius* ‖ antonius *GR* ‖ 8. misi *M*, mihi m *GR* 9. dilatiores *GR* ‖ 10. et spectare Ω ‖ 11. facere *M* ‖ praeteriis *R*, praeteritis *G* more Ω ‖ 12. sit *M* ‖ 14. celium *G* ‖ Vinicianum] uicinianum Ω. *cf. C. I. L.* I 641 (XIV 2602) ‖ 15. deriseramus] desideramus *G*, deseramus *MR* ‖ 15. 16. de dictatore *M*, de dicatore *R*, delictatore G^1 *ex* delectatore ‖ 17. iam ς, an Ω flagitare *M*, agitas? l *G*, faligas *R* ‖ 18. es *R*, est *MG* ‖ 21. referet *G* 22. expensam tulit] *cf. Willems 'le sénat'* II *p.* 418 ‖ 22. 23. quoad pateretur *C. F. Hermann* (*l. d. Hermannique immemor ego* (*ann. phil.* 1886 *p.* 65), quo appeteretur Ω ‖ 23. eam *GR*, cum *M* ‖ 24. adducturum *GR* ‖ 25. obtrectaturum Ω ‖ interrogatus ⟨est⟩ *Lambinus*. *cf. Becher p.* 19 ‖ 26. hoc est de provinciis *del. alii* ‖ 28. arimenum *MR*, arimnum, *pr.* m *corr. m.* 2, *G* 29. actum] factum Ω

fecto aut transigetur aliquid aut turpiter intercedetur; nam in disputando coiecit illam vocem Cn. Pompeius, omnes oportere senatui dicto audientes esse. ego tamen sic nihil exspecto, quomodo Paulum, cos. designatum, primum sententiam dicentem. saepius te admoneo de syngrapha Sittiana — cupio enim te intellegere eam rem ad me valde pertinere —, item de pantheris, ut Ciburatas accersas curesque, ut mi vehantur; praeterea nuntiatum nobis et pro certo iam habetur regem Alexandrinum mortuum; quid mihi suadeas, quomodo regnum illud se habeat, quis procuret, diligenter mihi perscribas. K. Sext.

V. (85.)

CAELIVS CICERONI S.

1 Qua tu cura sis, quod ad pacem provinciae tuae finitimarumque regionum attinet, nescio: ego quidem vehementer animi pendeo; †nam, si hoc more moderari possemus, ut pro viribus copiarum tuarum belli quoque existeret magnitudo et, quantum gloriae triumphoque opus esset, adsequeremur, periculosam et gravem illam dimicationem evitaremus, nihil tam esset optandum: nunc, si Parthus movet aliquid, scio non mediocrem fore contentionem; tuus porro exercitus vix unum saltum tueri potest. hanc autem nemo ducit rationem, sed omnia desiderantur ab eo — tamquam nihil denegatum sit ei, quo minus quam paratissimus esset —, qui
2 publico negotio praepositus est. accedit huc, quod successionem
futuram propter Galliarum controversiam non video. tametsi hac
de re puto te constitutum, quid facturus esses, habere, tamen, quo
maturius constitueres, cum hunc eventum providebam, visum est,
ut te facerem certiorem; nosti enim haec tralaticia: de Galliis con-

1. transigeretur *Ω* ‖ aliquit *M* ‖ intercederetur *Ω* ‖ 2. pompeio *Ω* ‖ 4. Paullum ς, *bene. cf. Iordan Herm.* XV *p.* 537 ‖ cos. *M*, eos *G*, ôs (= omnes) *R* ‖ 6. pamtheriis *M*, panteris *R* ‖ 7. Cibyratas ς ‖ arcessas ς ‖ mihi ς ‖ ueantur *G*. venentur *Graevius, cf. ad Att.* VI, 1, 21 ‖ 8. nobis ⟨est⟩ *Wesenberg* ‖ alexandrum *GR* ‖ 9. quid] quidem *Ω* ‖ illius *G* ‖ 10. k. sext. *M*, kal. sept. *R*, *om. G* ‖ 13. tu *M*, *om. GR* ‖ 14. regionum *ex* religionum *M*[r] ‖ animis *GR* ‖ 15. more] modo rem (*i. e.* m̄o r̄e) *Bengel, recte puto.* more ⟨rem⟩ *Becher* (*p.* 19), modo ς *et Wesenberg. tenet* more *Lehmann* (*p.* 37) ‖ ut *G*, et *MR* ‖ 16. quantum gloriae triumphoque] q. gloriae triumpho *Pluygers* (2 *p.* 117) *et Boot* (*'obs. crit.' p.* 17). *malim* quantum loreae triumphoque (*cf. ann. phil.* 1891 *p.* 77). *quo ducit etiam ipsius Ciceronis responsum* (II, 10, 2): 'velles enim, ais, tantum modo ut haberem negotii, quod esset ad laureolam satis'. *triumphus et laurea a Cicerone quoque copulantur* XV, 6, 1: 'quem ego currum aut quam lauream cum tua laudatione conferrem?' ‖ 17. periculosamque *alii* ‖ 18. tam *M*, tamen *GR* ‖ 19. contemtionem *M* ‖ 20. porro *MR*, uero *G* ‖ 23. accessit *G* ‖ 25. te *om. G* ‖ 26. uisus est *M. de constructione v. Burg p.* 30 ‖ 27. translaticia *GR* ‖ Galliis] gallis *Ω*

stituetur; erit, qui intercedat: deinde alius existet, qui, nisi libere liceat de omnibus provinciis decernere senatui, reliquas inpediat: sic multum ac diu ludetur, atque ita diu, ut plus biennium in his
tricis moretur. si quid novi de re p. quod tibi scriberem haberem, 3
usus essem mea consuetudine, ut diligenter, et quid actum esset et quid ex eo futurum sperarem, perscriberem. sane tamquam in quodam incili iam omnia adhaeserunt. Marcellus idem illud de provinciis urget, neque adhuc frequentiam senati efficere potuit. hoc si praeterito anno Curio tribunus erit, eadem actio de provinciis introibit: quam facile nunc sit omnia inpedire et quam hoc Caesari, qui sua causa rem p. non curent, †superet, non te fallit.

VI. (123.)

CAELIVS CICERONI S.

Non dubito, quin perlatum ad te sit Appium a Dolabella reum 1
factum, sane quam non ea, qua existimaveram, invidia; neque enim stulte Appius, qui, simulatque Dolabella accessit ad tribunal, introierat in urbem triumphique postulationem abiecerat, quo facto rettudit sermones paratiorque visus est, quam speraverat accusator. is nunc in te maximam spem habet. scio tibi eum non esse odio: quam velis eum obligare, in tua manu est. cum quo ⟨si⟩ simultas tibi non fuisset, liberius tibi de tota re esset: nunc, si ad illam summam veritatem legitimum ius exegeris, cavendum tibi erit, ne parum simpliciter et candide posuisse inimicitias videaris; in hanc

1. eritque *G* ‖ 2. decernere *MR*[2], de eterne *R*[1], discernere *G* ‖ 4. moretur *GR*, moreretur *M*, moremur *alii. cf. Burg p.* 14 ‖ haberem] habere , 1—2 *litt. eras., G*, habere *MR* ‖ 5. actum esse *Ω* ‖ 6. 7. in quodam incili iam *Manutius*, in quodam incilicia *Ω* ‖ 7. marcellis *M* ‖ illad *om. R* ‖ 8. urget] urget et *Ω* ‖ frequentiam senati (*vel* -tuis) *Bernays*, frequentem senatis *M*, frequentem (-ter *R*) senatus *GR*, frequentem senatum ς. *cf. Burg p.* 11 ‖ 9. si] sic *alii* ‖ erit *scripsi*, et *Ω*, erit et *Wesenberg* ‖ 10. introibit quam ς, introĩ utquam *MR*, ut quam *G* ‖ nunc] tunc *alii, non recte. quo tempore Caelius haec scripsit, quattuor erant tribuni pl. qui Caesaris gratia nihil quod illi nocere posset decerni patiebantur. proximo igitur demum anno Curione, qui etiamtum a senatus partibus stare credebatur, tribunatum ingresso eum rerum statum mutatum iri Caelius significat* ‖ 11. superet] suppeditent *conieci ann. phil.* 1886 *p.* 65. sperent *Orelli, quo adscito praeterea ex Kahntii coniectura* Caesar iique qui *scripsit Baiter, sed non intellecta totius loci ratione* ‖ fallit] *sequitur in Ω libri secundi epistula nona iterata* ‖ 14. quin *GR*, quid *M* ‖ at *M* ‖ a Dol.] addolabellam (-dolob.- *G*) *MG*, adolabellam *R* ‖ 15. sanequam *MG*, sane *R*. *cf. Burg p.* 59 ‖ qua *Lambinus*, quam *Ω* ‖ 16. dolob. *G* ‖ 17. 18. facto rettudit] factor ettulit *MG*, facto retulit *R* ‖ 18. sermonis *MR* ‖ 20. quam uelim eum *M*, quam eum uelim *GR* ‖ 20. 21. quo si simultas tibi] quos si multa tibi *R*, quo simulatast ibi *M*, quo simultas tibi *G* ‖ 21. de tota res *M*, de uita res *R*, denotas *G* ‖ esset ⟨iudicium⟩ *Pluygers* (1 *p.* 272) ‖ 23. candidi *M* ‖ posuisse] deposuisse *alii. cf. Burg p.* 64

partem porro tutum tibi erit, si quid volueris gratificari, nemo
enim necessitudine et amicitia te deterritum ab officio dicet. illud
mihi occurrit, quod inter postulationem et nominis delationem uxor
2 a Dolabella discessit: quid mihi discedens mandaris, memini; quid
ego tibi scripserim, te non arbitror oblitum. non est iam tempus
plura narrandi: unum illud monere te possum, si res tibi non
displicebit, tamen hoc tempore nihil de tua voluntate ostendas et
exspectes, quemadmodum exeat ex hac causa; †denique invidiosum
tibi sit, si emanarit porro significatio ulla intercessit, clarius, quam
deceat aut expediat, fiat; neque ille tacere eam rem poterit, quae
suae spei tam opportuna acciderit quaeque in negotio conficiendo
tanto inlustrior erit, cum praesertim is sit, qui, si perniciosum
3 sciret esse loqui de hac re, vix tamen se contineret. Pompeius
dicitur valde pro Appio laborare, ut etiam putent alterum utrum
de filiis ad te missurum. hic nos omnes absolvimus, et hercules
consaepta omnia foeda et inhonesta sunt. consules autem habemus
summa diligentia: adhuc s. c. nisi de feriis Latinis nullum facere
4 potuerunt. Curioni nostro tribunatus conglaciat; sed dici non potest,
quomodo hic omnia iaceant: nisi ego cum tabernariis et aquariis
pugnarem, veternus civitatem occupasset. si Parthi vos nihil calfi-
ciunt, nos †nihil frigore frigescimus. tamen, quoquo modo potuit,
sine Parthis Bibulus in Amano nescio quid cohorticularum amisit:
hoc sic nuntiatum est.

5 quod tibi supra scripsi Curionem valde frigere, iam calet; nam
ferventissime concerpitur; levissime enim, quia de intercalando non
optinuerat, transfugit ad populum et pro Caesare loqui coepit
legemque viariam, non dissimilem agrariae Rulli, et alumentariam,
quae iubet aediles metiri, iactavit: hoc nondum fecerat, cum

1. porro *om.* *G* ‖ 3. 4. uxoreado bella *M*, uxor ea dolabella *R*, uxore dolobella *G* ‖ 6. te monere *G* ‖ 8. denique] ne qua ς, vide ne qua *aut* vide ne *Wesenberg*. causa denique. invidiosum *Lehmann* (*p.* 40) ‖ 9. ⟨si⟩ significatio *Orelli* ‖ intercessit *MR*, -set *G*, -serit ς ‖ 10. neque ⟨enim⟩ *Lambinus* ‖ 12. is sit] iussit *M*, eius sit *GR* ‖ 13. de ea re *R* ‖ 14. alterutrum *GR* 15. hercule *GR* ‖ 16. foeda ς, federa *GR*, fodera *M*. foedere inhonesto sunt *C. F. Hermann* (*progr. Gotting.* 1853 *p.* 14) ‖ 18. conglaciat sed *GR*, conglaciat se *M*, *quod praefert Lehmann* (*p.* 39) ‖ 19. iaceant *R*, iaciant *M*, lateant *G* ‖ 20. nihil] nimis *Pluygers* (2 *p.* 117) ‖ 20. 21. calficiunt *M*, calfaciunt *GR* ‖ 21. nihil *Ω*, hic ς, non nihil *Baiter, del. Becher* (*p.* 37) ‖ frigescimus] rigescimus *Gulielmius*, obrigescimus *Cobet. cf. Becher l. d. et Burg p.* 23 ‖ 21. 22. quoquo modo potuit, sine Parthis Bibulus *Madvig*, quoquo modo (quo modo *R*) hic omnia iaceant potuit (putauit *GR*) sine parthis bibulus (bibilus sine parthis *R*) *Ω* ‖ 23. sic] si *MG*, *et ex* sit R^1 ‖ 24. scripsi supra *G* ‖ valde frigescere *G* ‖ calent *Ω* ‖ 25. intercalendo *Ω* ‖ 27. uiariam *M*, uariam *GR* ‖ agrariae rulli *M*, agitare *G*, *om.* *R* ‖ alim. *GR* ‖ 28. quae *GR*, quas *M*, qua *alii*. *ceterum v. Mommsen* ‘*r. Staatsr.*’ II^3 *p.* 502

priorem partem epistulae scripsi. amabo te, si quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratia. de Dolabella integrum tibi reserves, suadeo: et huic rei, de qua loquor, et dignitati tuae aequitatisque opinioni hoc ita facere expedit. turpe tibi erit pantheras Graecas me non habere.

VII. (128.)

CAELIVS CICERONI S.

Quam cito tu istinc decedere cupias, nescio; ego quidem eo 1 magis, quo adhuc felicius res gessisti, dum istic eris, de belli Parthici periculo cruciabor, ne hunc risum meum metus aliqui perturbet. breviores has litteras properanti publicanorum tabellario subito dedi; tuo liberto pluribus verbis scriptas pridie dederam. res autem novae nullae sane acciderunt, nisi haec vis tibi scribi, 2 quae certe vis: Cornificius adulescens Orestillae filiam sibi despondit; Paula Valeria, soror Triari, divortium sine causa, quo die vir e provincia venturus erat, fecit: nuptura est D. Bruto: nondum †rettuleras. multa in hoc genere incredibilia te absente acciderunt. Servius Ocella nemini persuasisset se moechum esse, nisi triduo bis deprensus esset. quaeres: 'ubi?' ⟨ubi⟩ hercules ego minime vellem: relinquo tibi, quod ab aliis quaeras; neque enim displicet mihi imperatorem singulos percontari, cum qua sit aliqui deprensus.

VIII. (95.)

CAELIVS CICERONI S.

Etsi, de re p. quae tibi scribam, habeo, tamen nihil, quod 1 magis gavisurum te putem, habeo quam hoc: scito C. Sempronium Rufum, mel ac delicias tuas, calumniam maximo plausu tulisse. †quaeris, an causa? M. Tuccium, accusatorem suum, post ludos Romanos reum lege Plotia de vi fecit hoc consilio, quod videbat,

2. me ⟨ei⟩ *Orelli* ‖ gratiam ς ‖ 4. opinione *MG*, -nem *R* ‖ 5. graecas me *M*, me graecas *R*, graecas *G*. Cibyratas *vel* Κιβυράτας me *Orelli*[1] *et Lehmann* (*p.* 58). *cf. Becher p.* 10 ‖ 8. istic *ex* istinc *M*[1] ‖ 9. gesisti *GR* 10. aliquis *GR* ‖ 11. breuioris *M* ‖ 14. adulescentior (adol. *GR*) est illae (ille *GR*) filium Ω ‖ 15. paulla ς ‖ 16. nondum *MR*, non modum *G* ‖ 17. rettuleras (retul. *GR*) | rettuleram *C. F. Hermann*, ⟨res suas⟩ *vel* ⟨dotem⟩ rettulerat *Wesenberg. cf. Tyrrell t.* III *p.* 151 ‖ 18. Servius] seuius Ω ‖ 19. bis] uis *M*, uix *GR* ‖ deprehensus *GR* ‖ *alt.* ubi *om.* Ω ‖ 20. relino *M* ‖ 21. percontrari *M*, percuntari *G* ‖ aliquid *G* ‖ deprehensus esset *G*, deprehensus est *R*, *uterque servato* sit ‖ 25. hoc scito *M*, hoc sit scito *R*, hoc sit *G* ‖ 26. rufum *bis scriptum in M* ‖ 27. quaeris an causa *MR*, an queris causas *G*. quaeris qua in causa ς, qua quaeris in causa *C. F. Hermann* ‖ m. tuccium *M*, m. tuctium *R*, mutium *G*

si extraordinarius reus nemo accessisset, sibi hoc anno causam esse dicendam; dubium porro illi non erat, quid futurum esset. nemini hoc deferre munusculum maluit quam suo accusatori: itaque sine ullo subscriptore descendit et Tuccium reum fecit. at ego, simul atque audivi, invocatus ad subsellia rei occurro; surgo neque verbum de re facio: totum Sempronium usque eo perago, ut Vestorium quoque interponam et illam fabulam narrem, quemadmodum tibi pro beneficio dederit, †si quod iniuriis suis esset, ut Vestorius
2 teneret. haec quoque magna nunc contentio forum tenet: M. Servilius postquam, ut coeperat, omnibus in rebus turbarat nec, quod non venderet quoiquam, reliquerat maximaeque nobis traditus erat invidiae, neque Laterensis praetor postulante Pausania nobis patronis QVO EA PECVNIA PERVENISSET recipere voluit, Q. Pilius, necessarius Attici nostri, ⟨de⟩ repetundis eum postulavit: magna ilico fama surrexit et de damnatione ferventer loqui est coeptum. quo vento proicitur Appius minor, ut indicet †depecuniam ex bonis patris pervenisse ad Servilium praevaricationisque causa diceret depositum HS LXXXI. admiraris amentiam: immo, si actionem stultissimasque de se, nefarias de patre confessiones audisses.
3 mittit in consilium eosdem illos, qui litis aestimarant iudices. cum aequo numero sententiae fuissent, Laterensis leges ignorans pronuntiavit, quid singuli ordines iudicassent, et ad extremum, ut solent, NON REDIGAM. postquam discessit et pro absoluto Servilius haberi coeptus legisque unum et centesimum caput legit, in quo ita erat: QVOD EORVM IVDICVM MAIOR PARS IVDICARIT, ID IVS RATVMQVE ESTO, in tabulas absolutum non rettulit, ordinum iudicia perscripsit; postulante rusus Appio cum L. Lollio transegit et se relaturum dixit. sic nunc neque absolutus neque damnatus Ser-

2. quid *M*, quod *GR* ‖ 3. differre *M* ‖ 4. tuctium *G*, tuncium *M*, tuscium *R* ‖ 8. si quid iuris sui esset *Victorius*, si quid iniuria ipsius esset *Wesenberg* ‖ 9. haec — tenet *om.* *G* ‖ 10. nec *G*, *et* R^1 *ex* ne, ne *M* ‖ 11. quoiquam *M*, quo inquam *G*, quoquam *R*. cuipiam *Wesenberg*, (venderet,) quicquam (reliquerat) ς ‖ maxime | quae *M*, maximeque *GR*. maximaque *alii* | nobis *deleverim, cf. ann. phil.* 1886 *p.* 65, *Burg p.* 22. *errat Becher p.* 40 ‖ 12. inuidie *R*. invidia *alii* ‖ praetor] praetore (-rae *M*) *Ω* ‖ 13. Q. *Madvig* (*ad Cic. de fin. p.* 807[3]), q' *M*, quae *GR*, quod ς ‖ 14. de *om.* *Ω* ‖ 15. illico *G* ‖ 16. miror *GR* ‖ indicet] inpicet *Ω*, indicaret *Wesenberg* ‖ depecuniam *M*, de pecunia *GR*, pecuniam ς. D̄C [pecuniam] *conieci l. c.* ‖ 17. peruenis *MG* ‖ causam *Ω* ‖ 18. LXXX N *conieci l. c.* ‖ 19. stultissimasque *G*, stultissimas qui *M*, stultissimas *R* ‖ patre *GR*, patris *M* ‖ 21. legis *R* ‖ 21. 22. pronuntiabit *M* ‖ 23. solet ς ‖ 24. coeptus legisque] coetus legesque *M*, ceptus legensque *G*, ceptus legens *R*. coeptus ⟨est⟩ legisque *Lambinus* ‖ 25. erat ita *G* ‖ iudicium *MR* ‖ id ius *G*, idius *R*, idus *M* ‖ 26. ratumque] iuratumque *Ω* retulit *GR* ‖ 27. postulanter usus *MR*, postulanter *G* ‖ L.] lucio (lutio *G*) *Ω* transegit et se] transegisset *Ω*. transegisse et rem *Tyrrell*

vilius de repetundis saucius Pilio tradetur: nam de divinatione Appius, cum calumniam iurasset, contendere ausus non est Pilioque cessit, et ipse de pecuniis repetundis a Serviliis est postulatus et praeterea de vi reus a quodam suo emissario, S. Tettio, factus. recte hoc par habet. quod ad rem publicam pertinet, omnino 4 multis diebus exspectatione Galliarum actum nihil est: aliquando tamen saepe re dilata et graviter acta et plane perspecta Cn. Pompei voluntate in eam partem, ut eum decedere post K. Martias placeret, senatus consultum, quod tibi misi, factum est auctoritatesque perscriptae.

[Senatus consultum auctoritas.] Pr. K. Octobris in aede Apollinis. 5 *scrib. adfuerunt L. Domitius Cn. f. Fab. Ahenobarbus, Q. Caecilius Q. f. Fab. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. f. Pom. Annalis, C. Septimius T. f. Qui., C. Lucilius C. f. Pup. Hirrus, C. Scribonius C. f. Pop. Curio, L. Ateius L. f. An. Capito, M. Eppius M. f. Ter. quod M. Marcellus cos. v. f. de provinciis consularibus, d. e. r. i. c., uti L. Paullus C. Marcellus cos., cum magistratum inissent, ex K. Mart., quae in suo magistratu futurae essent, de consularibus provinciis ad senatum referrent, neve quid prius ex K. Mart. ad senatum referrent neve quid coniunctim, [de ea re referretur a consiliis,] utique eius rei causa per dies comitiales senatum haberent senatique consultum facerent, et, cum de ea re ad senatum referretur, a consiliis, qui eorum*

1. repetendis *Ω* ‖ 4. emissario S. Tettio *amicus quidam Manutii*, emissa rustetio (-cio *R*) *Ω* ‖ 5. publica *M* ‖ 6. est *om. GR* ‖ 7. graviter] ignaviter *Pluygers* (1 *p.* 275) ‖ 8. martis *M* ‖ 9. consultus *M.* consultum — 11. consultum *om. GR* ‖ 11. senatus consultum (-tus *M*) auctoritas *inclusi, cf. Mommsen 'Staatsrecht'* III *p.* 1008, 1. s. c. auctoritates (-tesque *Wesenberg*) *Manutius* 12. scrib. *M*, scripta *GR* ‖ f. *om. GR* ‖ Fab. *Orelli*, fabius *Ω* ‖ Ahenobarbus 13. Fab. *om. GR* ‖ 12. Q. Caecilius] quintus caelius *M* ‖ 13. fabius *M* f. metellus *R* ‖ Pius Scipio L. Villius L. f.] pius scipio l. iul. l. f. *M*, p. scippio l. iul. l. fab. *G*, p. scipio l. iulius l. f. *R* ‖ 14. quirina (-ni *G*) *Ω*, *sed notis haec perscripta erant. cf. Kubitschek 'de Rom. trib.' p.* 34, 151 ‖ Lucilius *Nipperdey*, lucius *Ω*, lucceius ς. *cf. Willems 'le sénat'* I *p.* 520 ‖ Pup. Hirrus] puphirrus *Ω* ‖ 15. ateius *M*, at eius *R*, natteius *G* ‖ An. Capito] ancapito *MG*, an capito *R cum spat.* 10 *litt. post* capito. Ani. Capito *Kubitschek* ‖ M. Eppius M. f. Ter.] m. oppius m. f. ter. sal. *M*, m. oppius m. f. tullio sal. *G*, P (*atram. viridi in mg.*) Poppius (P *atram. rubro*) m. f. ter. s. *R*. *cf. Willems* I *p.* 537. *in* sal. *cognomen latere post alios putat Kubitschek* ‖ 16. cos. — 17. Marcellus *om. G* ‖ 17. L.] c. *MR* ‖ paulus *MR* ‖ ex Kal. Mart. *Wesenberg*, a. d. ex ·x· kal. martias *MG*, ad ex (*exp. m.* 1) kal. mart. *R*. o(mnibus) d(iebus) ex Kal. Mart. *F. Hofmann, qualis tamen nota non extat* ‖ 18. futura essent *M* ς, futura essem *R* ‖ consulatibus *M* ‖ 19. martis *M* ‖ 20. quid *GR*, quis *M* ‖ coniunctim *M*, iunctum *GR*[2], iunctu *R*[1] ‖ de — consiliis *cum Hofmanno ex vs.* 22 *inrecta puto* ‖ re referretur *G*, re referrentur *M*, re ferretur *R* ‖ consiliis] consulibus ς ‖ 21. comitales *M* ‖ 21. 22. senatum haberent senatique consultum facerent] senatum haberes sane tumque cons. faceret *M*, senetum haberet nesene natusque efaceret *G*, senatum haberet ne senatus consultum consul faceret *R* ‖ 22. et *M*, ut *GR* ‖ referrentur *M*. referrent ut *Hofmann* ‖ consiliis] consulibus ς. *cf. Mommsen 'Staatsrecht'* III *p.* 533 ‖ eorum] *simili*

in CCC iudicibus essent, s. f. s. adducere liceret; si quid d. e. r. ad populum pl. ve lato opus esset, uti Ser. Sulpicius M. Marcellus cos., praetores tr. q. pl., quibus eorum videretur, ad p. pl. ve ferrent; quod si non tulissent, uti, quicumque deinceps essent, ad p. pl. ve ferrent. C.

6 *Pr. K. Octobres in aede Apollinis. scrib. adfuerunt L. Domitius Cn. f. Fab. Ahenobarbus, Q. Caecilius Q. f. Fab. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. f. Pom. Annalis, C. Septimius T. f. Qui., ⟨C. Lucilius C. f. Pup. Hirrus,⟩ C. Scribonius C. f. Pop. Curio, L. Ateius L. f. An. Capito, M. Eppius M. f. Ter. quod M. Marcellus cos. v. f. de provinciis, d. e. r. i. c., senatum existimare neminem eorum, qui potestatem habent intercedendi inpediendi, moram adferre oportere, quo minus de r. p. p. R. q. p. ad senatum referrei senatique consultum fieri possit: qui impedierit prohibuerit, eum senatum existimare contra rem publicam fecisse; si quis huic s. c. intercesserit, senatui placere auctoritatem perscribi et de ea re ad senatum p. q. t. referrei. huic s. c. intercessit C. Caelius, L. Vinicius, P. Cornelius, C. Vibius Pansa ⟨tr. pl.⟩.*

7 *Item senatui placere de militibus, qui in exercitu C. Caesaris sunt, qui eorum stipendia emerita aut causas, quibus de causis missi fieri debeant, habeant, ad hunc ordinem referrei, ut eorum ratio habeatur causaeque cognoscantur; si quis huic s. c. intercessisset, senatui placere auctoritatem perscribi et de ea re p. q. t. ad hunc ordinem referri. huic s. c. intercessit ⟨C.⟩ Caelius, C. Pansa tr. pl.*

---

structura Liv. XXIII, 25, 7: 'de exercitu M. Marcelli, qui eorum ex fuga Cannensi essent'. senatorum *Hofmann* ‖ 1. ccc] cccLX *Orelli, non recte* | s(ine) f(raude) s(ua) *Hirschfeld* (*Herm.* V 297), ses *Ω* ‖ abducere *alii* ‖ d(e) e(a) r(e)] de. r. *MR*, de .p. *G* ‖ 2. pl. ve lato opus] pl. uelatopus *M*, pl. uel ad opus *GR* ‖ ser. sulp. marcus | marcus marcellus *M* ‖ 3. 4. quod si — 4. ferrent *om. GR* ‖ 3. 4. quod si *Klotz,* quod ii *M*, quodsi ii *Orelli* ‖ 4. C(ensuere) *vel* Cen *Mommsen* ('*Rechtsfr. zw. Caesar u. d. Senat*' *p.* 52, 137, *cf.* '*Staatsr.*' III *p.* 1009, 8), .ι. u. *MR*, .l. u. *G* ‖ 5. scrib.] scripta *Ω* ‖ 6. f. Fab.] fab. *M*, fabius *G*, f *R* ‖ athenobarbus (aten. *G*) *Ω* ‖ Q. Caecilius Q. f. Fab. Metellus Pius] q. metellus q. f. plus *M*, q. (que *R*) metellus q. f. p. *GR* ‖ 7. Villius] iulius *M*, *itemque* (*vel* uilius) *R*, lulius *G* ‖ quirina *Ω* ‖ 7. 8. *omissa suppl. Wesenberg ex* § 5 ‖ 8. Pop.] pom. *Ω* ‖ Ateius] atilius *Ω* ‖ 9. *post* capito *spat.* 25 *circ. litt. in R* ‖ m. eppius *MG* (m. EP. pius *G*), P (*atram. viridi*) oppius *R* ‖ terentina *Ω* ‖ v. f.] ut *Ω* ‖ 10. e. *om. G* ‖ 11. *in* moram *desinit R*, *paginae tribus partibus vacuis relictis* ‖ 12. r(e) p(ublica) p(opuli) R(omani) q(uam) p(rimum) *Mommsen* (*ad Brunsii font. iur. Rom.*[5] *p.* 172), republica q. p. *M*, r. p. q. p. *G* ‖ referrei] referre *MG* ‖ senatique c. fieri posse *M*, senatumque fieri posse *G* ‖ 13. impediret *G* ‖ eum] tum *MG* ‖ existimari *MG* ‖ 14. senatus consultus (-tum *G*) *MG* ‖ senatu *G* ‖ 15. p(rimo) q(uoque) t(empore) *Willems* ('*le sénat*' II *p.* 229, 5), populumque *MG*, *del. Mommsen* ('*r. Forsch.*' I[2] *p.* 177, 2, '*Staatsr.*' III *p.* 1069, 1, 1258, 3). *cf. Brisson. de form. p.* 183 *ed. Bach* ‖ referrei] referre *MG* ‖ senatus consultus (-tum *G*) *MG* ‖ 16. l. uicinius publius corn. (cor. *G*) *MG* ‖ C. Vibius Pansa] *cf. Mommsen Z. f. Numism.* XI. 1883. *p.* 155 *sq.* ‖ *suppl. Orelli* ‖ 18. stipendiae merita *M*, stipendie merita *G* ‖ 19. ad hunc *M*, adhuc *G* ‖ referre *MG* ‖ 20. senatus consultus (-tum *G*) *MG* ‖ 21. re p. q. t. *scripsi* (*cf. ann. phil.* 1891 *p.* 78), republica *M*, re ·p· *G*, re ς ‖ ad hunc *G*, adhuc *M* ‖ 22. senato ·c· *MG* ‖ C. Caelius] celius *G*, coelius *M* ‖ tribunus pl. *MG*

Itemque senatui placere in Ciliciam provinciam, in VIII reliquas 8
provincias, quas praetorii pro praetore optinerent, eos, qui praetores
fuerunt neque in provinciam cum imperio fuerunt, quos eorum ex s. c.
cum imperio in provincias pro praetore mitti oporteret, eos sortito in
provincias mitti placere: si ex eo numero, quos ‹ex› s. c. in provin-
cias ire oporteret, ad numerum non essent. qui in eas provincias pro-
ficiscerentur, tum, uti quodque conlegium primum praetorum fuisset
neque in provincias profecti essent, ita sorte in provinciam proficisce-
rentur; si ei ad numerum non essent, tunc deinceps proximi cuiusque
collegii qui praetores fuissent neque in provincias profecti essent, in
sortem coicerentur, quoad is numerus effectus esset, quem ad numerum
in provincias mitti oporteret; si quis huic s. c. intercessisset, auctoritas
perscriberetur. huic s. c. intercessit C. Caelius, C. Pansa tr. pl.

Illa praeterea Cn. Pompei sunt animadversa, quae maxime con- 9
fidentiam attulerunt hominibus, ut diceret se ante K. Martias non
posse sine iniuria de provinciis Caesaris statuere, post K. Martias
se non dubitaturum; cum interrogaretur, 'si qui tum intercederent',
dixit hoc nihil interesse, utrum C. Caesar senatui dicto audiens
futurus non esset an pararet, qui senatum decernere non pateretur;
'quid, si', inquit alius, 'et consul esse et exercitum habere volet?'
at ille quam clementer: 'quid, si filius meus fustem mihi inpingere
volet?' his vocibus, ut existimarent homines Pompeio cum Caesare
esse negotium, effecit; itaque iam, ut video, alteram utram ad
condicionem descendere vult Caesar, ut aut maneat neque hoc anno
sua ratio habeatur, aut, si designari poterit, decedat. Curio se 10
contra eum totum parat: quid adsequi possit, nescio; illud video,
bene sentientem, etsi nihil effecerit, cadere non posse. me tractat
liberaliter Curio et mihi suo munere negotium inposuit: nam, si
mihi non dedisset eas, quae ad ludos ei advectae erant Africanae.

---

2. obtinent *Wesenberg, non recte. cf. Willems* II *p.* 593 ‖ 3. in prouiniam (*sic*) *M*, in prouincia *G*. in provincias *e. i.* iverunt (*debebat* ierunt) *Wesenberg. cf. Reisig-Landgraf schol. synt. Lat. p.* 697 ‖ senatus consulto *G*, senatu consultu *M* ‖ 4. oportere *M* ‖ 5. ex s. c.] s. c. *M*, *om. G* ‖ 6. iri *G* ‖ esset G^1 ‖ 7. praetorum] p. r. *M*, *om. G* ‖ 8. provincias ς ‖ 9. si ei] si ii *M*, sed si ·III· *G* ‖ tunc] tum *Wesenberg, bene* ‖ 11. conicerentur *G* ‖ quoad is *G*, quod ais *M* ‖ effectus *om. G* ‖ 12. *et* 13. senatus consultus (-um *G*) *MG* ‖ 13. coelius *ex* caelius M^1, cornelius *G* ‖ tribunus *MG* ‖ plebis *M* ‖ 16. Caesaris] caes. *M*, censum *G* ‖ 17. tunc *G* ‖ 19. pareret *G* ‖ 20. inquis *MG* ‖ cos. *M* esset *G* ‖ uellet *G* ‖ 21. ad ille *M*. at — 22. volet *om. G* ‖ 23. efficit *M* ‖ 24. vult] volet *W. Teuffel* (*mus. Rhen.* XXIX *p.* 364) ‖ Caesar] Caesarem (*I. Holzapfel Philol.* XLVI *p.* 647), *quod ego quoque aliquando conieceram, mox abieceram* ‖ 25. sua] sui *Aldus. cf. Boot ad Cic. ad Att.* VII, 9, 4 ‖ si *om.* G^1 ‖ poterit] voluerit *Holzapfel l. c.* ‖ 26. quid *M*, quod an *G* ‖ 28. et] sed *Pluygers* (1 *p.* 276) ‖ 29. eas *om. G* ‖ aduecti *M*, aduecta *G* ‖ Africanae] *cf. Burg p.* 37

potuit supersederei; nunc, quoniam dare necesse est, velim tibi curae sit, quod a te semper petii, ut aliquid istinc bestiarum habeamus. Sittianamque syngrapham tibi commendo; libertum Philonem istoc misi et Diogenem Graecum, quibus mandata et litteras ad te dedi: eos tibi et rem, de qua misi, velim curae habeas; nam, quam vehementer ad me pertineat, in is, quas tibi illi reddent, litteris perscripsi.

IX. (88.)

CAELIVS CICERONI S.

1 'Sic tu', inquis, 'Hirrum tractasti?' immo, si scias, quam
facile, quam ne contentionis quidem minimae fuerit, pudeat te
ausum illum umquam esse incedere tamquam tuum competitorem.
post repulsam vero risus facit: civem bonum ludit et contra Cae-
sarem sententias dicit; exspectationem corripit †Curionem prorsus
Curionem non mediocriter obiurgatus ac repulsa se mutavit. prae-
terea, qui numquam in foro apparuerit, non multum in iudiciis
2 versatus sit, agit causas liberalis, sed raro post meridiem. †de
provinciis quod tibi scripseram Idibus Sex. actum iri, interpellat
iudicium Marcelli, consulis designati in Kal. reiecta est; ne fre-
quentiam quidem efficere potuerant. has litteras a. d. IIII Non.
Septembris dedi, cum ad eam diem ne profligatum quidem quic-
quam erat. ut video, causa haec integra in proximum annum
transferetur, et, quantum divino, relinquendus tibi erit, qui pro-
vinciam optineat; nam non expeditur successio, quoniam Galliae,

1. supersederei] supersedere *MG*. potui -re *Pluygers l. c.* ‖ dare] dari *vel* dare me *Baiter* ‖ 4. istoc *M*, *om. G* ‖ 5. uelim ut curae *G* ‖ 6. is *M*, eis *G*, iis ς ‖ 7. perscripsi *Wesenberg*, descripsi *MG* ‖ *sequitur in M repetita libri secundi epistula undecima* ‖ 11. minime *M*, minimum *G* ‖ 13. 14. et contra caes.] *M*, econtra *G* ‖ 14. dicit *ex* dicat *M*[1], *ut vid.* ‖ exspectationem corripit] *i. e. reprehendit dilationem consultationis de provinciis.* exspectatione corripit Curionem *Madvig* ('*adv. crit.*' III *p.* 160), *vix recte* ‖ 15. obiurgatus *M*, obiurgat *G*. prorsus Curionem non m. obiurgat; sic rep. *Madvig*, Curionem prorsus [curionem] non m. obiurgat: ⟨tot⟩us ⟨h⟩ac rep. *O. Riemann* (*revue de philol.* XIV. 1890. *p.* 85) *coniunctis priorum coniecturis*, non mediocriter obiurgat Curionem: prorsus ⟨h⟩ac rep. *Hand* (*Tursell.* IV *p.* 618). *equidem* corripit, Curionem prorsus [curionem] n. m. obiurgatus: sic rep. *scripserim.* obiurgari *non magis a Caelio abhorret quam* morare (5, 2) *aliaque non minus a sermone polito aliena. ceterum cf. Becher p.* 16, *Burg p.* 69, *Wesenberg em. alt. p.* 21 *et v. ann. phil.* 1891 *p.* 79 ‖ 17. causam *MG* ‖ liberalis] Cvirales *Pluygers* (1 *p.* 276), *inutiliter* ‖ 18. interpellat] interpellavit *Wesenberg*, *fort. recte* ‖ 19. res *add. ante* reiecta *Orelli, post* r. ς *et Wesenberg. malim:* Marcelli. consultatio senati in K. reiecta est (*cf. ann. phil.* 1891 *p.* 337) ‖ 20. potuerant] potuerunt *alii* ‖ IIII *M*, III *G* ‖ 21. eam *M*, eandem *G* ‖ 22. causam *MG* ‖ 23. relinquendus ς, -dum *MG* ‖ 24. expedietur *cum* ς *Pluygers* (1 *p.* 278, 2 *p.* 117, *alia quoque non minus inutilia molitus*)

quae habent intercessorem, in eandem condicionem quam ceterae provinciae vocantur. hoc mihi non est dubium: quo tibi magis scripsi, ut ad hunc eventum te parares. fere litteris omnibus tibi 3 de pantheris scripsi: turpe tibi erit Patiscum Curioni decem pantheras misisse, te non multis partibus pluris; quas ipsas Curio mihi et alias Africanas decem donavit, ne putes illum tantum praedia rustica dare scire. tu, si modo memoria tenueris et Cibyratas arcessieris itemque in Pamphyliam litteras miseris — nam ibi plures capi aiunt —, quod voles, efficies. hoc vehementius laboro nunc, quod seorsus a collega puto mihi omnia paranda. amabo te, impera tibi hoc. curare soles libenter, ut ego maiorem partem nihil curare: in hoc negotio nulla tua nisi loquendi cura est, hoc est imperandi et mandandi; nam, simulatque erunt captae, qui alant eas et deportent, habes eos, quos ad Sittianam syngrapham misi: puto etiam, si ullam spem mihi litteris ostenderis, me isto missurum alios. M. Feridium, eq. R., amici mei filium, 4 bonum et strenuum adulescentem, qui ad suum negotium istoc venit, tibi commendo et te rogo, ut eum in tuorum numero habeas: agros, quos fructuarios habent civitates, vult tuo beneficio, quod tibi facile et honestum factu est, immunes esse; gratos et bonos viros tibi obligaris. nolo te putare Favonium a columnariis 5 praeteritum: optimus quisque eum non fecit. †Pompeius tuus aperte Caesarem et provinciam tenere cum exercitu et consul * *; ipse tamen hanc sententiam dixit, nullum hoc tempore senatus consultum faciendum, Scipio hanc, ut K. Martiis de provinciis Galliis, neu quid coniunctim referretur; contristavit haec sententia Balbum Cornelium, et scio eum questum esse cum Scipione. Calidius in defensione sua fuit disertissimus, in accusatione satis frigidus.

1. caeterae *M* ‖ 3. pararis *M*, praepares *G* ‖ 4. patiscum curione *M*, parthis cum curione *G* ‖ 7. tenueris ς, teneres *MG* ‖ 7. 8. cybiratas *M*, cibiratas *G* ‖ 9. capi aiunt *M*, capiunt *G* ‖ 10. seorsus *M*, -sum *G. cf. Burg p.* 15 ‖ 13. et amandi *G* ‖ 14. at *M* ‖ 15. *in* spem *desinit G* ‖ ostenderis ostenderis *(exp. M*^{r}*?) M* ‖ 17. ad sua negotia *Kleyn* (*p.* 35) ‖ istuc ς ‖ 19. habeat *M* habet *M* ‖ 20. factu] factum *M* ‖ est] sit *C. F. Hermann* (*progr. Gotting.* 1853 *p.* 15) ‖ 21. fauōlum *M* ‖ 23. provincias *Wesenberg* ‖ exercitus *M. enuntiatum mancum:* aperte ⟨non vult⟩ . . . et consul⟨em esse⟩ *Lambinus similiterque alii, quod probat H. Nissen* (*histor. Zeitschr.* XLVI. 1881. *p.* 64, 2) *aliorum supplemento:* consul⟨em fieri⟩ *repudiato* ‖ 25. consultus *M* ‖ martis *M* 26. gallis *M.* Galliis *delebat W. Teuffel* (*mus. Rhen.* XXIX *p.* 364) ‖ 27. balbum *ex* baldum M^{c} ‖ quaestum *M* ‖ 28. disertissimus *ex* des. M^{c} ‖ 29. *sequitur in M repetita libri secundi epistula duodecima*

X. (100.)

CAELIVS CICERONI S.

1 Sane quam litteris C. Cassii et Deiotari sumus commoti; nam Cassius cis Euphraten copias Parthorum esse scripsit, Deiotarus profectas per Commagenem in provinciam nostram. ego quidem praecipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui scirem, quam paratus ab exercitu esses, ne quod hic tumultus dignitati tuae periculum adferret: nam de vita, si paratior ab exercitu esses, timuissem; nunc haec exiguitas copiarum recessum, non dimicationem mihi tuam praesagiebat; hoc quomodo acciperent homines, quam probabilis necessitas futura esset, vereor etiam nunc, neque
2 prius desinam formidare, quam tetigisse te Italiam audiero. sed de Parthorum transitu nuntii varios sermones excitarunt: alius enim Pompeium mittendum, alius ab urbe Pompeium non removendum, alius Caesarem cum suo exercitu, alius consules, nemo tamen ex senatus consulto privatos. consules autem, quia verentur, ne illud senatus consultum fiat, ut paludati exeant et contumeliose praeter eos ad alium res transferatur, omnino senatum haberi nolunt, usque eo, ut parum diligentes in re publica videantur; sed honeste, sive neglegentia sive inertiast sive ille, quem proposui, metus, latet sub hac temperantiae existimatione nolle provinciam. a te litterae non venerunt, et, nisi Deiotari subsecutae essent, in eam opinionem Cassius veniebat, quae diripuisset ipse, ut viderentur ab hoste vastata, finxisse bellum et Arabas in provinciam inmisisse eosque Parthos esse senatui renuntiasse: quare tibi suadeo, quicumque est istic status rerum, diligenter et caute perscribas, ne aut velificatus
3 aliquoi dicaris aut aliquid, quod referret scirei, reticuisse. nunc exitus est anni; nam ego has litteras a. d. XIIII K. Decembris scripsi. plane nihil video ante K. Ianuarias agi posse: nosti Marcellum, quam tardus et parum efficax sit, itemque Servius quam cunctator; cuiusmodi putas hos esse aut quam id, quod nolint,

---

3. Cassii] caesaris *M* ‖ 5. Commagenem] commaginem *M*. Commagenen *cum* ς *Wesenberg, fort. recte* ‖ 6. 7. quam imparatus *dubitanter Lambinus* 7. dignitatis *M* ‖ 8. 9. esset timuisset *M* ‖ 12. tetigisset italiam *M* ‖ 13. exercitarunt *M* ‖ 15. 16. ex senatu consultu *M* ‖ 16. 17. illud senatus consultus *M* 17. plaudati *M* ‖ et] aut *alii. recte locum explicavit Lange 'röm. Alterth.'* III[2] *p.* 389 ‖ 17. 18. praeter eos] praeter os *Pluygers* (1 *p.* 270), ⟨se⟩ praeteritis *Madvig* (*'adv. crit.'* III *p.* 160) ‖ 18. habere *conieci ann. philol.* 1886 *p.* 66 20. inertia est *M*[c] ‖ 22. deiotar *M* ‖ 23. ueniebat *vel* uenerat ς, ueniat *M. cf. Burg p.* 33 ‖ ab] ad *M* ‖ 25. partos *M* ‖ renuntiasset *M* ‖ 26. 27. belificatus aliqui *M* ‖ 27. referretur sciret reticuisset *M* (scire ς) ‖ 31. hos] hoc *M* nolunt ς

conticere posse, qui, quae cupiunt, tamen ita frigide agunt, ut nolle existimentur? novis magistratibus autem, si Parthicum bellum erit, haec causa primos menses occupabit: sin †aut sit aut non erit istic bellum aut tantum erit, ut vos aut successores parvis additis copiis sustinere possint, Curionem video se dupliciter iactaturum: primum, ut aliquid Caesari adimat; inde, ut aliquid Pompeio tribuat, quodvis quamlibet tenue munusculum. Paullus porro non humane de provincia loquitur: huius cupiditati occursurus est Furnius noster: pluris suspicari non possum. haec novi: alia, quae possunt acci- 4
dere, non cerno. multa tempus adferre et praeparata mutare scio; sed intra finis hos, quaecumque acciderint, vertentur. illud addo ad actiones C. Curionis, de agro Campano; de quo negant Caesarem laborare, sed Pompeium valde nolle, ne vacuus advenienti Caesari pateat. quod ad tuum decessum attinet, illud tibi non possum 5
polliceri, me curaturum, ut tibi succedatur; illud certe praestabo, ne amplius prorogetur. tui consilii est, si tempus, si senatus coget, si honeste a nobis recusari non poterit, velisne perseverare: mei officii est meminisse, qua obtestatione decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris.

XI. (127.)

CAELIVS CICERONI S.

Non diu, sed acriter nos tuae supplicationes torserunt; incide- 1
ramus enim in difficilem nodum: nam Curio, tui cupidissimus, quoi omnibus rationibus comitiales eripiebantur, negabat se ullo modo pati posse decerni supplicationes, ne, quod furore Pauli adeptus esset boni, sua culpa videretur amisisse et praevaricator causae publicae existimaretur; itaque ad pactionem descendimus, et confirmarunt consules se his supplicationibus in hunc annum non usuros. plane, quod utrisque consulibus gratias agas, est; Paulo

1. qui quae] quique *M* ‖ agunt] aiunt *M* ‖ 2. novis] nobis *M* ‖ 3. occupauit *M* ‖ sin autem aut non erit ς, sin aut non erit *Baiter* ‖ 4. aut tantum] autem tum *M* ‖ 5. iastaturum *M* ‖ 7. quiduis *M* ‖ munuculum *M* ‖ 9. possum] possum haec noui aliquae possum *M*, possum — aliquae *exp.* M^r ‖ 9. 10. occidere *M* 10. mutare scio *C. F. Hermann* (*mus. Rhen.* V *p.* 617), multa rescio *M* ‖ 11. uertерentur *M* ‖ 13. nolle] nole *M*. velle *alii, fort. recte. ceterum cf. Becher p.* 21 15. illuc certe *M* ‖ 16. amplius] tempus *Pluygers* (1 *p.* 271) ‖ est si] et si *M* tempus <feret> *Boot* ('*obs. crit.*' *p.* 18) ‖ 17. mei] me *M* ‖ 18. decendens *M*. discedens *alii* ‖ 23. difficile *M* ‖ cup. qui *M* ‖ 24. comitiales <dies> *Wesenberg, fort. recte* ‖ eripiantur negabant *M* ‖ 25. quid *M* ‖ adeptus] ademptus *M*. ademptum *cum aliis Drumann* (*h. R.* VI *p.* 161, 35) *et F. Hofmann* ('*de orig. b. civ. Caes.*' *p.* 56 *adn.*) ‖ 26. amississe, *pr. s erasa*, *M* ‖ 28. consules se] cōns. esse *M* ‖ his] novis *vel* aliis *conieci ann. phil.* 1886 *p.* 66. *cf. tamen Mommsen* '*Staatsr.*' III *p.* 1062, 2

magis certe; nam Marcellus sic respondit ei, spem in istis suppli-
cationibus non habere, Paullus, se omnino in hunc annum non
2 edicturum. renuntiatum nobis erat Hirrum diutius dicturum: pren-
dimus eum; non modo non fecit, sed, cum de hostiis ageretur et
posset rem impedire, si, ut numeraretur, postularet, tacuit; tantum
Catoni adsensus est, qui ⟨de⟩ te locutus honorifice non decrerat
supplicationes; tertius ad hos Favonius accessit. quare pro cuius-
que natura et instituto gratiae sunt agendae: his, quod tantum
voluntatem ostenderunt, pro sententia, cum impedire possent, non
pugnarunt, Curioni vero, quod de suarum actionum cursu tua causa
deflexit. nam Furnius et Lentulus, ut debuerunt, quasi eorum res
esset, una nobiscum circumierunt et laborarunt. Balbi quoque
Corneli operam et sedulitatem laudare possum; nam cum Curione
vehementer locutus est et eum, si aliter fecisset, iniuriam Caesari
facturum dixit, tum eius fidem in suspicionem adduxit. decrerant
quidem neque transigi volebant Domitii, Scipiones; quibus hac re
ad intercessionem evocandam interpellantibus venustissime Curio
respondit se eo libentius non intercedere, quod quosdam, qui de-
3 cernerent, videret confici nolle. quod ad rem publicam attinet, in
unam causam omnis contentio conlecta est, de provinciis: in quam
adhuc incubuisse cum senatu Pompeius videtur, ut Caesar Id. Nov.
decedat; Curio omnia potius subire constituit quam id pati, ceteras
suas abiecit actiones. nostri porro, quos tu bene nosti, ad extre-
mum certamen rem deducere non audeant. scaena rei totius haec:
Pompeius, tamquam Caesarem non inpugnet, sed, quod illi aecuum
putet, constituat, ait Curionem quaerere discordias, valde autem
non vult et plane timet Caesarem †cos. desig. prius, quam exer-
citum et provinciam tradiderit; accipitur satis male a Curione, et
totus eius secundus consul⟨atus⟩ exagitatur. hoc tibi dico: si
omnibus rebus prement Curionem, Caesar defendet intercessorem;

1. ei spem *M*, se spem ς, ei ⟨se⟩ spem *Lambinus* ‖ 2. paulus, 1 *a m.* 1, *M* ‖ 4. hostiis] hostis *M*, hostibus ς, *non recte* ‖ 5. possit *M* ‖ 6. de te ς, et *M*, etsi *Schütz* ‖ 13. curionem *M* ‖ 15. tum] cum *M* ‖ suspicionen||, 1 *litt. eras.*, *M* ‖ decrerant *Manutius*, deserant *M* ‖ 16. quidem] quidam *Wesenberg* neque *Lehmann* (*p.* 93) *et Madvig* (*'adv. crit.'* III *p.* 161), quiniq· *M*, qui inique *alii*. qui * * * neque *Wesenberg* ‖ 16. hac re — 17. interpellantibus *sana non puto et* acre — i. *scribendum arbitror* (*cf. ann. phil.* 1891 *p.* 79) ‖ 18. 19. descernerent *M* ‖ 20. conlecta *M*, coniecta P^2ς ‖ in quam] *cf. ad Att.* I, 19, 4: 'Pompeius vero ad voluntatem perferendae legis incubuerat'. in qua *alii* ‖ 21. adhuc] *cf.* XVI, 11, 2: 'et erat adhuc (: ea tenus) impudens, qui'. adhuc est *M*. in qua adhuc eo *Madvig l. c.* in qua adhuc est. (incubuisse) *Baiter* ‖ idus *M* ‖ 23. adiecit *M* ‖ 24. audeant] audent, audebant, audebunt *coniciunt* ‖ 25. ille *Ernesti* ‖ 27. cos. desig. *M.* consulem designari ς. consulatum inire (*vel sim.*) *conieci ann. phil.* 1886 *p.* 66 ‖ 28. provincias *Wesenberg* ‖ 29. consul *M* ‖ 30. defendet intercessorem; si ς *et Wesenberg*, defendetur

si — quod videntur — reformidabunt, Caesar, quoad volet, manebit.
quam quisque sententiam dixerit, in commentariost rerum urbana- 1
rum: ex quo tu, quae digna sunt, selige: multa transi, in primis ludorum explosiones et funerum et ineptiarum ceterarum, plura habet utilia; denique malo in hanc partem errare, ut, quae non desideres, audias quam quicquam, quod opus est, praetermittatur. tibi curae fuisse de Sittiano negotio, gaudeo: †sed, quoniam suspicaris minus certa fide eos tibi visos, tamquam procurator, sic agas, rogo.

XII. (142.)

CAELIVS CICERONI S.

Pudet me tibi confiteri et queri de Appi, hominis ingratissimi, 1
iniuriis, qui me odisse, quia magna mihi debebat beneficia, coepit et, cum homo avarus, ut ea solveret, sibi imperare non posset, occultum bellum mihi indixit, ita occultum tamen, ut multi mihi renuntiarent et ipse facile animadverterem male eum de me cogitare. postea quam vero comperi eum conlegium temptasse, deinde aperte cum quibusdam locutum, cum L. Domitio, ut nunc est mihi inimicissimo homine, deliberare, velle hoc munusculum deferre Cn. Pompeio, ipsum reprenderem et ab eo deprecarer iniuriam,
quem vitam mihi debere putaram, impetrare a me non potui. 'quid 2
ergo?' †st tamen quasi aliquod amicis, qui testes erant meorum in illum meritorum, locutus sum: postea quam illum ne quoi satis faceret quidem me dignum habere sensi, malui collegae eius, homini alienissimo mihi et propter amicitiam tuam non aequissimo, me obligare quam illius simiae vultum subire. id postquam rescit,

intercessorem si *M.* offendetur; intercessorem si *Mommsen* (*'Rechtsfrage'* *p.* 54, 142) ‖ 1. reformidabunt] -runt *M*, -rint ς ‖ quod ad uolet *M* ‖ 2. commentario est ς ‖ 5. utilia] utilla *M.* futilia *Weiske. locum quamvis neglegenter scriptum temptari nolim* explicationes *pro* explosiones *Holzapfel Philol.* XLVI *p.* 648). *cf. Becher p.* 26 ‖ 6. est] sit *Wesenberg* ‖ 7. 8. suspicor *Ernesti* ‖ 8. eos] meos *Billerbeck.* fide quos tibi misi, tamquam *Becher* (*p.* 39), fide esse, quos tibi misi, t. *Baiter*, fide eos esse, quos tibi misi, t. *Wesenberg,* fide eos, quos tibi misi, usos *Klotz. malim* fide eos ibi visos (usos?), t.: *cf. ann. phil.* 1891 *p.* 337 ‖ 9. agas] agros *M* ‖ 12. hominis *ex* -nes M^c ‖ 14. homo] hō *M* ‖ ut] et *M* (ut M^r *in mg.*) ‖ 17. conlegium] conlegam *alii, recte puto. agebatur id ut Caelius senatu moveretur.* collegii, *i. e., ut explicant, augurum, quae potuerint esse in puniendo Caelio partes nemo dixerit* ‖ 20. reprenderem] ⟨ut⟩ r. *Lambinus,* ut prenderem *I. F. Gronov. cf. Becher p.* 1 ‖ 20. 21. iniuriamque uitam *M* ‖ 22. ergo est ς. tamen cum eius aliquot amicis *Wesenberg. sententia requiritur haec:* quid ergo? ut placarent hominem, cum aliquot Appii amicis. *cf. ann. phil.* 1886 *p.* 67 *et ep.* V, 2, 8, *ad Att.* I, 10, 2 ‖ aliquod] *de hac scriptura v. Dziatzko ad Ter. Phorm.*^{2} (*Lips.* 1885) *p.* 62 ‖ 24. facere *M* ‖ 25. alienissimo mihi] *cf. Becher p.* 30 ‖ amiciam M^1, *corr.* M^c ‖ 26. resciit ς

excanduit et me causam inimicitiarum quaerere clamitavit, ut, si mihi in pecunia minus satis fecisset, per hanc speciem simultatis eum consectarer. postea non destitit accersere Polam Servium
3 accusatorem, inire cum Domitio consilia. quibus cum parum procederet, ut ulla lege mihi ponerent accusatorem, conpellari ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant: insolentissimi homines summis Circensibus, ludis meis, postulandum me lege Scantinia curant. vix hoc erat Pola elocutus, cum ego Appium censorem eadem lege postulavi: quod melius caderet, nihil vidi; nam sic est a populo et non infimo quoque adprobatum, ut maiorem Appio dolorem fama quam postulatio attulerit. praeterea coepi sacellum,
4 in domo quod est, ab eo petere. conturbat me mora servi huius, qui tibi litteras attulit; nam acceptis prioribus litteris amplius ⟨dies⟩ quadraginta mansit. quid tibi scribam, nescio: †scis Domitio diem tumorae est exspecto valde et quam primum videre cupio; a te peto, ut meas iniurias proinde doleas, ut me existimas et dolere et ulcisci tuas solere.

XIII. (132.)

CAELIVS CICERONI S.

1 Gratulor tibi adfinitate viri medius fidius optimi; nam hoc ego de illo existimo: cetera porro, quibus adhuc ille sibi parum utilis fuit, et aetate iam sunt decussa et consuetudine atque auctoritate tua, pudore Tulliae, si qua restabunt, confido celeriter sublatum iri; non est enim pugnax in vitiis neque hebes ad id, quod melius sit, intellegendum. deinde — quod maximum est — ego illum
2 valde amo. voles, Cicero, Curionem nostrum lautum intercessionis de provinciis exitum habuisse: nam, cum ⟨de⟩ intercessione referretur, quae relatio fiebat ex senatus consulto, primaque M. Marcelli sententia pronuntiata esset, qui agendum cum tribunis pl. censebat, frequens senatus in alia omnia iit — stomachost scilicet Pompeius

1. scanduit et me causa *M* ‖ 3. arcessere ς ‖ palam seruium *M* ‖ 4. domiti *M* ‖ 5. ulla] alia *Pluygers* (1 *p.* 279), ulla ⟨alia⟩ *vel* ⟨alia⟩ ulla *Wesenberg* ‖ poneret *M* ‖ 6. qua ⟨ipsi⟩ dicere *Ernesti* ‖ insolentissime *M*, *fort. pro* -mei ‖ 8. curarunt *Wesenberg* ‖ polae locutus *M* ‖ 9. eandem *M* ‖ 11. saccellum *M* ‖ 12. me] ne *M* ‖ 14. dies *om. M* ‖ scribam nescio *bis scripta in M* ‖ 15. ⟨comitiorum⟩ (*add. Weiske*) diem timori esse. te *Victorius, recte ut videtur* (*cf. Sternkopf* '*quaest. chronol.*' (*diss. Marb.* 1884) *p.* 24 *sq.*). diem tumorae est *M* ‖ 17. solere] sorore *M* ‖ 20. adfinitatem *Lambinus, fort. recte* ‖ 22. decussa *Colucius Salutatus*, de causa *M* ‖ 24. pugnax] pertinax *Pluygers* (1 *p.* 279) ‖ hebes] habes *M* ‖ 25. sit] est *Wesenberg* ‖ 26. intercessiones *M* ‖ 27. exitium *M* ‖ de *om. M* ‖ 28. senatu consultu *M* ‖ 29. cum tribunus plebis *M* ‖ 30. stomachost] stomachus *M* ‖ scilicet Pompeius *del. Manutius, non intellecta scilicet ironia qua Caelius utitur*

Magnus nunc ita languenti, ut vix id, quod sibi placeat, reperiat —, transierant illuc, rationem eius habendam, qui ⟨neque⟩ exercitum neque provincias traderet. quemadmodum hoc Pompeius laturus sit, cum cognoscam: quidnam rei publicae futurum sit, si *** aut non curet, vos senes divites videritis. Q. Hortensius, cum has litteras scripsi, animam agebat.

XIV. (143.)

CAELIVS CICERONI S.

1 Tanti non fuit Arsacen capere et Seleuceam expugnare, ut earum rerum, quae hic gestae sunt, spectaculo careres: numquam tibi oculi doluissent, si in repulsa Domitii vultum vidisses. magna illa comitia fuerunt et plane studia ex partium sensu apparuerunt: perpauci necessitudinem secuti officium praestiterunt. itaque mihi est Domitius inimicissimus, ut ne familiarem quidem suum quemquam tam oderit quam me, atque eo magis, †quod per iniuriam sibi putat ereptum, quoius ego auctor fuerim. nunc furit tam gavisos homines suum dolorem †unumque moue studiosiorem Antoni. nam Cn. Saturninum adulescentem ipse Cn. Domitius reum fecit, sane quam superiore a vita invidiosum; quod iudicium nunc in exspectatione est, etiam in bona spe post Sex. Peducaei absolutionem. 2 de summa re publica, saepe tibi scripsi me †annum pacem non videre, et, quo propius ea contentio, quam fieri necesse

---

1. placeant reperiant *M* ‖ 2. rationem eius habendam *Baiter*, ut ratione eius habenda *M* ‖ neque *om. M* ‖ 3. tradere *M* ‖ 4. sit] iste *M* ‖ cum cognoscam] tecum cognoscam *C. F. Hermann* (*progr. Gotting.* 1853 *p.* 15), coram cognoscam *Holzapfel* (*Philol.* XLVI *p.* 648), cum cognoro, ⟨scribam⟩ *Wesenberg, iniuria omnes* ‖ futurus sit *M* ‖ ⟨aut armis resistat⟩ *suppl. Wesenberg, non recte: de Pompeio enim haec, non de Caesare, dicta sunt.* ⟨aut non ferat⟩ *Pluygers* (1 *p.* 280). *fort. tamen non est lacuna, sed* aut *corruptum* (*deleri voluit Pantagathus*) *ex* senatum. *cf. ann. phil.* 1891 *p.* 80 ‖ 5. Q. *M*[r], que *M* ‖ 14. ut] aut *M* ‖ 15. eo *ex* ego *radendo M* ‖ per iniuriam] per Curionem *conieci ann. phil.* 1886 *p.* 68. *praeterea aut inserendum cum Gronovio* auguratum, *quod omitti potuisse Lehmanno* (*p.* 11) *non concedendum, aut ex* ereptum *efficiendum* obreptum ‖ 16. quoius] quo ius *M.* quoi *conieci l. c.* ‖ furit] fuerit *M* ‖ 17. suum dolorem] suo in dolore *Madvig* (*'adv. crit.'* III *p.* 162), *vix iure* ‖ unumque moue] unum quemque *Bettmann, recte. neque tamen sic omnia sana — id quod Klotz et Becher* (*p.* 4) *sibi persuaserunt —, sed intercidit* ⟨inque ius vocat⟩ *vel simile quid* (*cf. ann. phil.* 1886 *p.* 68): *alioqui enim proximum enuntiatum sensu careret.* unumque modo me *Baiter*, unumque me ς, venenumque evomit ⟨in me⟩ *Madvig l. c.* ‖ 17. 18. Antoni nam] antonianam *M* ‖ 18. adolescentem ⟨adolescens⟩ *Wesenberg, non credo iure* ‖ 19. superior ea uita *M.* superiorem causa, vita *Madvig, re quae hic agitur non intellecta* ‖ 19. 20. nunc in exspectatione est *Victorius*, non exspectationem inest *M. cf. Lorenz*[2] *ad Plaut. mil. gl.* 1279 ‖ 20. peducei *M* ‖ 21. annum] ⟨ad⟩ annum *Wesenberg*, annuam *Baiter*, animo *C. F. W. Müller*. ⟨in hunc⟩ annum *Busch* (*Philol.* XXVI *p.* 360) ‖ 22. quo] quod *M*

est, accedit, eo clarius id periculum apparet. propositum hoc est, de quo, qui rerum potiuntur, sunt dimicaturi, quod Cn. Pompeius constituit non pati C. Caesarem consulem aliter fieri, nisi exercitum et provincias tradiderit, Caesari autem persuasum est se salvum esse non posse, ⟨si⟩ ab exercitu recesserit; fert illam tamen condicionem, ut ambo exercitus tradant. sic illi amores et ⟨in⟩vidiosa coniunctio non ad occultam recidit obtrectationem, sed ad bellum se erupit; neque, mearum rerum quid consili capiam, reperio; quod non dubito, quin te quoque haec deliberatio sit perturbatura. nam mihi cum hominibus his et gratia et † necessitudinem cum causam
3 illam, unde homines odi. illud te non arbitror fugere, quin homines in dissensione domestica debeant, quamdiu civiliter sine armis certetur, honestiorem sequi partem, ubi ad bellum et castra ventum sit, firmiorem, et id melius statuere, quod tutius sit. in hac discordia video Cn. Pompeium senatum quique res iudicant secum habiturum, ad Caesarem omnes, qui cum timore aut mala spe vivant, accessuros; exercitum conferendum non esse. omnino satis spatist ad considerandas utriusque copias et eligendam partem.
4 prope oblitus sum, quod maxime fuit scribendum: scis Appium censorem hic ostenta facere: de signis et tabulis, de agri modo, de aere alieno acerrime agere? persuasum est ei censuram lomentum aut nitrum esse: errare mihi videtur; nam sordes eluere vult, venas sibi omnis et viscera aperit. curre, per deos atque homines! et quam primum haec risum veni, legis Scantiniae iudicium apud

---

3. pati gaius caesar .cos. *M* ‖ 5. posse si] possem *M* ‖ 6. 7. siciliam mores et uidios aconiunctio *M* ‖ 7. recidit *Victorius*, recedit *M* ‖ 8. erumpit ς, *bene* ‖ quod consili *M* ‖ quod] *cf. Becher p.* 31 ‖ 9. sit] sic *M* ‖ perturbatur *M* 10. 11. necessitudinem cum causam illam unde h. o.] *hoc videtur dicere: praeferri quidem a se homines Caesarianos — velut Curionem —, causam magis probari sibi Pompei, quamquam Pompeiani ipsi — velut Ap. Claudius — sibi invisi sint. commendarem igitur, si litterae sinerent, talia fere:* necessitudo, iustiorem (*vel* meliorem) cum ⟨censeam⟩ causam illam, unde h. o. *eadem sententia — nisi quod* amandi *verbum, quod mihi quidem nimis forte videtur, inferri volunt, Madvig* ('*adv. crit.*' III *p.* 162): et gratiae et necessitudines sunt; causam illam ⟨amo⟩, unde (valde *Becher p.* 22) h. o., *Pluygers* (1 *p.* 283): et gratia et necessitudo est; cum causam illam amo, homines odi. *errore Wesenberg prius membrum ad Pompeianos, alterum ad Caesarianos referens:* et gratia et necessitudo intercedit (*vel* est; nec. intima *Busch l. c.*): causam illam, non item h. o. *Orelli edidit:* et gratia et necessitudo est: cum causam illam, non (*hoc ex* ς) homines odi. *denique H. A. Koch* (*mus. Rhen.* XII *p.* 268) *clausulam ita corrigi iussit:* causam illam valde, homines minus odi ‖ 12. 13. sine armis *quibusdam suspecta* ‖ 13. cernetur *M* ‖ 15. Cn.] acneium *M* ‖ 17. vivunt *Wesenberg* ‖ 18. spatist] pati sit *M* ‖ considerandas utrisque ‖¦copias (2 *litt. ras. in init. vs.*) et eligendas utrisque copias et eligendam partem *M* ‖ 19. quod] quo *M* ‖ 20. agri] agris *M* ‖ 22. nam ⟨dum⟩ *Lambinus. at v. Lehmann p.* 26 ‖ sordes ⟨suas⟩ *Wesenberg* ‖ eluere] ei uere *M* ‖ 24. *p.* 207, 1 leges scantine iudicium aput drusus *M*

Drusum fieri. Appium de tabulis et signis agere: crede mihi, est properandum. Curio noster sapienter id, quod remisit de stipendio Pompei, fecisse existimatur. ad summam, quaeris, quid putem futurum: si alteruter eorum ad Parthicum bellum non eat, video magnas inpendere discordias, quas ferrum et vis indicabit; uterque et animo et copiis est paratus. si sine †suo periculo fieri posset, magnum et iucundum tibi Fortuna spectaculum parabat.

XV. (159.)

CAELIVS CICERONI S.

Ecquando tu hominem ineptiorem quam tuum Cn. Pompeium 1
vidisti, qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commorit? ecquem autem Caesare nostro acriorem in rebus gerendis, eodem in victoria temperatiorem aut legisti aut audisti? 'quid est?' nunc tibi nostri milites, qui durissimis et frigidissimis locis, taeterrima hieme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis esse pasti videntur? 'quid iam?' inquis. gloriose omnia. si scias, quam sollicitus sim, tum hanc meam gloriam, quae ad me nihil pertinet, derideas; quae tibi exponere nisi coram non possum, idque celeriter fore spero: nam me, cum expulisset ex Italia Pompeium, constituit ad urbem vocare, id quod iam existimo confectum, nisi si maluit Pompeius Brundisi circumsederei. peream, si minima causa est properandi 2
isto mihi, quod te videre et omnia intima conferre discupio, habeo autem quam multa. hui vereor, quod solet fieri, ne, cum te videro, omnia obliviscar. sed tamen quod ob scelus iter mihi necessarium retro ad Alpis versus incidit? adeo, quod Intimilii in armis sunt,

2. id *del. Pluygers* (1 *p.* 283) ‖ 3. quid] quod *M* ‖ 4. alter ut eorum *M* 5. indicabit] *cf. Becher p.* 22, 2. indicauit *M* ‖ 6. suo] tuo *vel* summo *corrigunt* 7. **parabat]** *cf.* ***Burg p.*** **33** ‖ **11.** *pr.* **qui] quid** ***M*** ‖ **qui tam] cum tam** *alii.* ***cf. Burg p.*** **73** ‖ **nugas** ***M*** ‖ **13. temperatorem** ***M*** ‖ **nunc] non** ς, **num** ***Lambinus***, nonne *Burg* (*p.* 57). *si quid mutandum sit, malim* quid? etiam nunc 15. 16. quid? tam, inquis, gloriose? somnia! si scias *C. F. Hermann* (*pr. Gott.* 1853 *p.* 16), 'quid? tam', inquis, 'gloriose omnia?' ⟨immo,⟩ si scias *Wesenberg. cf. Becher p.* 21 ‖ 16. gloriosae *M* ‖ sim] sum *M. cf. Burg p.* 28 ‖ tum ⟨non⟩ *I. F. Gronovius* '*observ.*' *p.* 340 *ed. Platner*, ⟨non⟩ derideas (*vs.* 17) *Wesenberg* ‖ 17. *alt.* quae] quod *Wesenberg* ‖ 19. nam me, cum] nam mecum ⟨Caesar, cum⟩ *deleto v.* vocare *Pluygers* (1 *p.* 284), nam me ⟨Caesar⟩, cum *Wesenberg, Caesaremque desideravit etiam Lambinus. at cf. ad* X, 15, 3 pompeius *M* ‖ 20. nisi si] nisi ς, nisi se *Wesenberg. cf. Burg p.* 42 ‖ 21. circumsedere *M* -ri ς ‖ properando *M* ‖ 23. quam multa] *cf. Schmalz Berl. phil. Wochenschr.* 1889 *p.* 210 ‖ 24. tamen quod *Wesenberg*, tum quam *M*, tamen quodnam *alii*, tamquam *Hermann l. c.* ‖ 25. adeo] ideo *Lambinus. cf. Landgraf ad Reisigii schol. synt. p.* 298 ‖ Intimilii *Mommsen* (*C. I. L.* V, 2 *p.* 900), intimidi *M*, intimelii ς

neque de magna causa: Bellienus, verna Demetrii, qui ibi cum praesidio erat, Domitium quendam, nobilem illi, Caesaris hospitem, a contraria factione nummis acceptis conprendit et strangulavit; civitas ad arma iit; eo †num cohortibus mihi per nives eundum est. 'usque quaque,' inquis, 'se Domitii male dant.' vellem quidem Venere prognatus tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum psacade natus in hoc habuit. Ciceroni f. s. d.

XVI. (161.)

CAELIVS CICERONI S.

1 Exanimatus tuis litteris, quibus te nihil nisi triste cogitare ostendisti neque, id quid esset, perscripsti neque non tamen, quale esset, quod cogitares, aperuisti, has ad te ilico litteras scripsi. per fortunas tuas, Cicero, per liberos oro obsecro, ne quid gravius de salute et incolumitate tua consulas; nam deos hominesque amicitiamque nostram testificor me tibi praedixe neque temere monuisse, sed, postquam Caesarem convenerim sententiamque eius, qualis futura esset parta victoria, cognorim, te certiorem fecisse. si existimas eandem rationem fore Caesaris in dimittendis adversariis et condicionibus ferendis, erras: nihil nisi atrox et saevum cogitat atque etiam loquitur: iratus senatui exiit, his intercessionibus plane incitatus est; non mehercules erit deprecationi locus.
2 quare, si tibi tu, si filius unicus, si domus, si spes tuae reliquae

1. Bellieni verna Demetrius *Hermann l. c., non recte. videndum tamen num* Billienus, *ut* XVI, 22, 2, *scribendum sit: cf. Iordan*[3] *ad Sall. Iug.* 104, 1 (*adde C. I. L.* XIV 3328: C. Billienus C. l. Beatus Lunula, 3377: Billiena mulieris l. Tertia, *Βιλλιηνὸς C. I. G.* II 2285[b] *sive Löwy 'Bildhauerinschr.' p.* 200) ‖ qui] que *M* ‖ 2. illi *M*, illic ς. *cf. Burg p.* 15 ‖ 3. stragulauit *M* ‖ 4. num] *latet cohortium numerus: fort.* VIII. nunc *vel* nunc * *vel* nunc cum *vel* nunc cum * (*Wesenberg*) *vel* cum quattuor *alii* ‖ 5. mali *M* ‖ quidem|||, 2 *litt. eras., M.* equidem *Wesenberg* ‖ 6. Venere prognatus *Victorius*, uenerem propugnatus *M* ‖ habuisse *M* ‖ vestro] nostro ς *et Boot* (*'obs. crit.' p.* 19) ‖ 7. psacade natus] ipsa (*corr. m.* 1, *ut vid., in* ipse) cadenatus *M.* Psecade (psec. *Wesenberg*) natus *Pantagathus. cf. Steph. Thes. l. Gr. s. v. ψακάζω et ψακάς* ‖ 9. *alterum harum litterarum exemplum extat in ep. ad Att.* X, 9 (*A = cod. Med.* 49, 18 *a me collatus*) ‖ 10. exanimatus *A*, e. sum *M* ‖ nihil nisi *M*, [non] nichil, non *a m.* 2, *A* ‖ 11. perscripsti neque *scripsi* (*ita dubitanter Becher quoque p.* 17, 2), perscripsisti neque *A*, perscripsi *M* ‖ qualis *M* ‖ 12. cogitares *A*, cognita res *M* ‖ illico *A* ‖ 13. oro obsecro *M*, te oro et obsecro *A*, *quod praefert Burg* (*p.* 74) ‖ 15. nostra *M* ‖ praedixe *scripsi*, praedixi *M*, praedixisse *A* ‖ 16. caesare *M* ‖ conuenerim *ex* conuenirem *A*[2] ‖ 17. futura esset parta uictoria *A*, fuerat esset partha uicta uictoria *M* ‖ cognorim *A*, cognouerim *M* ‖ 18. existimas *ex* -mans *A*[2] ‖ forte *A* ‖ caesar *M* ‖ 20. exiit] exilit *M*, exit *A* ‖ his *M*, hes [i], i *a m.* 2, *A* ‖ 21. mehercules *om. M* ‖ depraecatio *M*

tibi carae sunt, si aliquid apud te nos, si vir optimus, gener tuus,
valemus, quorum fortunam non debes velle conturbare, ut eam
causam, in quoius victoria salus nostra est, odisse aut relinquere
cogamur aut inpiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus —;
denique illud cogita: quod offensae fuerit in ista cunctatione, te
subisse; nunc te contra victorem Caesarem facere, quem dubiis
rebus laedere noluisti, et ad eos fugatos accedere, quos resistentis
sequi nolueris, summae stultitiae est. vide, ne, dum pudet te
parum optimatem esse, parum diligenter, quid optimum sit, eligas.
quod si totum tibi persuadere non possum, saltem, dum, quid de 3
Hispaniis agamus, scitur, exspecta; quas tibi nuntio adventu Caesaris fore nostras. quam isti spem habeant amissis Hispaniis,
nescio; quod porro tuum consilium sit ad desperatos accedere, non
medius fidius reperio. hoc, quod tu non dicendo mihi significasti, 4
Caesar audierat ac, simulatque 'have' mihi dixit, statim, quid de
te audisset, exposuit: negavi me scire, sed tamen ab eo petii, ut
ad te litteras mitteret, quibus maxime ad remanendum commoveri
posses. me secum in Hispaniam ducit; nam, nisi ita faceret, ego
prius, quam ad urbem accederem, ubicumque esses, ad te percurrissem et hoc a te praesens contendissem atque omni vi te retinuissem. etiam atque etiam, Cicero, cogita, ne te tuosque omnis 5
funditus evertas, ne te sciens prudensque eo demittas, unde exitum vides nullum esse. quod si te aut voces optimatium commovent aut nonnullorum hominum insolentiam et iactationem ferre non potes, eligas censeo aliquod oppidum vacuum a bello, dum haec decernuntur, quae iam erunt confecta. id si feceris, et ego te sapienter fecisse iudicabo et Caesarem non offendes.

---

2. ualemus *A*, ualet *M*. *cf. Becher p.* 23 ‖ quorum *AM*, eorum *alii* (*non A*) ‖ 3. cuius *A* ‖ odisse *ex* odiose A^2 ‖ 5. fuerint *A* ‖ 6. Caesarem *om. M* quem *A*, quam *M* ‖ 7. quos A^2, quod A^1M ‖ 9. optimatem *A*, ad optatim *M* elegas *M* ‖ 10. salte *M* ‖ 11. hispanis *AM* ‖ aduentum *A* ‖ 11. 12. caesaris *A*, caes. (*sic*) *M* ‖ 12. hispaniis A^2, -nii *M*, -nis A^1 ‖ 13. quid *A* ‖ 14. mihi MA^2, nisi A^1 ‖ 15. ac *A*, hac *M* ‖ habe *A* ‖ 16. negauit *M* ‖ sed *om. A* ‖ petiui *A* ‖ 19. esse *M* ‖ a te A^1 ‖ 19. 20. percurrissem *M*, peruicurrissem A^1, percucurrissem A^2, *fort. rere* ‖ 20. 21. ui te retinuissem A^2, uitae retinuissem *M*, utteret. Inuissem A^1 ‖ 21. te *ex* ne A^2 ‖ 22. ne A^1M, nec A^2 ‖ sciens prudensque] *cf. Otto 'Sprichwörter d. Römer' p.* 312 ‖ demittas unde] demittasum de *M*, dimittas unde de (*exp. m.* 1) *A* ‖ 24. iactatione *M* ‖ 25. potest elegas *M* ‖ 26. quae iam erunt confecta id si feceris *A*, quae tam erunt confeceris *M*

XVII. (166.)

CAELIVS CICERONI S.

1 Ergo me potius in Hispania fuisse tum quam Formiis, quom tu profectus es ad Pompeium! quod utinam † aut Appius Claudius in ista parte C. Curio, quoius amicitia me paulatim in hanc perditam causam imposuit; nam mihi sentio bonam mentem iracundia et amore ablatam. tu, tu porro, cum ad te proficiscens † Arimini noctu venissem, dum mihi pacis mandata das ad Caesarem et mirificum civem agis, amici officium neglexisti neque mi consuluisti. neque haec dico, quod diffidam huic causae, sed, crede mihi, perire

2 satius est quam hos videre. quod si timor vestrae crudelitatis non esset, eiecti iampridem hinc essemus; nam hic nunc praeter faeneratores paucos nec homo nec ordo quisquam est nisi Pompeianus. equidem iam effeci, ut maxime plebs et, qui antea noster fuit, populus vester esset. 'cur hoc?' inquis. immo reliqua exspectate: vos invitos vincere coegero. † arruntanum me Catonem: vos dormitis, nec haec adhuc mihi videmini intellegere, qua nos pateamus et qua simus inbecilli. atque hoc nullius praemii spe faciam, sed, quod apud me plurimum solet valere, doloris atque indignitatis causa. quid istic facitis? proelium exspectatis, quod firmissimum † haec? vestras copias non novi: nostri valde depugnare et facile algere et esurire consuerunt.

3. fuisset umquam formis *M.* formis *ap. Caelium fort. servari poterat* || quom] quam *M* || 4. 5. aut A. Cl. in ista parte ⟨non fuisset aut in hac⟩ C. C. *vel* ⟨ne⟩ aut A. Cl. in i. p. ⟨fuisset aut in hac⟩ C. C. *vel* aut A. Cl. in ⟨hac fuisset aut in⟩ ista parte C. C. *Wesenberg,* aut A. Cl. ⟨in hac parte fuisset aut⟩ in i. p. C. C. *Klotz* || 5. 6. perditam] portam *M* || 6. imposuit] *cf. H. Rönsch 'Itala u. Vulgata' p.* 367 [2] *sq.* || 6. 7. iracundiae tam | ore *M* || 7. tu tu] tu *Manutius, fort. recte.* tute *Orelli* || arimini *M*, Arimino *Benedict*, -num ς. *cf. W. Sternkopf progr. Dortmund.* 1891 *p.* 18 || 8. uenissent *M* || 9. mi *Manutius,* me *M* || 11. vestrae] urae *M* || 12. eiecti *ex* -ta *M*[1], *ut vid.* || hic] hinc *M* 13. nisi] nisi est *M* || 14. effici *M* || plebs] pies *M. cf. Mommsen 'r. Staatsr.'* III, 1 *p.* 460, *intp. ad Tac. hist.* I, 35, 1. equites *C. F. Hermann* (*pr. Gott.* 1853 *p.* 17) || 15. reliqua] reliquas *M.* reliquias *alii* || 15. 16. exspectate *Orelli,* exspectant *M.* exspecta *alii* || 16. arruntanum] ⟨geram⟩ (*Orelli*) alterum *I. F. Gronovius,* alunt annum *Benedict,* mirabimini in *Oudendorp,* an miramini *C. F. Hermann. equidem* polliceor urbanum *vel simile quid commendaverim* || 17. nec haec] nec hoc *Wesenberg,* nec ς, neque *Baiter. cf. Becher p.* 24 || 17. 18. qua . . . qua] quam . . . quam ς || 18. pateamus] valeamus ς, polleamus *Pluygers* (2 *p.* 118) || 21. haec] hac *Becher* (*p.* 20), *fort. recte, nisi males* huic (*i. e. Caesari*). habet *Orelli.* quo firmissimus est *I. F. Gronovius* || depugnare] *cf. Burg p.* 46 || 22. consuerunt. M. TVLLI CICERONIS EPISTVLARVM AD M. CAELIVM EXPL. INCIP. AD M. VARRONEM FELICITER *M*

IX.

I. (187.)

CICERO M. VARRONI S.

Ex eis litteris, quas Atticus a te missas mihi legit, quid 1
ageres et ubi esses, cognovi; quando autem te visuri essemus, nihil sane ex isdem litteris potui suspicari. in spem tamen venio adpropinquare tuum adventum: qui mihi utinam solacio sit! etsi tot tantisque rebus urgemur, ut nullam adlevationem quisquam non stultissimus sperare debeat; sed tamen aut tu potes me aut
ego te fortasse aliqua re iuvare: scito enim me, postea quam in 2
urbem venerim, redisse cum veteribus amicis, id est cum libris nostris, in gratiam; etsi non idcirco eorum usum dimiseram, quod eis suscenserem, sed quod eorum me subpudebat; † videbam enim mihi cum me in res turbulentissimas infidelissimis sociis demissum praeceptis illorum non satis paruisse. ignoscunt mihi, revocant in

---

1. *Libro nono in MH — D caret — hic praemissus est index:* INCIPIT AD MARCVM VARRONEM (*sic H, in M haec supra extant*). LIBER .I. 1. CICERO M. VARRONI SAL. | EX IIS (his *H*) LITTERIS QVAS ATTICVS (*hoc r. om. H*) ‖ 2. CICERO VARRONI | CANINIVS (caninus *H*) IDEM EIDEM (frater *H*) NOSTER ‖ 3. CICERO VARRONI | ETSI QVID SCRIBEREM NON HABEBAM (*haec duo v. om. H*) ‖ 4. CICERO VARRONI | *ΠΕΡΙ ΔΥΝΑΤΩΝ* ME SCITO (*hoc r. om. H*) ‖ 5. CICERO VARRONI | MIHI VERO AD NONAS (annonas *H*) ‖ 6. CICERO VARRONI | CANINIVS (*om. H*) NOSTER (inter *H*) ME TVIS VERBIS ‖ 7. CICERO VARRONI | CENABAM (cenaba' *H*) APVT SEIVM (seuium *H*) ‖ 8. CICERO VARRONI | ETSI MVNVS FLAGITARE 9. *om.* ‖ 10. CICERO *P.* (*hoc r. om. H*) DOLABELLAE | NON SVM AVSVS SALVIO (saluto *H*) NOSTRO ‖ 11. CICERO DOLABELLAE | VEL MEO IPSIVS INTERITV (intentu *H*) MALLEM (*hoc r. om. H*) ‖ 12. (*hoc lemma totum om. H*) CICERO DOLABELLAE | GRATVLOR BAIS NOSTRIS 13. CICERO DOLABELLAE | C. SVBERNIVS (c. s. uberius *H*) CALENVS 15. CICERO PAETO SAL. | DVABVS TVIS EPISTVLIS ‖ 16. (*hoc lemma ante 15. in H collocatum est*) CICERO PAETO | DELECTARVNT ME (*hoc r. om. H*[1]) TVAE LITTERAE (epistolae *H*) ‖ 17. CICERO PAETO | NON TV HOMO RIDICVLVS ES ‖ 18. CICERO PAETO | CVM ESSEM IN TVSCVLANO 19. CICERO PAETO | TAMEN A MALITIA NON DISCEDIS ‖ 20. CICERO PAETO | DVPLICITER DELECTATVS SVM ‖ 21. *om.* ‖ 22. CICERO PAETO AMO VERECVNDIAM ‖ 23. CICERO PAETO | HERI VENI IN CVMANVM 24. CICERO PAETO | RVFVM ISTVM AMICVM TVVM ‖ 25. M. (*om. H*) CICERO IMP. PAETO SAL. | SVMMVM ME DVCEM. ‖ 25. § 2. CICERO PAETO | CVM M. FABIO ‖ 26. M. CICERO PAETO SAL. | ACCVBVERAM 14. M. CICERO DOLABELLAE SAL. D. | ETSI CONTENTVS ERAM ‖ 3. eis] iis *M*, his *HD* ‖ a te *H*, ad te *M*, ad se *D* ‖ 5. hisdem *HD* ‖ 7. ut *om. M* 11. quod, d *corr. a M*[r], *M* ‖ 12. eis] iis *M*, his *HD* ‖ subpigebat *H* ‖ uidebam *M*, -bant *HD* ‖ 13. mihi cum *om. H* ‖ infidelissimas *M*. uidebar enim mihi, cum me . . . demisissem ς. videbam enim invitum me . . . demissum *Usener. malim:* videbam nimirum me . . . demissum. *cf. ann. phil.* 1886 *p.* 70

consuetudinem pristinam teque, quod in eo permanseris, sapientiorem quam me dicunt fuisse. quamobrem, quoniam placatis eis utor, videor sperare debere, si te viderim, et ea, quae premant, et ea, quae inpendeant, me facile † turum. quamobrem, sive in Tusculano sive in Cumano ad te placebit sive, quod minime velim, Romae, dummodo simul simus, perficiam profecto, ut id utrique nostrum commodissimum esse diiudicetur.

II. (204.)

CICERO VARRONI.

1 Caninius † idem eidem noster, cum ad me pervesperi venisset et se postridie mane ad te iturum esse dixisset, dixi ei me daturum litterarum aliquid; mane ut peteret, rogavi: conscripsi epistulam noctu; nec ille ad me rediit: oblitum credidi. ac tamen eam ipsam tibi epistulam misissem per meos, nisi audissem ex eodem postridie te mane e Tusculano exiturum. at tibi repente paucis post diebus, cum minime exspectarem, venit ad me Caninius mane; proficisci ad te statim dixit. etsi erat ἕωλος illa epistula, praesertim tantis postea novis rebus adlatis, tamen perire lucubrationem meam nolui et eam ipsam Caninio dedi; sed cum eo ut cum homine docto et amantissimo tui locutus ea sum, quae per-
2 tulisse illum ad te existimo. tibi autem idem consilii do, quod mihimet ipsi, ut vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possimus; qui enim victoria se efferunt, quasi victos nos intuentur, qui autem victos nostros moleste ferunt, nos dolent vivere. quaeres

1. eo] ea *alii. cf. Reisig-Schmalz schol. synt. Lat. p.* 5 ‖ 2. eis] iis *M*, his *HD* ‖ 3. *et* 4. ea quae *HD*, aequae *M* ‖ 4. turum, transi *sup. scr. a m. vet. sed non* 1, *ut vid.*, *M* (transiturum *P*), sciturum *H*, laturum *D* ‖ 5. ad (d *ex* t *m.* 1) te pl. *M*, stare tibi pl. *H*, adire pl. *D*. esse ad aliquem *recte dicitur erratque Boot ad Cic. ad Att.* X, 4, 8. *ceterum tria illa* sive *eadem prorsus ratione posita sunt atque ap. Ovid. Trist.* I, 9, 43, *quo de loco dixit C. F. W. Müller 'über d. Gebrauch von* sive' (*Berol.* 1871) *p.* 25 ‖ 7. diiudicetur *H*, diuidetur *M*, diuidiatur *D*. uideatur ς, iudicetur *Benedict* ‖ 10. idem eidem n. *M index,* idem et [i]dem (i *a* M^c, idem *P*) n. *M*, idem et frater (*om.* noster) *D*, idem frater n. *H index,* frater n. *H*. tuus et idem n. *vel* tuus idem et idem n. *vel* idem tuus et idem n. *corrigunt. malim* tuus, eidem noster (*scilicet in archetypo videtur fuisse:* tuus eidem (idem *sup. scr.*) noster (: n͡r, *quae nota in parte codicum abiit in* f͡r: frater) *adscriptumque* idem *expulisse postea non* eidem *sed* tuus) ‖ 11. postera die *HD* ‖ iterum isse *M* ‖ 12. litterarum *om.* *M* ‖ consscripsi *M* ‖ 13. ac tamen *H*, attamen *MD* ‖ 15. a' (*erasa* 1 *litt.*, *fort.* t) tibi *M* (at ibi *P*), ac tibi *H*, ac ibi *D* ‖ 16. exispectarem *M* ‖ 19. 20. ut cum *Graevius*, et cum Ψ ‖ 20. am. tui] am. tu, *sed* tu *eras.*, *M* (*om.* tu *P*), am. tum *HD*, tui am. ς ‖ 21. autem *HD*, ante me *M* ‖ 22. linguis *M* ‖ 23. possumus ς ‖ efferunt *ex* etferunt M^1 ‖ 24. nostros *MD*, nos *H*

fortasse, cur, cum haec in urbe sint, non apsim, quemadmodum tu. tu enim ipse, qui et me et alios prudentia vincis, omnia, credo, vidisti, nihil te omnino fefellit: quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? ac mihi quidem iam 3
pridem venit in mentem bellum esse aliquo exire, ut ea, quae agebantur hic quaeque dicebantur, nec viderem nec audirem; sed calumniabar ipse: putabam, qui obviam mihi venisset, ut cuique commodum esset, suspicaturum aut dicturum, etiamsi non suspicaretur: 'hic aut metuit et ea re fugit aut aliquid cogitat et habet navem paratam.' denique, levissime qui suspicaretur et qui fortasse me optime novisset, putaret me idcirco discedere, quod quosdam homines oculi mei ferre non possent. haec ego suspicans adhuc Romae maneo, et tamen λεληθότως consuetudo diurna callum iam obduxit stomacho meo. habes rationem mei consilii; tibi 4
igitur hoc censeo: latendum tantisper ibidem, dum effervescit haec gratulatio, et simul, dum audiamus, quemadmodum negotium confectum sit; confectum enim esse existimo, magni autem intererit, qui fuerit victoris animus, qui exitus rerum, quamquam, quo me coniectura ducat, habeo, sed expecto tamen. te vero nolo, nisi 5
ipse rumor iam raucus erit factus, ad Baias venire; erit enim nobis honestius, etiam cum hinc discesserimus, videri venisse in illa loca ploratum potius ⟨quam⟩ natatum. sed haec tu melius; modo nobis stet illud: una vivere in studiis nostris, a quibus antea delectationem modo petebamus, nunc vero etiam salutem; non deesse, si quis adhibere volet, non modo ut architectos, verum etiam ut fabros, ad aedificandam rem publicam, et potius libenter accurrere: si nemo utetur opera, tamen et scribere et legere πολιτείας et, si minus in curia atque in foro, at in litteris et libris, ut doctissimi veteres fecerunt, †gravare rem p. et de moribus ac legibus quaerere. mihi haec videntur: tu, quid sis acturus et quid tibi placeat, pergratum erit, si ad me scripseris.

1. cur cum *HD*, circum *M* ‖ sint *HD*, sunt *M* ‖ 3. est *MD*, est enim *H* ‖ Lynceus] *cf. Friedländer 'Darst. aus d. Sitteng. Roms'* I[6] *p.* 575. lynceus *alii* ‖ 6. 7. calumniabar *ex* cul. *M*[c] ‖ 9. et ea refugit *HD* ‖ 11. nouisset *M in ras. ex* mouisset ‖ 12. possent ς, possunt *Ψ* ‖ 13. diuturna *alii* ‖ 13. 14. callum iam] calumniam *Ψ* ‖ 14. consilii mei *HD* ‖ 15. effervescit] defervescit (*vel* -at) *alii* ‖ 17. interit *M* ‖ 21. hinc *HD*, hic *M* ‖ 22. quam *om. Ψ, sup. vs. add. H* ‖ haec] hoc *Wesenberg* ‖ 22. 23. melius nobis istec una illud modo uiuere *H*, melius nobis istec modo illud una uiuere *D* ‖ 25. adhibere *ex* ath. *M*[c] ‖ 26. potius *HD*, patius *M*, protinus *O. Hirschfeld* ‖ πολιτείας] politias *Ψ* ‖ 29. gravare] navare ς, gubernare *Victorius*, tractare *H. Busch* (*Philol.* XXV *p.* 352), gnavare *latere videtur, cf. ann. phil.* 1891 *p.* 338 ‖ 31. erit *M*, est *HD*

III. (203.)

CICERO VARRONI.

1 Etsi, quid scriberem, non habebam, tamen Caninio ad te eunti
non potui nihil dare. quid ergo potissimum scribam? quod velle
te puto, cito me ad te esse venturum; etsi vide, quaeso, satisne
rectum sit nos hoc tanto incendio civitatis in istis locis esse: da-
bimus sermonem eis, qui nesciunt nobis, quocumque in loco simus,
eundem cultum, eundem victum esse. 'quid refert? tamen in ser-
monem incidemus.' valde id, credo, laborandum est, ne, cum omnes
in omni genere et scelerum et flagitiorum volutentur, nostra no-
2 biscum aut inter nos cessatio vituperetur. ego vero neglecta bar-
barorum inscitia persequar; quamvis enim sint haec misera, quae
sunt miserrima, tamen artes nostrae nescio quo modo nunc ube-
riores fructus ferre videntur, quam olim ferebant, sive quia nulla
nunc in re alia adquiescimus, sive quod gravitas morbi facit, ut
medicinae egeamus eaque nunc appareat, cuius vim non sentieba-
mus, cum valebamus. sed quid ego nunc haec ad te, cuius domi
nascuntur, *γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας*? nihil scilicet, nisi ut rescriberes
aliquid, me expectares: sic igitur facies.

IV. (208.)

CICERO VARRONI.

Περὶ δυνατῶν me scito *κατὰ Διόδωρον κρίνειν.* quapropter, si venturus es, scito necesse esse te venire; sin autem non es, *ἀδύνατον* est te venire. nunc vide, utra te *κρίσις* magis delectet, Chrysippi an haec, quam noster Diodotus non concoquebat. sed de his etiam rebus, otiosi cum erimus, loquemur; hoc etiam *κατὰ Χρύσιππον δυνατὸν* est. de †Coctio mihi gratum est; nam id etiam Attico mandaram. tu si minus ad nos, accurremus ad te: si hortum in bybliotheca habes, deerit nihil.

---

3. quid] quod ς. ⟨novi⟩ quod *Wesenberg* ‖ caninio *HD*, animo *M* ‖ 5. cito *ex* cita M^1 *vel* M^c ‖ 6. nos] non *Ψ* ‖ 7. eis] iis *M*, his *HD* ‖ quocumque *ex* quicumque M^1 *vel* M^c ‖ 12. persequar *HD*, persequare *M*, persequar te ς. *cf. Wesenberg 'em. alt.' p.* 26 ‖ 13. nostras *M* ‖ 15. in re alia *HD*, increalia *M* ‖ 16. medicina *alii. ceterum verbis* quod gravitas — egeamus *poetae alicuius versum contineri sibi persuasit Paulus Meyer* (*progr. Bayreuth.* 1887 *p.* 13) ‖ eaquae *M* ‖ 17. haec *om. D* ‖ cuius] cui? *cf. Otto 'Sprichw. d. R.' p.* 120 ‖ 18 *γλαυκε in archetypo fuisse videtur* ‖ res | scriberes *M*, rescribere *HD* ‖ 22. *κρεινειν in archetypo fuisse videtur* ‖ 23. esse te uenire *H*, esset euenire *M*, est euenire *D* ‖ es *D*, est *MH* ‖ 24. *αδυνατων Ψ*, *corr. Cratander et Wesenberg. τῶν ἀδυνάτων alii* ‖ te uenire *MD*, euenire *H*, *del. Kleyn* ‖ 25. Chrysippi an haec *Manutius*, chrysippias haec *Ψ*. *Χρυσιππείαne* an haec *alii* ‖ coquebat *HD* ‖ 26. loquemus *M* ‖ 27. *αδυνατον MD* ‖ Coctio] Cocceio *Corradus, fort. recte* ‖ 28. nos] nos, ⟨nos⟩ *Victorius*

V. (207.)

CICERO VARRONI.

Mihi vero ad Nonas bene maturum videtur fore, neque solum 1
propter rei p., sed etiam propter anni tempus: quare istum diem
probo, itaque eundem ipse sequar. consilii nostri, ne si eos qui- 2
dem, qui id secuti non sunt, non paeniteret, nobis paenitendum
putarem; secuti enim sumus non spem, sed officium, reliquimus
autem non officium, sed desperationem: ita verecundiores fuimus,
quam qui se domo non commoverunt, saniores, quam qui amissis
opibus domum non reverterunt. sed nihil minus fero quam severitatem otiosorum et, quoquo modo se res habet, magis illos vereor,
qui in bello occiderunt, quam hos curo, quibus non satis facimus,
quia vivimus. mihi si spatium fuerit in Tusculanum ante Nonas 3
veniendi, istic te videbo; si minus, persequar in Cumanum et ante
te certiorem faciam, ut lavatio parata sit.

VI. (209.)

CICERO VARRONI.

Caninius noster me tuis verbis admonuit, ut scriberem ad te, 1
si quid esset, quod putarem te scire oportere. est igitur adventus
Caesaris scilicet in expectatione, neque tu id ignoras. sed tamen,
cum ille scripsisset, ut opinor, se in Alsiense venturum, scripserunt
ad eum sui, ne id faceret; multos ei molestos fore ipsumque multis;
Ostiae videri commodius eum exire posse: id ego non intellegebam
quid interesset; sed tamen Hirtius mihi dixit et se ad eum et
Balbum et Oppium scripsisse, ut ita faceret, homines, ut cognovi,
amantis tui. hoc ego idcirco nosse te volui, ut scires, hospitium 2
tibi ubi parares, vel potius ⟨ut⟩ utrubique — quid enim ille facturus sit, incertum est —, et simul ostentavi tibi me istis esse familiarem et consiliis eorum interesse. quod ego cur nolim, nihil video; non enim est idem ferre, si quid ferendum est, et probare, si quid non probandum est; etsi, quid non probem, equidem iam nescio, praeter initia rerum; nam haec in voluntate fuerunt. vidi

5. sequar] sequatur *Ψ* ‖ ne si] nisi *Ψ* ‖ 7. secuti enim] locuti enim *Ψ* 8. fuimus *ex* fumus *M*[c] ‖ 10. 11. quam seueritatem otiosorum] quam si ueritatem otio solum (soluo *HD*) *Ψ* ‖ 11. habet] haberet *Ψ* ‖ illo *M* ‖ 12. occider ut quam *M* ‖ 20. Caesaris scilicet *multis suspecta* ‖ 21. in Alsiense] *cf. C. I. L.* XI, 1 *p.* 547 ‖ 22. facerem *M* (-ret *M*[r]) ‖ molestos ei *H* ‖ 23. ostiae *HD*, optiae *M* ‖ 27. ut *om.* *Ψ* ‖ utrubique] utar ubique *M*, utrobique *HD* ‖ 28. sit *M*, est *HD* ‖ ostentavi] ostentare volui *Bake* (*Mnemos.* II. 1853. *p.* 421) ‖ 31. equidem] quidem *Ψ* ‖ 32. nescio *D*, scio *MH*

enim — nam tu aberas — nostros amicos cupere bellum, hunc
autem non tam cupere quam non timere — ergo haec consilii
fuerunt, reliqua necessaria —, vincere autem aut hos aut illos
3 necesse esse. scio te semper mecum in luctu fuisse, cum videre-
mus quom illud ingens malum, alterius utrius exercitus et ducum
interitum, tum vero extremum malorum omnium esse civilis belli
victoriam: quam quidem ego etiam illorum timebam, ad quos
veneramus — crudeliter enim otiosis minabantur, eratque eis et
tua invisa voluntas et mea oratio —; nunc vero, si essent nostri
potiti, valde intemperantes fuissent, erant enim nobis perirati, quasi
quicquam de nostra salute decrevissemus, quod non idem illis cen-
suissemus, aut quasi utilius rei p. fuerit eos etiam ad bestiarum
auxilium confugere quam vel emori vel cum spe, si non optima,
4 at aliqua tamen vivere. 'at in perturbata re p. vivimus.' quis
negat? sed hoc viderint ei, qui nulla sibi subsidia ad omnis vitae
status paraverunt; huc enim ut venirem, superior longius, quam
volui, fluxit oratio: cum enim te semper magnum hominem duxi,
tum, quod his tempestatibus es prope solus in portu fructusque
doctrinae percipis eos, qui maximi sunt, ut ea consideres eaque
tractes, quorum et usus et delectatio est omnibus istorum et actis
et voluptatibus anteponenda. equidem hos tuos Tusculanenses dies
instar esse vitae puto, libenterque omnibus omnes opes concesserim,
5 ut mihi liceat vi nulla interpellante isto modo vivere: quod nos
quoque imitamur, ut possumus, et in nostris studiis libentissime
conquiescimus; quis enim hoc non dederit nobis, ut, cum opera
nostra patria sive non possit uti sive nolit, ad eam vitam rever-
tamur, quam multi docti homines, fortasse non recte, sed tamen
multi etiam rei p. praeponendam putaverunt? quae igitur studia
magnorum hominum sententia vacationem habent quandam publici
6 muneris, eis concedente re p. cur non abutamur? sed plus facio,
quam Caninius mandavit; †iure enim, si quid ego scirem, rogarat,

4. 5. uiderimus *M* || 5. quom] cum *Lambinus*, quam *Ψ* || 6. interitum ς *et Klotz*, interitu *Ψ* || 8. otiosis] otiosis si *M*, otiosissimi *HD*. otiosissimis *Krauss* (*'em. Cic. ep.' p.* 27). *cf. Klotz*[2] *praef. p.* LV || eis] iis *M*, his *HD* || 13. vel emori] uelle mori *Ψ* || spe] spes *Ψ* || 14. at aliqua *M*, aut aliqua *HD* || 15. ei] ii *M*, hi *HD* || 17. te semper *M*, semper te *HD* || 17. 18. duxi, tum quod] duxerim quod *Ψ*. duxerim, tum ⟨nunc maximum⟩, quod *Wesenberg* || 21. ante ponendae. quidem *M*, ante ponendo. equidem *H*, anteponendus. equidem *D* || 29. quandam *Gebhardus*, eandem *Ψ*. *cf. Lachmann ad Lucr.* IV 116 || 30. eis] iis *M*, his *HD* || 31. caninius *HD*, animus *M* || iure] is *P*[2], ille *Klotz*, pure *Madvig* (*'adv. crit.'* III *p.* 162), scriberem *Krauss* (*l. c.*), *haud male, etsi ipsum verbum dubium est* [mitterem *Fr. Schoell*]. is enim, si quid ego scirem, quod tu nescires, ⟨ut scriberem⟩ rogarat *Boot* (*'obs. crit.' p.* 19). *cf. ann. phil.* 1891 *p.* 338 || scirem *HD*, scire *M*

quod tu nescires, ego tibi ea narro, quae tu melius scis quam ipse, qui narro. faciam ergo illud, quod rogatus sum, ut eorum, quae temporis huius sint, †quae tua audiero, ne quid ignores.

VII. (206.)

CICERO VARRONI.

Cenabam apud Seium, cum utrique nostrum redditae sunt a 1
te litterae. mihi vero iam maturum videtur; nam, quod ante [a te] calumniatus sum, indicabo malitiam meam: volebam prope alicubi esse, si quid bonae salutis, σύν τε δύ' ἐρχομένω: nunc, quoniam confecta sunt omnia, dubitandum non est, quin equis viris: nam, ut audivi de L. Caesare filio, mecum ipse:

quid hic mihi faciet patri?

itaque non desino aput istos, qui nunc dominantur, cenitare. quid faciam? tempori serviendum est. sed ridicula missa, praesertim 2
cum sit nihil, quod rideamus:

Africa terribili tremit horrida terra tumultu;

itaque nullum est ἀποπροηγμένον, quod non verear. sed, quod quaeris, quando, qua, quo, nihil adhuc †sosmus: istuc ipsum de Bais, nonnulli dubitant an per Sardiniam veniat; illud enim adhuc praedium suum non inspexit, nec ullum habet deterius, sed tamen non contemnit. ego omnino magis arbitror per Siciliam Veliam, * * sciemus; adventat enim Dolabella: eum puto magistrum fore.

πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσονες διδασκάλων.

sed tamen, si sciam, quid tu constitueris, meum consilium accommodabo potissimum ad tuum; quare expecto tuas litteras.

2. quod *ex* quid *M*^c^ ‖ 3. sint] sunt *Wesenberg* ‖ quae tua audiero] quaecumque aud. *Madvig l. c.*, quacunque via aud. *Krauss l. c.*, quantum audiero *O. Hirschfeld* (*Herm.* XXIV *p.* 101), quae vera aud. *Klotz. lacuna sumpta* quae tua ⟨audire interest, simul ipse⟩ aud. *Lehmann* (*p.* 10), quae⟨que⟩ tua ⟨interesse⟩ videro *Schütz*, quae ⟨scire interesse⟩ tua videro *Kayser*, quae ⟨te scire interesse⟩ tua videro *Wesenberg* ‖ 6. seium *MD*, seuium *H* ‖ 7. ante [a te] *scripsi, dittographiam cum Graevio ratus.* antea te *M*, ante ate *HD*. antea [te] *alii* ‖ 9. esse *HD*, esset *M*, esses *Lambinus*, esse te *alii*, esse ut *C. F. Hermann Philol.* X *p.* 239 ‖ ερχωλλενω *M. in HD Graeca ubique etiam magis quam in M detorta, ut afferre fere non sit e re. est Hom. K* 224 ‖ 10. equis (aequis *H*) viris] *cf. Wölfflin 'Arch. f. lat. Lexicogr.'* VII *p.* 314 ‖ 12. *Ter. Andr.* 112 ‖ quid *D*, qui *MH* ‖ 14. seruiedum *M* ‖ 15. sit nihil *M*, nihil sit *HD*, *fort. recte* ‖ 16. *Enn. ann.* 358 *Müll.* ‖ 18. sosmus] scimus ς. *fort. tamen Graecum r latet* ‖ 19. bais *Ψ*, baiis ς ‖ 21. ueliam *M*, uel iam *HD*. Veliam, ⟨sed iam⟩ *Wesenberg, bene.* Veliam: ⟨iam⟩ *Baiter* ‖ 23. *fr. trag. Gr. ed. Nauck*[2] *p.* 861. multi discipuli meliores magistris *sup. scr. m. s.* XV *in M* ‖ 24. quid] quod *Ψ* ‖ 25. t. litt. *M*, litt. t. *HD*

VIII. (300.)

CICERO VARRONI.

1 Etsi munus flagitare, quamvis quis ostenderit, ne populus quidem solet nisi concitatus, tamen ego expectatione promissi tui moveor, ut admoneam te, non ut flagitem; misi autem ad te quattuor admonitores non nimis verecundos; nosti enim profecto os illius adulescentioris Academiae. ex ea igitur media excitatos misi, qui metuo ne te forte flagitent; ego autem mandavi, ut rogarent. expectabam omnino iamdiu meque sustinebam, ne ad te prius ipse quid scriberem, quam aliquid accepissem, ut possem te remunerari quam simillimo munere; sed, cum tu tardius faceres, id est, ut ego interpretor, diligentius, teneri non potui, quin coniunctionem studiorum amorisque nostri quo possem litterarum genere declararem. feci igitur sermonem inter nos habitum in Cumano, cum esset una Pomponius: tibi dedi partis Antiochinas, quas a te probari intellexisse mihi videbar; mihi sumpsi Philonis. puto fore, ut, cum legeris, mirere nos id locutos esse inter nos,
2 quod numquam locuti sumus; sed nosti morem dialogorum. posthac autem, mi Varro, quam plurima, si videtur, et de nobis inter nos: sero fortasse; sed superiorum temporum Fortuna rei p. causam sustineat, haec ipsi praestare debemus. atque utinam quietis temporibus atque aliquo, si non bono, at saltem certo statu civitatis haec inter nos studia exercere possemus! quamquam tum quidem vel aliae quaepiam rationes honestas nobis et curas et actiones darent; nunc autem quid est, sine his cur vivere velimus? mihi vero cum his ipsis vix, his autem detractis ne vix quidem. sed haec coram et saepius. migrationem et emptionem feliciter evenire volo tuumque in ea re consilium probo. cura, ut valeas.

IX. (167.)

DOLABELLA S. D. CICERONI.

1 S. v. g. v. et Tullia nostra recte v. Terentia minus belle habuit, sed certum scio iam convaluisse eam; praeterea rectissime sunt

3. ostenderet Ψ ‖ 4. tui *HD*, sui *M* ‖ 5. nisi *M* (misi M^r) ‖ 7. illius *HD*, eius *M*, huius *Lambinus, del. alii* ‖ academiae *ex* -ce H^1, -cae *M*, -ce *D* ‖ 11. tu tard. *M*, tard. tu *HD* ‖ 15. essem *M* ‖ antiocenas *H*, -chenas *D* ‖ 16. philonis *H*, philionis *MD* ‖ 18. 19. posthac *Hand* (*Tursell.* IV *p.* 507), posthaec Ψ ‖ 19. ⟨et⟩ inter *alii* ‖ 22. at saltem (-im *H*) *HD*, ad altem *M* (ad saltem M^r) ‖ 24. vel] tum uel *M*, *om. HD* ‖ et curas *M*, curas *HD* ‖ 25. sine his cur *M*, cur sine his *HD* ‖ 30. *de Dolabellae genere dicendi accurate disseruit J. H. Schmalz Zeitschr. f. d. Gymnasialw.* XXXV *p.* 131 *sq.* ‖ 32. rectissime] -mae *M*, -ma *HD*

apud te omnia. etsi nullo tempore in suspicionem tibi debui venire partium causa potius quam tua tibi suadere, ut te aut cum Caesare nobiscumque coniungeres aut certe in otium referres, praecipue nunc iam inclinata victoria ne possum quidem in ullam aliam incidere opinionem nisi in eam, in qua scilicet tibi suadere videar, quod pie tacere non possim: tu autem, mi Cicero, sic haec accipies, ut, sive probabuntur tibi sive non probabuntur, ab optimo certe animo ac deditissimo tibi et cogitata et scripta esse iudices.
animadvertis Cn. Pompeium nec nominis sui nec rerum gestarum 2
gloria neque etiam regum ac nationum clientelis, quas ostentare crebro solebat, esse tutum, et hoc etiam, quod infimo cuique contigit, illi non posse contingere, ut honeste effugere possit, pulso Italia, amissis Hispaniis, capto exercitu veterano, circumvallato nunc denique, quod nescio an nulli umquam nostro acciderit imperatori. quamobrem, quid aut ille sperare possit aut tu, animum adverte pro tua prudentia: sic enim facillime, quod tibi utilissimum erit consilii, capies. illud autem te peto, ut, si iam ille evitaverit hoc periculum et se abdiderit in classem, tu tuis rebus consulas et aliquando tibi potius quam cuivis sis amicus: satis factum est iam a te vel officio vel familiaritati, satis factum etiam partibus
et ei rei p., quam tu probabas. relicum est, ubi nunc est res p., 3
ibi simus potius, quam, dum illam veterem sequamur, simus in nulla. quare velim, mi iucundissime Cicero, si forte Pompeius pulsus his quoque locis rusus alias regiones petere cogatur, ut tu te vel Athenas vel in quamvis quietam recipias civitatem; quod si eris facturus, velim mihi scribas, ut ego, si ullo modo potero, ad te advolem. quaecumque de tua dignitate ab imperatore erunt impetranda, qua est humanitate Caesar, facillimum erit ab eo tibi ipsi impetrare, et meas tamen preces apud eum non minimum auctoritatis habituras puto. erit tuae quoque fidei et humanitatis curare, ut is tabellarius, quem ad te misi, reverti possit ad me et a te mihi litteras referat.

4. nunc iam incl. uict. *M*, cum iam incl. sit uict. *HD* ‖ 5. opinionem incidere *HD* ‖ in qua] qua *Wesenberg*, *recte puto* ‖ scilicet tibi *H*, scilicet te tibi *M*, si te tibi *D* ‖ 6. possum *D* ‖ 9. animaduertes *H* ‖ 10. gloriam *M* ‖ 11. 12. contingit ς ‖ 13. italiam ammissis *M* ‖ hispanis *HD* ‖ 14. denique] undique *Lambinus* ‖ nulli *M*, ulli *HD* ‖ 15. tu *ex* tum *radendo M* ‖ 16. 17. utilissimerit *M* ‖ 17. te peto] a te peto ς. *cf. Schmalz p.* 133 ‖ 21. et ei *om. H* ‖ ubi *Ψ*, ⟨ut⟩ ubi ς. *cf. Schmalz l. c.* ‖ 22. sequimur *alii* ‖ 23. pompeus *M* ‖ 24. quo q. *M*[1], *ut vid.* ‖ rursus *HD* ‖ cogatur *ex* cogetur *M*[c] ‖ 30. quoque tuae *HD*

X. (249.)

M. CICERO S. D. P. DOLABELLAE.

1 Non sum ausus Salvio nostro nihil ad te litterarum dare; nec mercule habebam, quid scriberem, nisi te a me mirabiliter amari, de quo etiam nihil scribente me te non dubitare certo scio. omnino mihi magis litterae sunt exspectandae a te, quam a me tibi; nihil enim Romae geritur, quod te putem scire curare, nisi forte scire vis me inter Niciam nostrum et Vidium iudicem esse. profert alter, opinor duobus versiculis, expensum Niciae; alter, Aristarchus, hos ὀβελίζει; ego tamquam criticus antiquus iudicaturus sum, utrum
2 sint τοῦ ποιητοῦ an παρεμβεβλημένοι. puto ⟨te⟩ nunc dicere: 'oblitusne es igitur fungorum illorum, quos apud Niciam, et ingentium †cularum cum sophia septimae?' quid ergo? tu adeo mihi excussam severitatem veterem putas, ut ne in foro quidem reliquiae pristinae frontis appareant? sed tamen suavissimum συμβιωτὴν nostrum praestabo integellum, nec committam, ut, si ego eum condemnaro, tu restituas, ne habeat Bursa Plancus, apud quem
3 litteras discat. sed quid ago? cum mihi sit incertum, tranquillone sis animo an, ut in bello, in aliqua maiuscula cura negotiove versere, labor longius; cum igitur mihi erit exploratum te libenter esse risurum, scribam ad te pluribus. te tamen hoc scire volo, vementer populum sollicitum fuisse de P. Sullae morte, ante quam certum scierit: nunc quaerere desierunt, quo modo perierit; satis putant se scire, quod sciunt. ego ceteroqui animo aequo fero; unum vereor, ne hasta Caesaris refrixerit.

XI. (293.)

CICERO DOLABELLAE S.

1 Vel meo ipsius interitu mallem litteras meas desiderares quam eo casu, quo sum gravissime adflictus; quem ferrem certe modera-

4. mercule M^1, mehercule $M^c GR$ ‖ quid] quod *alii* ‖ 6. nihil — 11. τοῦ *adfert Sueton. de gr. et rhet.* 14 *p.* 111 *Reiff.* ‖ 8. uidium *M*, uidicum *H*, iudicum, *in mg.* nidium, *D* ‖ 9. aristarcus *HD* ‖ 11. ποιηιον *in archetypo Ψ videtur fuisse* ‖ te *om. Ψ, nec tamen eo h. l. careri posse videtur* ‖ 12. oblitos ne *M* 12. 13. ingentium cularum (ingenti uincularum *D*)] i. cochlearum *vel* gallinarum ς, i. squillarum *I. F. Gronovius, fort. recte* ‖ 13. cum sophia septimae *M*, cum sophia septume *HD. haec quoque corrupta, nec placet Gronovii* cum sepia Septimiae (*hoc iam Pantagathus*). *frustra tamen Apicium scrutatus sum* 14. quidem *om. M* ‖ 17. ut habeat *Wesenberg. recte tamen locum explicarat Wieland* ‖ 19. in aliqua *M*, ut in a. *H*, aut in a. *D* ‖ 20. uersere MH^2, uersee H^1, uersetur *D* ‖ 22. uehementer *HD* ‖ syllae *MH* ‖ 24. cetero qui M^1, cetera qui $M^c HD$ ‖ 29. eo *HD*, ego *M*

tius, si te haberem; nam et oratio tua prudens et amor erga me
singularis multum levaret; sed, quoniam brevi tempore, ut opinio
nostra est, te sum visurus, ita me adfectum offendes, ut multum
a te possim iuvari, non quo ita sim fractus, ut aut hominem me
esse oblitus sim aut fortunae succumbendum putem, sed tamen
hilaritas illa nostra et suavitas, quae te praeter ceteros delectabat,
erepta mihi omnis est; firmitatem tamen et constantiam, si modo
fuit aliquando in nobis, eandem cognosces, quam reliquisti. quod 2
scribis proelia te mea causa sustinere, non tam id laboro, ut, si
qui mihi obtrectent, a te refutentur, quam intellegi cupio, quod
certe intellegitur, me a te amari. quod ut facias, te etiam atque
etiam rogo ignoscasque brevitati litterarum mearum; nam et celeriter una futuros nos arbitror et nondum satis sum confirmatus ad scribendum.

XII. (315.)

CICERO DOLABELLAE.

Gratulor Baiis nostris, si quidem, ut scribis, salubres repente 1
factae sunt; nisi forte te amant et tibi adsentantur et tamdiu, dum
tu ades, sunt oblitae sui; quod quidem si ita est, minime miror
caelum etiam et terras vim suam, si tibi ita conveniat, dimittere.
oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod 2
non putaram: itaque eam tibi misi; quam velim sic legas, ut causam tenuem et inopem nec scriptione magno opere dignam; sed ego hospiti veteri et amico munusculum mittere volui levidense crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. tu velim animo sapienti fortique sis, ut tua moderatio et gravitas aliorum infamet iniuriam.

XIII. (281.)

CICERO DOLABELLAE S.

C. Subernius Calenus et meus est familiaris et Leptae, nostri 1
familiarissimi, pernecessarius: is cum vitandi belli causa profectus esset in Hispaniam cum M. Varrone ante bellum, ut in ea provincia esset, in qua nemo nostrum post Afranium superatum bellum ullum fore putaret, incidit in ea ipsa mala, quae summo studio

1. nam ⟨me⟩ et *alii* ‖ 4. possim *ex* possum *M*ᶜ ‖ 11. ut *om.* *H* ‖ 13. sum *om.* *M* ‖ 19. ades] abes *Ψ* ‖ 23. magnopere *HD* ‖ 24. uolui leui dense *H*, uolui leue dense *D*, leui densae *M* ‖ 25. crasso filo] *cf. Otto 'Sprichw. d. R.' p.* 224
30. c. subernius *M*, c. s. ubernius *H*, ubernius *D* ‖ 34. putaret *HD*, putare *M*, putarat ς, *bene*

vitaverat; oppressus est enim bello repentino, quod bellum commotum a Scapula ita postea confirmatum est a Pompeio, ut nulla
2 ratione ab illa miseria se eripere posset. eadem causa fere est M. Planii Heredis, qui est item Calenus, Leptae nostri familiarissimus. hosce igitur ambos tibi sic commendo, ut maiore cura, studio, sollicitudine animi commendare non possim. volo ipsorum causa, meque in eo vehementer et amicitia movet et humanitas; Lepta vero cum ita laboret, ut eius fortunae videantur in discrimen venire, non possum ego non aut proxime atque ille aut etiam aeque laborare. quapropter, etsi saepe expertus sum, quantum me amares, tamen sic velim tibi persuadeas, id me in hac re maxime
3 iudicaturum. peto igitur a te vel, si pateris, oro, ut homines miseros et fortuna, quam vitare nemo potest, magis quam culpa calamitosos conserves incolumis velisque per te me hoc muneris cum ipsis amicis hominibus, cum municipio Caleno, quocum mihi magna necessitudo est, tum Leptae, quem omnibus antepono, dare.
4 quod dicturus sum, puto equidem non valde ad rem pertinere, sed tamen nihil obest dicere: res familiaris alteri eorum valde exigua est, alteri vix equestris; quapropter, quoniam eis Caesar vitam sua liberalitate concessit nec est, quod eis praeterea magnopere possit adimi, reditum, si me tantum amas, quantum certe amas, hominibus confice, in quo nihil est praeter viam longam, quam idcirco non fugiunt, ut et vivant cum suis et moriantur domi: quod ut enitare contendasque vel potius ut perficias — posse enim te mihi persuasi —, vehementer te etiam atque etiam rogo.

XIV. (326.)

CICERO DOLABELLAE CONSVLI SVO S.

1 Etsi contentus eram, mi Dolabella, tua gloria satisque ex ea magnam laetitiam voluptatemque capiebam, tamen non possum non confiteri cumulari me maximo gaudio, quod vulgo hominum opinio socium me adscribat tuis laudibus. neminem conveni — convenio autem cotidie plurimos; sunt enim permulti optimi viri, qui valetudinis causa in haec loca veniant, praeterea ex municipiis fre-

4. item calenus *M*, item ut (uti *D*) calenus *HD* || 5. ambos *ex* ambi *M*[1] maiori *HD* || 14. incolumis *om. H* || 15. cum mun. *M*, eum mun. *H*, cōi (*in mg.* cum) mun. *D*. tum mun. *alii* || municipio Caleno] *cf. C. I. L.* X *p.* 451. Caleno *om. H* || 18. dicere *om. HD* || 19. eis] his *Ψ*, iis *Orelli* || 20. eis] iis *M*, his *HD* || magno opere ς || 24. contendasque *M*, contendas quod *D*, *om. H* || ut *om. H* || 27. *alterum harum litterarum exemplum extat in ep. ad Att.* XIV 17 (*A, i. e. cod. Medic.* 49, 18 *a me collatus*) || 32. qui *om. A* || 33. in haec loca ueniant (conueniant *H*) *Ψ*, in his locis conueniunt *A, quod cum aliis praefert Boot.* in haec loca veniant, ⟨conveniunt⟩ *Lehmann* (*p.* 58), *fort. recte*

quentes necessarii mei —, quin omnes, cum te summis laudibus
ad caelum extulerunt, mihi continuo maximas gratias agant: negant
enim se dubitare, quin tu meis praeceptis et consiliis obtemperans
praestantissimum te civem et singularem consulem praebeas: qui- 2
bus ego quamquam verissime possum respondere te, quae facias,
tuo iudicio et tua sponte facere nec cuiusquam egere consilio,
tamen neque plane adsentior, ne imminuam tuam laudem, si omnis
a meis consiliis profecta videatur, neque valde nego; sum enim
avidior etiam, quam satis est, gloriae, et tamen non alienum est
dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni, regum regi, fuit honestum,
habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem, mihi vero gloriosum
te iuvenem consulem florere laudibus quasi alumnum disciplinae
meae. L. quidem Caesar, cum ad eum aegrotum Neapolim venis- 3
sem, quamquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen
ante, quam me plane salutavit, 'o mi Cicero', inquit, 'gratulor tibi,
cum tantum vales apud Dolabellam, quantum si ego apud sororis
filium valerem, iam salvi esse possemus; Dolabellae vero tuo et
gratulor et gratias ago, quem quidem post te consulem solum
possumus vere consulem dicere'; deinde multa de facto ac de re
gesta tua: nihil magnificentius, nihil praeclarius actum unquam,
nihil rei p. salutarius: atque haec una vox omnium est. a te autem 4
peto, ut me hanc quasi falsam hereditatem alienae gloriae sinas
cernere meque aliqua ex parte in societatem tuarum laudum venire
patiare. quamquam, mi Dolabella — haec enim iocatus sum —
libentius omnes meas, si modo sunt aliquae meae, laudes ad te
transfuderim, quam aliquam partem exhauserim ex tuis; nam, cum
te semper tantum dilexerim, quantum tu intellegere potuisti, tum
his tuis factis sic incensus sum, ut nihil umquam in amore fuerit
ardentius; nihil est enim, mihi crede, virtute formosius, nihil
pulcrius, nihil amabilius. semper amavi, ut scis, M. Brutum propter 5
eius summum ingenium, suavissimos mores, singularem probitatem
atque constantiam: tamen Idibus Martiis tantum accessit ad amo-

1. quin *HD*, qui *MA* ‖ 2. agunt *A* ‖ 5. te quae $M^c H$, teque M^1, quae (que *A*) *AD* ‖ 7. laudem tuam *H* ‖ 9. auidior *ex* audior M^c ‖ *alt.* est *A*, *om.* *Ψ* *potestque eo careri* ‖ 10. 'rex regum Atrides' *Ausonii epitaph.* 2, 1: *hinc fluxisse putat C. Schenkl ed. p.* 266. *at frequens id, v. Landgraf act. Erlang.* II *p.* 38 *et* 512 ‖ 11. habere *om.* *A* ‖ nestorem A^1, nestorem habere A^2 ‖ 13. lucius *Ψ* 15. salutaret *ex* salutauit M^c ‖ 16. cum] quod *Wesenberg, iniuria* ‖ 17. iam *HD*, tam *MA* ‖ 17. 18. et gratulor *AD*, ei gratulor *MH* ‖ 19. possum *A* ‖ dein *A* 20. tua (*nisi deleretur*) *Wesenberg*, tum *MHA*, cum *D* ‖ 21. est a te *A*, aestate *Ψ* (ex te *mg. D*) ‖ 22. ut me A^2 *ex* uti ne ‖ 24. haec] hic *D* ‖ iocatus DA^2, locatus $A^1 H$, locutus *M* ‖ sum *om.* *H* ‖ 26. transfuderim *Ψ*, trans A^1, transtulerim A^2 ‖ 28. his tuis *MA*, is tuis *D*, his *H* ‖ amore *A*, amorem *Ψ*

rem, ut mirarer locum fuisse augendi in eo, quod mihi iampridem
cumulatum etiam videbatur. quis erat, qui putaret ad eum amo-
rem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum
6 accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse. quare
quid est, quod ego te horter, ut dignitati et gloriae servias? pro-
ponam tibi claros viros, quod facere solent, qui hortantur? nemi-
nem habeo clariorem quam te ipsum; te imitere oportet, tecum
ipse certes: ne licet quidem tibi iam tantis rebus gestis non tui
7 similem esse. quod cum ita sit, hortatio non est necessaria, gra-
tulatione magis utendum est; contigit enim tibi, quod haud scio
an nemini, ut summa severitas animadversionis non modo non
invidiosa, sed etiam popularis esset et cum bonis omnibus, tum
infimo cuique gratissima. hoc si tibi fortuna quadam contigisset,
gratularer felicitati tuae; sed contigit magnitudine cum animi, tum
etiam ingenii atque consilii; legi enim contionem tuam: nihil illa
sapientius; ita pedetemptim et gradatim tum accessus a te ad
causam facti, tum recessus, ut res ipsa maturitatem tibi animad-
8 vertendi omnium concessu daret. liberasti igitur et urbem periculo
et civitatem metu, neque solum ad tempus maximam utilitatem
attulisti, sed etiam ad exemplum; quo facto intellegere debes in
te positam esse rem p. tibique non modo tuendos, sed etiam
ornandos esse illos viros, a quibus initium libertatis profectum est.
sed his de rebus coram plura propediem, ut spero: tu quoniam
rem p. nosque conservas, fac, ut diligentissime te ipsum, mi Dola-
bella, custodias.

XV. (235.)

CICERO PAETO S.

1 Duabus tuis epistulis respondebo: uni, quam quadriduo ante
acceperam a Zetho; alteri, quam attulerat Phileros tabellarius. ex
prioribus tuis litteris intellexi pergratam tibi curam meam valetu-
dinis tuae, quam tibi perspectam esse gaudeo; sed, mihi crede, non

---

2. quis erat — 4. dilexisse *adfert Nonius* (*p.* 421, 33 *Merc.*, *t.* II *p.* 2 *Müll.*) ‖ 3. te *sup. vs.* A^1 ‖ 4. ante *Nonius* ‖ 5. hortor (*sic*) te *H* ‖ 5. 6. proponam *A*, -as *Ψ* ‖ 7. te (*ante* im.) *om. A* ‖ imitere *M*, imitari *HDA* ‖ 8. tantis iam *H* ‖ 14. cum MH^2DA^2, quam A^1, quadam A^3, *om.* H^1 ‖ 16. pedetemptim *HA*, p editemptim, 1 *litt. er., pr.* i *corr. a* M^c *in* e, *M*, pedetentim *D* ‖ et (ac *D*) gradatim *Ψ*, *om. A* ‖ 18. liberas tu igitur A^1 ‖ 20. quo *om. M* ‖ 22. esse *om. A* ‖ intium *M* ‖ 24. 25. dollobella, *exp. m.* 1, *A*, dolobella *D* ‖ 28. epistolis tuis *H* ‖ quatriduo *ex* quadriduo M^1, quatriduo *D*, triduo *H* ‖ 29. acceperam *MD*, coeperam *H* ‖ a zetho *M*, a retho *D*, aletho *H* ‖ Phileros] pileros *Ψ*. *cf. ad* V, 12, 3 ‖ 30. curam — 31. tibi *HD* (*praeterea Canon.* 210 *et* 244, *Paris.* 7783 *et* 14761, *mg. Cratandri, al.*), *om. M* ‖ 30. curam *H*, esse curam *D* ‖ 31. perspectum *M*

perinde, ut est reapse, ex litteris perspicere potuisti: nam, cum
a satis multis — non enim possum aliter dicere — et coli me
videam et diligi, nemo est illorum omnium mihi te iucundior: nam,
quod me amas, quod id et iampridem et constanter facis, est id
quidem magnum atque haud scio an maximum, sed tibi commune
cum multis, quod tu ipse tam amandus es tamque dulcis tamque
in omni genere iucundus, id est proprie tuum; accedunt non Attici, 2
sed salsiores, quam illi Atticorum, Romani veteres atque urbani
sales, ego autem — existimes licet quidlubet — mirifice capior
facetiis, maxime nostratibus, praesertim cum eas videam primum
oblitas Latio tum, cum in urbem nostram est infusa peregrinitas,
nunc vero etiam bracatis et transalpinis nationibus, ut nullum
veteris leporis vestigium appareat. itaque, te cum video, omnis
mihi Granios, omnis Lucilios, — vere ut dicam — Crassos quoque
et Laelios videre videor: moriar, si praeter te quemquam reliquum
habeo, in quo possim imaginem antiquae et vernaculae festivitatis
adgnoscere. ad hos lepores cum amor erga me tantus accedat,
miraris me tanta perturbatione valetudinis tuae tam graviter exani-
matum fuisse? quod autem altera epistula purgas te non dissua- 3
sorem mihi emptionis Neapolitanae fuisse, sed auctorem modera-
tionis, urbane, neque ego aliter accepi; intellexi tamen idem, quod
his intellego litteris, non existimasse te mihi licere id, quod ego
arbitrabar, res has non omnino quidem, sed magnam partem relin-
quere. Catulum mihi narras et illa tempora: quid simile? ne mi
quidem ipsi tunc placebat diutius abesse ab rei p. custodia; sede-
bamus enim in puppi et clavum tenebamus; nunc autem vix est
in sentina locus. an minus multa s. c. futura putas, si ego sim 4
Neapoli? Romae cum sum et urgeo forum, s. c. scribuntur apud
amatorem tuum, familiarem meum; et quidem, cum in mentem
venit, ponor ad scribendum et ante audio s. c. in Armeniam et
Syriam esse perlatum, quod in meam sententiam factum esse di-
catur, quam omnino mentionem ullam de ea re esse factam. atque

1. reabse *M*, re (res H^2) ipsa *HD* ‖ 4. et iampridem] etiam pridem *Ψ* ‖ 9. quidlubet] quidlibet *D*, *MD*, quod libet *H* ‖ 10. facetiis *D* (*M*[r]), facetus *H*, fac et his *M* ‖ 11. Lati *et* 12. etiam ⟨in⟩ br. *coni. Madvig* ('*adv. crit.*' III *p.* 163), luto *pro* Latio *commendat O. Hirschfeld. vitium aliquod latere ego quoque puto* ‖ 12. etiam *om. H* ‖ 15. Laelios] Aelios *Heusde et Orelli. contra v. F. Mentz* '*de L. Aelio Stilone*' (*diss. Ien.* 1888) *p.* 9 ‖ reliquum *om D* ‖ 16. festiuitatis *H*, et f. *MD* (et *exp. M*[r]) ‖ 17. at *M* ‖ 20. 21. moderationis, urbane *Madvig* (*ad Cic de fin. p.* 806[3]), moderationis urbanae *Ψ*. commorationis urbanae *alii* ‖ 21. accepi ⟨et⟩ int. tamen *Nipperdey* (*opusc. p.* 136) ‖ 26. est *om. H* ‖ 27. s.] senatus *h. l. Ψ* ‖ 30. ponor (conor *M*[r]) ad scribendum] ponor adfuisse scribendo *alii*

hoc nolim me iocari putes; nam mihi scito iam a regibus ultimis allatas esse litteras, quibus mihi gratias agant, quod se mea sententia reges appellaverim, quos ego non modo reges appellatos,
5 sed omnino natos nesciebam. 'quid ergo est?' tamen, quamdiu hic erit noster hic praefectus moribus, parebo auctoritati tuae; quom vero aberit, ad fungos me tuos conferam. domum si habebo, in denos dies singulos sumptuariae legis dies conferam; sin autem minus invenero, quod placeat, decrevi habitare apud te, scio enim me nihil tibi gratius facere posse. domum Sullanam desperabam iam, ut tibi proxime scripsi, sed tamen non abieci: tu velim, ut scribis, cum fabris eam perspicias; si enim nihil est in parietibus aut in tecto vitii, cetera mihi probabuntur.

XVI. (210.)

CICERO [PAPIRIO] PAETO S.

1 Delectarunt me tuae litterae, in quibus primum amavi amorem tuum, qui te ad scribendum incitavit verentem, ne Silius suo nuntio aliquid mihi sollicitudinis attulisset; de quo et tu mihi antea scripseras — bis quidem eodem exemplo, facile ut intellegerem te esse commotum — et ego tibi accurate rescripseram, ut, quomodo in tali re atque tempore, aut liberarem te ista cura aut certe
2 levarem; sed, quoniam proximis quoque litteris ostendis, quantae tibi curae sit ea res, sic, mi Paete, habeto: quicquid arte fieri potuerit — non enim iam satis est consilio pugnare: artificium quoddam excogitandum est —, sed tamen, quicquid elaborari aut effici potuerit ad istorum benevolentiam conciliandam et conligendam, summo studio me consecutum esse, nec frustra, ut arbitror; sic enim color, sic observor ab omnibus eis, qui a Caesare diliguntur, ut ab eis me amari putem; nam etsi non facile diiudicatur amor verus et fictus, nisi aliquod incidit eiusmodi tempus, ut, quasi aurum igni, sic benivolentia fidelis periculo aliquo perspici possit — cetera sunt signa communia —, sed ego uno utor argumento,

1. iocari me *H* ‖ 5. noster hic *MD*, noster *H* ‖ praef. m.] *v. Mommsen 'r. Staatsr.'* II ^{3} *p.* 706, 1 ‖ parebo *corr. ex* probo *D*, probo *MH* ‖ 6. quom] quam *Ψ*, cum ς ‖ 14. Papirio *om. ind. MH* ‖ 15. litterae tuae *H* ‖ amavi] animadverti *Kleyn*, agnovi *post Bootium* (*'obs. crit.'* *p.* 20), *qui tamen improbat ipse, Becher* (*Wochenschr. f. klass. Philol.* 1889 *p.* 1229). *cf. Lehmann p.* 85 ‖ 17. antea *M*, ante *HD* ‖ 18. bis *M*, his *HD* ‖ 19. ⟨quo⟩quo modo *alii* ‖ 22. habet *HD* ‖ 23. potuerit ς, poterit *Ψ* ‖ 25. 26. conciliandum et conligendum *M* ‖ 27. eis] iis *M*, his *HD* ‖ a caesare *H*, caesare *MD* ‖ 28. ut *M*, *om. HD* ‖ eis] his *Ψ*, iis *Orelli* ‖ nam etsi] tametsi *alii* ‖ diiudicantur *Wesenberg* ‖ 29. incidat *ex* -dit *M*[c], *ut vid.* ‖ 30. aliquo perspici — 31. argumento *om. H*

quamobrem me ex animo vereque arbitrer diligi, quia et nostra fortuna ea est et illorum, ut simulandi causa non sit. de illo 3 autem, quem penes est omnis potestas, nihil video, quod timeam, nisi quod omnia sunt incerta, cum a iure discessum est, nec praestari quicquam potest, quale futurum sit, quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine: sed tamen eius ipsius nulla re a me offensus est animus; est enim adhibita in ea re ipsa summa a nobis moderatio: ut enim olim arbitrabar esse meum libere loqui, cuius opera esset in civitate libertas, sic ea nunc amissa nihil loqui, quod offendat aut illius aut eorum, qui ab illo diliguntur, voluntatem; effugere autem si velim nonnullorum acute aut facete dictorum opinionem, fama ingenii mihi est abicienda, quod, si possem, non recusarem; sed tamen ipse Caesar habet 4 peracre iudicium, et, ut Servius, frater tuus, quem litteratissimum fuisse iudico, facile diceret: 'hic versus Plauti non est, hic est', quod tritas auris haberet notandis generibus poetarum et consuetudine legendi, sic audio Caesarem, cum volumina iam confecerit *ἀποφϑεγμάτων*, si quod adferatur ad eum pro meo, quod meum non sit, reicere solere; quod eo nunc magis facit, quia vivunt mecum fere cotidie illius familiares; incidunt autem in sermone vario multa, quae fortasse illis, cum dixi, nec inlitterata nec insulsa esse videantur; haec ad illum cum reliquis actis perferuntur — ita enim ipse mandavit —: sic fit, ut, si quid praeterea de me audiat, non audiendum putet. quamobrem Oenomao tuo nihil utor: etsi posuisti loco versus Accianos; sed quae est 'invidia'? aut 5 quid mihi nunc invideri potest? verum fac esse omnia: sic video philosophis placuisse eis, qui mihi soli videntur vim virtutis tenere, nihil esse sapientis praestare nisi culpam, qua mihi videor dupliciter carere, et quod ea senserim, quae rectissima fuerunt, et quod, cum viderem praesidii non satis esse ad ea optinenda, viribus certandum cum valentioribus non putarim; ergo in officio boni civis certe non sum reprehendendus. reliquum est, ne quid stulte, ne quid temere dicam aut faciam contra potentis; id quoque puto esse

---

4. a *M*, *om. HD* ‖ 11. effungere *M* ‖ 12. opinionem *HD*, *om. M.* famam *suppleverat Victorius* ‖ mihi est abicienda *M*, abicienda est mihi *H*, est mihi abicienda *D* ‖ est] sit *alii. cf. H. Blase 'Gesch. d. Irrealis im Lat.' (Erlangae* 1888) *p.* 75 *sq.* ‖ 13. si] si id *Ψ* ‖ possim *H* ‖ 18. *αποφϑεγματωρομ* *Ψ* ‖ 21. multa quae] multaque *MH*, multa quod *D* ‖ 23. 24. praetereadem audiat *M* 24. Oenomao] denomao *MD*, de oenomao *H* ‖ 25. Attianos *alii. cf. ad* VII, 33, 1 ‖ invidia] *cf. Ribbeck fr. trag.*[3] *p.* 201 ‖ 26. esse] posse *Wesenberg, quod iniuria commendavit Boot ad Cic. ad Att.* VII, 14, 1 ‖ 27. eis] his *Ψ*, iis ς 29. *alt.* et quod ς, et qui *Ψ*, et quia *alii* ‖ 32. est ⟨ut⟩ *Wesenberg, inutiliter* 33. aut *HD*, ut *M*

sapientis; cetera vero, quid quisque me dixisse dicat aut quomodo
ille accipiat aut qua fide mecum vivant ei, qui me assidue colunt
6 et observant, praestare non possum. ita fit, ut et consiliorum
superiorum conscientia et praesentis temporis moderatione me con-
soler et illam Accii similitudinem non [modo] iam ad 'invidiam',
sed ad fortunam transferam, quam existimo levem et inbecillam
ab animo firmo et gravi 'tamquam fluctum a saxo frangi' oportere.
etenim, cum plena sint monumenta Graecorum, quemadmodum
sapientissimi viri regna tulerint vel Athenis vel Syracusis, cum
servientibus suis civitatibus fuerint ipsi quodammodo liberi, ego
me non putem tueri meum statum sic posse, ut neque offendam
7 animum cuiusquam nec frangam dignitatem meam? nunc venio ad
iocationes tuas, quoniam tu secundum Oenomaum Accii, non, ut
olim solebat, Atellanam, sed, ut nunc fit, mimum introduxisti.
quem tu mihi †popillium, quem †denarium narras? quam tyro-
tarichi patinam? facilitate mea ista ferebantur antea; nunc mutata
res est: Hirtium ego et Dolabellam dicendi discipulos habeo, cenandi
magistros; puto enim te audisse, si forte ad vos omnia perferuntur,
illos apud me declamitare, me apud illos cenitare. tu autem quod
mihi bonam copiam eiures, nihil est; tum enim, cum rem habebas,
quaesticulis te faciebat attentiorem, nunc, cum tam aequo animo
bona perdas, †non eo sis consilio, ut, cum me hospitio recipias,
aestimationem te aliquam putes accipere; etiam haec levior est
8 plaga ab amico quam a debitore. nec tamen eas cenas quaero, ut
magnae reliquiae fiant; quod erit, magnificum sit et lautum. me-
mini te mihi Phameae cenam narrare: temperius fiat, cetera eodem
modo. quod si perseveras me ad matris tuae cenam revocare,
feram id quoque; volo enim videre animum, qui mihi audeat ista,
quae scribis, apponere aut etiam polypum Miniani Iovis similem.

2. ei] ii *M*, hi *HD* ‖ 5. modo *del. Ernesti* ‖ 14. Atellanam] atellanum *MH*, atellaum *D* ‖ mimum] *cf. Ribbeck fr. com.*[2] *p.* 395 *sq.* ‖ 15. popillium *MH*, popilium *D.* pompilum *Rutilius*, polypum *Corradus*, popellum *Bücheler* ‖ denarium *cum Ribbeckio* (*l. c. p.* 396) *teneri posse non credo, sed hic quoque desiderari vilis alicuius cibi nomen.* thynnarium *Rutilius*, thynnum *Schütz. an* cantharum? 'cantharus ingratus suco' *Ovid. hal.* 103. [naritam *commendat Fr. Schoell*] ‖ 15. 16. tirotarichi *Ψ* ‖ 16. patina *M* ‖ 19. apud me — illos *HD* (*praeterea Canonic.* 210, *Paris.* 7783 *et* 14761, *alii*), *om. M* ‖ 20. habebas] augebas *alii* ‖ 21. quaesticulis *M*, questiunculis *HD*, quaesticulus *Orelli* ‖ faciebat *MD*[1], faciebam *HD*[2] ‖ 22. non eo sis consilio] non eo sis censeo animo *C. F. W. Müller* ('*coni. Tull.*' *p.* 12), non ⟨est quod⟩ eo sis consilio *Wesenberg*, non eo possis consilio ⟨uti⟩ *Madvig* ('*adv. crit.*' III *p.* 163), non ⟨est quod non⟩ eo sis consilio *Lehmann* (*Wochenschr. f. kl. Phil.* 1885 *p.* 1106 *et* '*quaest. Tull.*' *p.* 91) ‖ 23. etiam] et tamen *Orelli*, etenim *C. F. Hermann* (*Philol.* X *p.* 239). *at illud est* praeterea ‖ 26. te mihi *M*, mihi te *HD* ‖ 27. reuocare *ex* reuore *M*[c] ‖ 29. Miniani] miniati *Lambinus*, *fort. recte. tenui*

mihi crede, non audebis: ante meum adventum fama ad te de mea
nova lautitia veniet; eam extimesces. neque est, quod in pro-
mulside spei ponas aliquid, quam totam sustuli; solebam enim
antea debilitari oleis et lucanicis tuis. sed quid haec loquimur? 9
liceat modo isto venire. tu vero — volo enim abstergere animi
tui metum — ad tyrotarichum antiquum redi. ego tibi unum
sumptum adferam, quod balneum calfacias oportebit; cetera more
nostro: superiora illa lusimus. de villa Seliciana et curasti diligen- 10
ter et scripsisti facetissime: itaque puto me praetermissurum; salis
enim satis est, sannionum parum.

XVII. (220.)

CICERO [L. PAPIRIO] PAETO.

Non tu homo ridiculus es, qui, cum Balbus noster apud te 1
fuerit, ex me quaeras, quid de istis municipiis et agris futurum
putem? quasi aut ego quicquam sciam, quod iste nesciat, aut, si
quid aliquando scio, non ex isto soleam scire. immo vero, si me
amas, tu fac, ut sciam, quid de nobis futurum sit; habuisti enim
in tua potestate, ex quo vel ex sobrio vel certe ex ebrio scire
posses; sed ego ista, mi Paete, non quaero, primum quia de lucro
prope iam quadriennium vivimus, si aut hoc lucrum est aut haec
vita, superstitem rei p. vivere; deinde quod scire quoque mihi
videor, quid futurum sit; fiet enim, quodcumque volent, qui vale-
bunt, valebunt autem semper arma. satis igitur nobis esse debet,
quicquid conceditur: hoc si qui pati non potuit, mori debuit. Veien- 2
tem quidem agrum et Capenatem metiuntur; hoc non longe abest
a Tusculano; nihil tamen timeo: fruor, dum licet, opto, ut semper
liceat; si id minus contigerit, tamen, quoniam ego vir fortis idem-
que philosophus vivere pulcherrimum duxi, non possum eum non
diligere, cuius beneficio id consecutus sum; qui si cupiat esse rem
p., qualem fortasse et ille vult et omnes optare debemus, quid
faciat tamen non habet: ita se cum multis conligavit. sed longius 3
progredior; scribo enim ad te. hoc tamen scito, non modo me,

tamen illud, quod Minianus Iuppiter *vulgaris potuit esse locutio, formata ea ad* Levanae, Praestanae, Tutani, Vorani (*cf. 'Arch. f. lat. Lexicogr.'* I *p.* 182) *exempla* ‖ 2. eam *M*, eam tu *HD* ‖ 4. debilitari *H*, delibitari *MD* ‖ 7. calfacias *M*, calefatias *D*, facias *H* ‖ 8. seciliana *H* ‖ 10. sannionum *D*, sannonum *M*, sanniorum *H*. sanorum *F. Hofmann* ‖ 12. L. Papirio *om. ind. MH* ‖ 13. non] nae *I. F. Gronovius* ‖ 21. quoque] ⟨ego⟩ quoque *Baiter*, *iniuria* ‖ 23. igitur *ex* igi M^c ‖ 24. si quis *D* ‖ 24. 25. ueientem *M*, uelentem *HD*. *cf. C. I. L.* XI, 1 *p.* 557 ‖ 25. Capenatem] *cf. ib. p.* 570 ‖ 27. 28. idemque] idem quod *Ψ*

qui consiliis non intersum, sed ne ipsum quidem principem scire, quid futurum sit; nos enim illi servimus, ipse temporibus: ita nec ille, quid tempora postulatura sint, nec nos, quid ille cogitet, scire possumus. haec tibi antea non rescripsi, non quo cessator esse solerem, praesertim in litteris, sed, cum explorati nihil haberem, nec tibi sollicitudinem ex dubitatione mea nec spem ex adfirmatione adferre volui. illud tamen adscribam, quod est verissimum, me his temporibus adhuc de isto periculo nihil audisse: tu tamen pro tua sapientia debebis optare optima, cogitare difficillima, ferre quaecumque erunt.

XVIII. (212.)

CICERO S. D. [L. PAPIRIO] PAETO.

1 Cum essem otiosus in Tusculano, propterea quod discipulos obviam miseram, ut eadem me quam maxime conciliarent familiari suo, accepi tuas litteras plenissimas suavitatis, ex quibus intellexi probari tibi meum consilium, quod, ut Dionysius tyrannus, cum Syracusis pulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse, sic ego sublatis iudiciis amisso regno forensi ludum quasi habere coeperim.
2 quid quaeris? me quoque delectat consilium; multa enim consequor: primum, id quod maxime nunc opus est, munio me ad haec tempora. id cuiusmodi sit, nescio; tantum video, nullius adhuc consilium me huic anteponere; nisi forte mori melius fuit: in lectulo, fateor, sed non accidit; in acie non fui; ceteri quidem, Pompeius, Lentulus tuus, Scipio, Afranius foede perierunt. 'at Cato praeclare.' iam istuc quidem, cum volemus, licebit; demus modo operam, ne tam necesse nobis sit, quam illi fuit, id quod agimus.
3 ergo hoc primum. sequitur illud: ipse melior fio, primum valetudine, quam intermissis exercitationibus amiseram; deinde ipsa illa, si qua fuit in me, facultas orationis, nisi me ad has exercitationes rettulissem, exaruisset. extremum illud est, quod tu nescio an primum putes: pluris iam pavones confeci quam tu pullos columbinos; tu istic te Hateriano iure delectas, ego me hic Hirtiano. veni igitur, si vir es, et †disceam *προλεγομενας*, quas

7. adscribam *M*, ad te scribam *D*. adscribam *H sed post* verissimum *collocatum* ‖ 9. tua sapientia *M*, sapientia tua *H*, tua prudentia *D* ‖ 12. L. Papirio *om. ind. MH. totam hanc epistulam omittit H* (*contaminati habent omnes, nisi qui omnino mutili sunt*) ‖ 13. propterea] praeterea *MD* ‖ 15. quibus *D*, qui *M* ‖ 18. sublatis iudiciis *falso quibusdam suspecta* ‖ 22. consilium] consilio *MD* ‖ 24. foedae *M* ‖ at *M*, et *D* ‖ 32. delectas *D*, -at *M* ‖ me] mihi *MD* ‖ 33. disceam *προλεγομενας M*, disce *απρολεγομενας D*. disce a me *πρ*. *Bengel*, disce iam *πρ*. *alii. altius vitium latere videtur: nam προλεγομένας ne a Cicerone quidem, haud bono ceteroqui Graecitatis auctore, poni potuisse videtur. non*

quaeris; etsi sus Minervam. † sed quomodo video, si aestimationes tuas vendere non potes neque ollam denariorum implere, Romam tibi remigrandum est: satius est hic cruditate, quam istic fame. video te bona perdidisse; spero idem istuc familiaris tuos: actum igitur de te est, nisi provides. potes mulo isto, quem tibi reliquum dicis esse, quoniam cantherium comedisti, Romam pervehi. sella tibi erit in ludo tamquam hypodidascalo proxima: eam pulvinus sequetur. 4

XIX. (219.)

CICERO S. D. [L. PAPIRIO] PAETO.

Tamen a malitia non discedis: 'tenuiculo apparatu' significas Balbum fuisse contentum. hoc videris dicere, cum reges tam sint continentes, multo magis consularis esse oportere. nescis me ab illo omnia expiscatum; recta enim a porta domum meam † venisse neque hoc admiror, quod non suam potius, sed illud, quod non ad suam, ego autem tribus primis verbis: 'quid noster Paetus?' at ille adiurans, nusquam se umquam libentius. hoc si verbis adsecutus es, auris ad te adferam non minus elegantis; sin autem opsonio, peto a te, ne pluris esse balbos quam disertos putes. me cotidie aliud ex alio impedit; sed, si me expediero, ut in ista loca venire possim, non committam, ut te sero a me certiorem factum putes. 1 2

tamen placet Bootii ('obs. crit.' p. 20) *coniectura:* disce a me προηγμένα, quae quaeris ‖ 1. sed quomodo uideo si aestimationes *M*, *et D sed omisso* si. sed quomodo, videro. si aest. *Bengel*, sed quoniam, ut video, aest. *Orelli. an* si, quomodo video, aest.? *confert Schmalz Cic. p. Rosc. Am.* 7: 'ego contra brevem postulationem adfero et, quomodo mihi persuadeo, aliquanto aequiorem'. *cf. ann. phil.* 1891 *p.* 339 ‖ 3. remigrandum] remigandum *M*, remeandum *D* ‖ 4. idem istuc] item istic *Orelli*[1], *inutiliter* ‖ actum] factum *MD* ‖ 10. L. Papirio *om. ind. MH* ‖ 11. tamen] *cf. Boot ad Cic. ad Att.* XII, 2, 1 ‖ a *ind. MH*, *om.* Ψ ‖ discedis tenuculo *M*, discedisti nuculo *H*, discedistonuculo *D*[1], *in mg. D*[2]: discedes tonuculo ‖ sigificas *M* ‖ 14. venisse] venit ς *et Schütz, bene.* venit — sed (*vel* etsi) ⟨neque id glorior (*vel sim.*)⟩ neque hoc ..... ad suam —; ego *Wesenberg. pro* suam (*vs.* 16) *scripsit Benedict* suum (*i. e. Caesarem*). *equidem haec ita scripserim:* domum meam venit — neque hoc admiror, quod non suam potius, sed illud, quod non ut (*pro* ad) suam —, ego autem *cet. non hoc sum miratus, ait, quod Balbus meam potius quam suam domum statim petiit, sed illud, quod non ita ad meam venit, quasi sua facta esset. comparari possunt loci — qui tamen acerbitatis nihil habent — quales sunt* XIII, 69, 1: '(consuevi huius) domo et re uti tamquam mea', *de off.* III, 14, 58: 'licere uti (hortis) Canio, si vellet, ut suis', *Plaut. Most.* 809: 'qualubet perambula aedis oppido tamquam tuas' *al. cf. ann. phil.* 1891 *p.* 340 16. tribus primis *M*, primis tribus *HD. cf. Otto 'Sprichw. d. R.' p.* 366 17. atiurans *M* ‖ umquam *HD*, eum quam *M* ‖ 19. dissertos *M* ‖ 20. me exp. *M*, exp. me *HD*

XX. (213.)

CICERO PAETO.

1 Dupliciter delectatus sum tuis litteris, et quod ipse risi et quod te intellexi iam posse ridere; me autem a te, ut scurram velitem, malis oneratum esse, non moleste tuli: illud doleo, in ista loca venire me, ut constitueram, non potuisse; habuisses enim non hospitem, sed contubernalem. at quem virum! non eum, quem tu es solitus promulside conficere: integram famem ad ovum adfero, itaque usque ad assum vitulinum opera perducitur. illa mea, quae solebas antea laudare, 'o hominem facilem! o hospitem non gravem!' abierunt; nam omnem nostram de re p. curam, cogitationem de dicenda in senatu sententia, commentationem causarum abiecimus, in Epicuri nos, adversarii nostri, castra coiecimus, nec tamen ad hanc insolentiam, sed ad illam tuam lautitiam, veterem dico, cum in sumptum habebas, etsi numquam plura praedia habuisti.
2 proinde te para: cum homine et edaci tibi res est et qui iam aliquid intellegat, *ὀψιμαϑεῖς* autem homines scis quam insolentes sint. dediscendae tibi sunt sportellae et artolagani tui: nos iam †ex artis tantum habemus, ut Verrium tuum et Camillum — qua munditia homines, qua elegantia! — vocare saepius audeamus. sed vide audaciam: etiam Hirtio cenam dedi, sine pavone tamen; in ea cena
3 cocus meus praeter ius fervens nihil ⟨non⟩ potuit imitari. haec igitur est nunc vita nostra: mane salutamus domi et bonos viros multos, sed tristis, et hos laetos victores, qui me quidem perofficiose et peramanter observant; ubi salutatio defluxit, litteris me involvo: aut scribo aut lego; veniunt etiam, qui me audiunt quasi doctum hominem, quia paulo sum quam ipsi doctior; inde corpori omne tempus datur. patriam eluxi iam et gravius et diutius, quam ulla mater unicum filium. sed cura, si me amas, ut valeas, ne ego te iacente bona tua comedim; statui enim tibi ne aegroto quidem parcere.

4. 5. scurram velitem] *cf. O. Ribbeck Abhdl. d. sächs. Ges. d. Wiss.* XXIII (1888) *p.* 59 *sq.* ‖ 9. uitilinum *M*, uitellinum *HD* ‖ quae] quam *Ψ* ‖ 11. abierunt *D*, habierunt *M*, ‖ abierunt, 1 *litt.* (h ?) *er.*, *H* ‖ nam *D*, non *M*, *om. H.* nunc *vel* nos *alii* ‖ 13. castra *HD*, cassatra *M* ‖ coniecimus *HD* ‖ 16. homine et *M*, homine enim et *D*, homine *H* ‖ 18. sportellae *MD*², sportulae *HD*¹ ‖ artolagyni *Ψ* ‖ 18. 19. ex artis] artis *vel* etiam artis ς, ex artibus *Orelli*, ex arte ista *Krauss* ('*em. Cic. ep.*' *p.* 29), exercitationis *Busch* (*Philol.* XXV. 1867. *p.* 353), exquisitae artis *Wesenberg. mihi Graecum vocabulum latere videtur:* ὀψαρτυσίας *vel potius* ὀψαρτυτικῆς ‖ 19. 20. quam munditia *M* ‖ 21. etiam *M*, *om. HD* ‖ 22. non *add. Orelli* ‖ 23. uita nostra nunc *H* ‖ 25. 26. litteris me involvo] *cf. Ambros. de fide* I 15, 99 *t.* II *p.* 551 *Migne:* 'sed non me involvo libris' ‖ 26. audiant *alii* ‖ 29. sed cura — 31. parcere *adfert Nonius p.* 83, 30 *Merc.* (*t.* I *p.* 115 *Müll.*) *cf. Gurlitt progr. Steglitz.* 1888. *p.* 20 ‖ 30. comedim *Non. M*, comedam *HD*

XXI. (237.)

CICERO PAETO S.

Ain tandem? 'insanire' tibi videris, quod 'imitere' verborum 1
meorum, ut scribis, 'fulmina'? tum insanires, si consequi non posses; cum vero etiam vincas, me prius inrideas quam te oportet. quare nihil tibi opus est illud a Trabea; sed potius ἀπότευγμα meum. verumtamen quid tibi ego videor in epistulis? nonne plebeio sermone agere tecum? nec enim semper eodem modo; quid enim simile habet epistula aut iudicio aut contioni? quin ipsa iudicia non solemus omnia tractare uno modo: privatas causas, et eas tenuis, agimus suptilius, capitis aut famae scilicet ornatius; epistulas vero cotidianis verbis texere solemus. sed tamen, mi Paete, 2
qui tibi venit in mentem negare Papirium quemquam unquam nisi plebeium fuisse? fuerunt enim patricii minorum gentium, quorum princeps L. Papirius Mugillanus, qui censor cum L. Sempronio Atratino fuit, cum ante consul cum eodem fuisset, annis post R. c. CCCXII; sed tum Papisii dicebamini. post hunc XIII fuerunt sella curuli ante L. Papirium Crassum, qui primum Papisius est vocari desitus. is dictator, cum L. Papirio Cursore magistro equitum, factus est annis post Romam conditam CCCCXV et quadriennio post consul cum K. Duilio. hunc secutus est Cursor, homo valde honoratus; deinde L. Masso, aedilicius; inde multi Massones. quorum quidem tu, omnium patriciorum, imagines habeas volo. deinde Car- 3
bones et Turdi insecuntur: hi plebei fuerunt, quos contemnas censeo; nam praeter hunc C. Carbonem, quem Damasippus occidit, civis e re p. Carbonum nemo fuit. cognovimus Cn. Carbonem et eius fratrem scurram: quid eis improbius? de hoc amico meo,

---

3. ain tandem *M*, In tantum *H*, Ntantum (*in mg. m.* 2 tandem) *D* insanire tibi uideris *M*, ins. uid. t. *H*, t. i. u. *D* ‖ 6. ἀπότευγμα] *ναποτευγμα in archetypo Ψ fuit.* ἀπόφθεγμα *post alios Guil. Canter* (*Aristid. t.* III *p.* 819, 3 *Dind.*), *qui — similiter ac Ribbeck* (*fr. com.*[2] *p.* 32) — *versum illum Trabeae:* ego voluptatem animi *cet. a Paeto adlatum fuisse putat. non crediderim: cf. Wesenberg* '*em. alt.*' *p.* 30 ‖ 11. captis *M* (capitis *M*[r]) ‖ 12. sed tamen *cet.*] *cf. Mommsen* '*r. Chronol.*' *p.* 95 *sq. et C. Cichorius* '*Leipz. Stud. z. class. Phil.*' IX. 1887. *p.* 174 *sq. ex Libonis annali, qui a.* 708 *editus videatur, proxima sumpta esse putat G. F. Unger ann. phil.* 1891 *p.* 647 *sq.* ‖ 15. censor *Manutius*, consul *Ψ* ‖ 16. consul *Manutius*, censor (cessor *D*) *Ψ* ‖ 17. fuerunt] sederunt ⟨in⟩ *Wesenberg. mihi illud, quamvis singulare sit, teneri posse videtur* ‖ 18. primum] primus *alii, bene* ‖ 18. 19. Papisius est vocari desitus. is] papiius est uocari desitus. is *M*, papiius est uocatus. de situsis *H*, papi ius est uocatus desitus. is *D* ‖ 21. K. Duilio] c. duillo *Ψ* ‖ 22. Maso *et* Masones *alii* ‖ 23. habeas imagines *H. de ipsa re v. Mommsen* '*r. Staatsr.*' I[3] *p.* 442 *sq.* ‖ 23. 24. carbones *HD*, acarbones *M* ‖ 24. insequenter *M* ‖ 26. cognovimus *cet.*] *cf. Nipperdey opusc. p.* 546 *sq.* ‖ 27. eis] iis *Wesenberg*, his *Ψ*

Rubriae filio, nihil dico. tres illi fratres fuerunt, C., Cn., M. Carbones: Marcus P. Flacco accusante condemnatus, fur magnus, ex Sicilia; Gaius accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur: is et tr. pl. seditiosus et P. Africano vim attulisse existimatus est; hoc vero, qui Lilybaei a Pompeio nostro est interfectus, inprobior nemo meo iudicio fuit; iam pater eius accusatus a M. Antonio sutorio atramento apsolutus putatur. quare ad patres censeo revertare; plebei quam fuerint importuni, vides.

XXII. (298.)

CICERO PAETO.

1 Amo verecundiam, †vel potius libertatem loquendi. atque hoc Zenoni placuit, homini mehercule acuto — etsi Academiae nostrae cum eo magna rixa est —, sed, ut dico, placet Stoicis suo quamque rem nomine appellare. sic enim disserunt: nihil esse opscenum, nihil turpe dictu; nam, si quod sit in opscenitate flagitium, id aut in re esse aut in verbo; nihil esse tertium. in re non est. itaque non modo in comoediis res ipsa narratur — ut ille in Demiurgo:

modo forte

— nosti canticum, meministi Roscium —

ita me destituit nudum

— totus est sermo verbis tectus, re impudentior —, sed etiam in tragoediis; quid est enim illud

quae mulier una

quid, inquam, est

usurpat duplex cubile?

quid

huius †Ferei
hic cubile inire est ausus

quid est?

virginem me quondam invitam per vim violat Iuppiter.

1. c. cn. m. *D*, gaius cn. marcus *MH* ‖ 2. condemnatus ⟨est⟩ *Wesenberg* ‖ 4. seditiosus ⟨fuit⟩ et *Wesenberg* ‖ 10. *ad hanc epistulam respicit Hieronymus t.* IV *p.* 455 *Migne. praeterea cf. F. Ritter mus. Rhen.* III. 1835. *p.* 569 *sq.* 11. uerecundiam *ex* recundiam M^c ‖ vel] alii *Manutius*, tu *Rutilius*, ⟨tu impudentiam⟩ vel *Wesenberg*. vel . . . loquendi ⟨odi⟩ *Lehmann* (*p.* 60) ‖ atque *HD*, atqui *M* ‖ 14. opscenum *in* obscenum *corr.* M^1 ‖ 17. Demiurgo] *cf. Ribbeck fr. com. p.* 90^2 ‖ 23. quae] *cf. Ribbeck fr. trag.*^{2} *p.* 254, *fr. com.*^{2} *p.* cxxviii (*Bergk op.* I *p.* 372) ‖ 25. usurpat *HD*, usurpato *M* ‖ 27. ferei *M*, feret *HD*. Phere *Ribbeck*

bene 'violat': atqui idem significat, sed alterum nemo tulisset.
vides igitur, cum eadem res sit, quia verba non sint, nihil videri 2
turpe. ergo in re non est: multo minus in verbis; si enim, quod
verbo significatur, id turpe non est, verbum, quod significat, turpe
esse non potest. 'anum' appellas alieno nomine: cur non suo
potius? si turpe est, ne alieno quidem; si non est, suo potius.
caudam antiqui 'penem' vocabant, ex quo est propter similitudinem
'penicillus'; at hodie 'penis' est in obscenis. 'at vero Piso ille
Frugi in Annalibus suis queritur adulescentis peni deditos esse.'
quod tu in epistula appellas suo nomine, ille tectius 'penem'; sed,
quia multi, factum est tam opscenum quam id verbum, quo tu
usus es. quid, quod vulgo dicitur, 'cum nos te voluimus con-
venire', num opscenum est? memini in senatu disertum consularem
ita eloqui: 'hanc culpam maiorem an illam dicam?' potuit opsce-
nius? 'non', inquis; 'non enim ita sensit.' non ergo in verbo est;
docui autem in re non esse: nusquam igitur est. 'liberis dare 3
operam' quam honeste dicitur! etiam patres rogant filios; eius
operae nomen non audent dicere. Socraten fidibus docuit nobilissi-
mus fidicen; is 'Connus' vocitatus est: num id obscenum putas? cum
loquimur 'terni', nihil flagitii dicimus; at, cum 'bini', opscenum
est. 'Graecis quidem', inquies. nihil est ergo in verbo, quoniam
et ego Graece scio et tamen tibi dico 'bini', idque tu facis, quasi
ego Graece, non Latine, dixerim. 'ruta' et 'menta', recte utrum-
que: volo mentam pusillam ita appellare, ut 'rutulam'; non licet.
belle 'tectoriola': dic ergo etiam 'pavimenta' isto modo; non potes.
viden igitur nihil esse nisi ineptias? turpitudinem nec in verbo
esse nec in re; itaque nusquam esse. igitur in verbis honestis 4
opscena ponimus. quid enim? non honestum verbum est 'divisio?'
at inest opscenum, cui respondet 'intercapedo'. num haec ergo
opscena sunt? nos autem ridicule: si dicimus 'ille patrem strangu-
lavit', honorem non praefamur; sin de Aurelia aliquid aut Lollia,
honos praefandus est. et quidem iam etiam non obscena verba
pro obscenis sunt: ''battuit', inquit, 'impudenter, 'depsit' multo

4. id turpe — significat *om. D* ‖ 5. non *om. M*, *unde* suo potius *del. Baiter* ‖ 7. penem *ex* penim (?) *M*[r]. (penum *P*) ‖ 8. Piso] *v. H. Peter hist. Rom. rell.* I *p.* 136 ‖ 9. queritur *ex* quaeritura, *ut vid.*, *M.* quaeritur *H* 14. eloqui ita *H* ‖ illam dicam] *cf. Bücheler 'lat. Decl.*[2]*' p.* 51 ‖ 15. non ⟨obscoene⟩, inquis *vel* non, inquis, ⟨obscoene⟩ *Wesenberg* ‖ 19. uocitatus *M*, uocatus *H*, appellatus *D* ‖ 21. graecis *M*, grece *HD* ‖ 23. non] ⟨ac⟩ *vel* ⟨et⟩ non *Wesenberg* ‖ 25. belle *Orelli*, bella *Ψ* ‖ pauimenta etiam *H* ‖ 28. divisio] diuisior *Ψ* (*in D corr. in* diuisor) ‖ 29. at *M*, aut *HD* ‖ respondit *HD* intercapedonum. haec *MH*, intercapedo (*ex* intercapedinum) haec *D* ‖ 30. si ridicule *H* ‖ 32. etiam non *Lambinus*, non etiam *Ψ* ‖ 33. depsit] dempsit *MH* (dēpsit *H*), demsit *D*

impudentius'; atqui neutrum est opscenum. stultorum plena sunt omnia: 'testes' verbum honestissimum in iudicio, alio loco non nimis; et honesti 'colii Lanuini', 'Cliternini' non honesti. quid? ipsa res modo honesta, modo turpis: suppedet, flagitium est; iam erit nudus in balneo, non reprendes. habes scholam Stoicam: ὁ σοφὸς εὐθυρρημονήσει. quam multa ex uno verbo tuo! te adversus me omnia audere gratum est: ego servo et servabo — sic enim adsuevi — Platonis verecundiam; itaque tectis verbis ea ad te scripsi, quae apertissimis agunt Stoici; sed illi etiam crepitus aiunt aeque liberos ac ructus esse oportere. honorem igitur K. Martiis. tu me diliges et valebis.

XXIII. (241.)

CICERO PAETO.

Here veni in Cumanum; cras ad te fortasse, sed, cum certum sciam, faciam te paulo ante certiorem; etsi M. Caeparius, cum mihi in silva Gallinaria obviam venisset quaesissemque, quid ageres, dixit te in lecto esse, quod ex pedibus laborares; tuli scilicet moleste, ut debui, sed tamen constitui ad te venire, ut et viderem te et viserem et cenarem etiam; non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere. exspecta igitur hospitem cum minime edacem, tum inimicum cenis sumptuosis.

XXIV. (361.)

CICERO PAETO S. D.

1 Rufum istum, amicum tuum, de quo iterum iam ad me scribis, adiuvarem, quantum possem, etiamsi ab eo laesus essem, cum te tantopere viderem eius causa laborare; cum vero et ex tuis litteris et ex illius ad me missis intellegam et iudicem magnae curae ei salutem meam fuisse, non possum ei non amicus esse, neque solum tua commendatione, quae apud me, ut debet, valet plurimum, sed etiam voluntate ac iudicio meo. volo enim te scire, mi Paete, initium mihi suspicionis et cautionis et diligentiae fuisse litteras tuas, quibus litteris congruentes fuerunt aliae postea multorum:

3. et *Wesenberg*, at *D*, ad *MH* ‖ colii lanuini] colei lanuuini ς ‖ 4. suppedet ς *et Baiter*, suppendet *MD*, suspendet *H*. suppedit *alii*, *fort. recte* ‖ 5. scolam *Ψ* ‖ 6. *ευθυρημονεσει M*, *ευθυρυμονησει HD* ‖ 7. est *om. H* ‖ 10. honorem *M*, honor est *HD* ‖ *post* igitur *lacunam statuit Wesenberg* ‖ 14. here *M*, heri *HD* (*M*[r]) ‖ 15. etsi *M*, ut sis *HD* ‖ 21. sumpt|uosis, 1 *litt. er.*, *M* ‖ 23. S. D. *om. HD* ‖ 24. Rursum istum amicum *ex* Rursum amicum *H*[2] ‖ 25. possum *H* ‖ 26. tanto opere ς

nam et Aquini et Fabrateriae consilia sunt inita de me, quae te video inaudisse, et, quasi divinarent, quam eis molestus essem futurus, nihil aliud egerunt, nisi me ut opprimerent; quod ego non suspicans incautior fuissem, nisi a te admonitus essem; quamobrem iste tuus amicus apud me commendatione non eget. utinam ea fortuna rei p. sit, ut ille † meum gratissimum possit cognoscere! sed haec hactenus. te ad cenas itare desisse moleste fero; magna 2
enim te delectatione et voluptate privasti; deinde etiam vereor — licet enim verum dicere —, ne nescio quid illud, quod solebas, dediscas et obliviscare, cenulas facere; nam, si tum, cum habebas, quos imitarere, non multum proficiebas, quid nunc te facturum putem? Spurinna quidem, cum ei rem demonstrassem et vitam tuam superiorem exposuissem, magnum periculum summae rei p. demonstrabat, nisi ad superiorem consuetudinem tum, cum Favonius flaret, revertisses; hoc tempore ferri posse, si forte tu frigus ferre non posses. sed mehercule, mi Paete, extra iocum moneo te, quod 3
pertinere ad beate vivendum arbitror, ut cum viris bonis, iucundis, amantibus tui vivas: nihil est aptius vitae, nihil ad beate vivendum accommodatius; nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitae atque victus remissionemque animorum, quae maxime sermone efficitur familiari, qui est in conviviis dulcissimus, ut sapientius nostri quam Graeci: illi συμπόσια aut σύνδειπνα, id est compotationes aut concenationes, nos 'convivia', quod tum maxime simul vivitur. vides, ut te philosophando revocare coner ad cenas. cura, ut valeas; id foris cenitando facillime consequere. sed cave, 4
si me amas, existimes me, quod iocosius scribam, abiecisse curam rei p. sic tibi, mi Paete, persuade, me dies et noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi ut mei cives salvi liberique sint: nullum locum praetermitto monendi, agendi, providendi; hoc denique animo sum, ut, si in hac cura atque administratione vita mihi ponenda sit, praeclare actum mecum putem. etiam atque etiam vale.

2. inaudisse] *cf. Ribbeck fr. com.*[2] *p.* CIX ‖ eis] his *Ψ*, iis ς ‖ 4. essem *ex* esse *M*[c] ‖ 6. meum *MH*, me meum *D*. me unum *Baiter* (*cf. Krauss 'ep. em.' p.* 29 *sq.*), me quam ς, me *vel* me omnium *vel* me virum *vel* me hominem *Wesenberg*, me amicum *Starker* (*'symb. crit.' p.* 23), meum animum *Klotz* ‖ 7. actenus *MH*[1], hactenus *corr. H*[1] ‖ itare desisse *MD*[1], ita resedisse *HD*[2] ‖ 13. exposuissem ‖ 14. superiorem *om. H*[1], *in mg. add. H*[2] ‖ 16. posses *ex* posse *M*[1] ‖ sed *M*, et *HD* ‖ iocum *D*, locum *MH* ‖ 18. est *M*, *om. HD* ‖ nihil *ex* nihi *M*[1] ‖ beatae (-te *H*) *MH* ‖ 20. maximae *M* ‖ 22. symposia aut syndipna *Ψ* ‖ 22. id est ‖ 23. concenationes *cum aliis del. Ruhnken ad Vell.* II, 23, 6 ‖ 23. 24. simul maxime *H* ‖ 26. iocosius *ex* locosius *M*[c] ‖ 31. actum mecum *M*, actum meum *H*, mecum actum *D*

XXV. (115.)

CICERO IMP. PAETO.

1 Summum me ducem litterae tuae reddiderunt: plane nesciebam te tam peritum esse rei militaris; Pyrrhi te libros et Cineae video lectitasse. itaque optemperare cogito praeceptis tuis, hoc amplius, navicularum habere aliquid in ora maritima: contra equitem Parthum negant ullam armaturam meliorem inveniri posse. sed quid ludimus? nescis, quo cum imperatore tibi negotium sit: *παιδείαν Κύρου*, quam contrieram legendo, totam in hoc imperio explicavi.
2 sed iocabimur alias coram, ut spero, brevi tempore: nunc ades ad imperandum — vel ad parendum potius —, sic enim antiqui loquebantur. cum M. Fadio, quod scire te arbitror, mihi summus usus est, valdeque eum diligo cum propter summam probitatem eius ac singularem modestiam, tum quod in eis controversiis, quas habeo
3 cum tuis combibonibus Epicuriis, optima opera eius uti soleo. is cum ad me Laodiceam venisset mecumque ego eum esse vellem, repente percussus est atrocissimis litteris, in quibus scriptum erat fundum Herculanensem a Q. Fadio fratre proscriptum esse, qui fundus cum eo communis esset. id M. Fadius pergraviter tulit existimavitque fratrem suum, hominem non sapientem, inpulsu inimicorum suorum eo progressum esse. nunc, si me amas, mi Paete, negotium totum suscipe; molestia Fadium libera. auctoritate tua nobis opus est et consilio et etiam gratia: noli pati litigare fratres et iudiciis turpibus conflictari; Matonem et Pollionem inimicos habet Fadius. quid multa? non mercule tam perscribere possum, quam mihi gratum feceris, si otiosum Fadium reddideris: id ille in te positum esse putat mihique persuadet.

---

5. hoc amplius *cet.*] *cf. C. F. W. Müller ad Cic. de off. p.* 186 *sq.* || 6. 7. equitem Parthum (phartum *Ψ*)] *cf. Wölfflin ad bell. Afr.* 61, 2 (frenatus eques) || 9. contriueram ς || implicaui *H* || 10. 11. ad imperandum] *Sall. Iug.* 62, 8: 'cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur', *Fronto p.* 140, 4 *N.*: 'latentia (verba) eliciemus atque ad imperandum indagabimus'. *Sallustiano loco nisus* vel ad parendum potius *verba del. Cobet* (*Mnemos.* VIII. 1880. *p.* 190), *etiam verba* sic — loqueb. *suspecta Tyrrellio* || 12. Fadio *Orelli,* fabio *Ψ. et sic porro* || 14. eis] iis *M*, his *HD* || 15. Epicuriis *Baiter,* -ris *Ψ*, -reis *alii* 16. laodiceam *M*, -iam *HD* || 18. Herculanensem] *cf. C. I. L.* X *p.* 156 21. mi, i *in ras.* $M^c H$ || 24. iudicibus *H* || mattonem *H* || 25. mehercule *HD*

XXVI. (238.)

CICERO PAETO S. D.

Accubueram hora nona, cum ad te harum exemplum in codi- 1 cillis exaravi. dices: 'ubi?' apud Volumnium Eutrapelum, et quidem supra me Atticus, infra Verrius, familiares tui. miraris tam exhilaratam esse servitutem nostram? quid ergo faciam? — te consulo, qui philosophum audis —. angar, excruciem me? quid adsequar? deinde quem ad finem? 'vivas', inquis, 'in litteris.' an quicquam me aliud agere censes aut posse vivere, nisi in litteris viverem? sed est earum etiam non satietas, sed quidam modus: a quibus cum discessi, etsi minimum mihi est in cena — quod tu unum ζήτημα Dioni philosopho posuisti —, tamen, quid potius faciam, prius quam me dormitum conferam, non reperio. audi reli- 2 qua: infra Eutrapelum Cytheris accubuit. 'in eo igitur', inquis, 'convivio Cicero ille,

quem aspectabant, cuius ob os Grai ora obvertebant sua?'

non mercule suspicatus sum illam adfore; sed tamen ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, cum esset obiectum habere eum Laida: 'habeo', inquit, 'non habeor a Laide' — Graece hoc melius; tu, si voles, interpretabere —; me vero nihil istorum ne iuvenem quidem movit umquam, ne nunc senem: convivio delector; ibi loquor, 'quod in solum', ut dicitur, et gemitum in risus maximos transfero. an tu id melius, qui etiam philosophum inriseris: cum 3 ille, 'si quis quid quaereret', dixisset, 'cenam te quaerere a mane' dixeris? ille baro te putabat quaesiturum, unum caelum esset an innumerabilia. 'quid ad te?' at hercule †cena non quid ad te

3. harum ⟨litterarum⟩ *alii. cf. Lehmann p.* 10 ‖ exemplum *ex* extemplum *radendo M* ‖ 7. excruciem *M*[1] *HD*, excruciemne *M*[c] ‖ 8. in *om. H* ‖ 9. posse *Starker* ('*symb. crit.*' *p.* 24), possem *Ψ* ‖ 9. 10. in litteris uiuere *M* ‖ 12. zetema *Ψ* ‖ philosopho *del. Boot* '*obs. crit.*' *p.* 20 ‖ 16. *Ribbeck fr. trag.*[2] *p.* 248 ‖ aspectabant] aspectabam *MH*, *et D*[1] *in mg.*, expectabam *D*[1] ‖ grai lora *Ψ* ‖ sua *om. H*, *sup. scr. D*[1] ‖ 17. mehercule *HD* ‖ ne *om. M* ‖ 19. inquit ⟨Laida⟩, non *Wesenberg* (*sic iam* ς) *nisi delerentur* a Laide *verba, id quod voluerunt Muretus* ('*var. lect.*' VI *c.* 7) *aliique. testimonia Graeca v. ap. Sternbachium Wiener Studien* IX. 1887. *p.* 204 ‖ 20. interpretauere *M*[1], *corr. M*[c] ‖ 22. quod in solum] *cf. Otto* '*Sprichw. d. Römer*' *p.* 328 ‖ in r.] et in r. *Ψ* ‖ 23. philosophum] in ph. *Ψ* ‖ cum] ⟨et⟩ cum *Ernesti*, ⟨qui⟩ cum *Wesenberg*, cum⟨que⟩ *Lehmann* (*p.* 107) ‖ 24. quid *H*, quidquid *MD* ‖ 26. quid ⟨hoc⟩ *Schütz*, quid ⟨id⟩ *Baiter. at v. C. F. W. Müller Cic. op.* II, 1 *ad p.* 183, 17 *et Lehmann p.* 66 ‖ at (ad *M*, *om. HD*) hercule cena non quid ad te tibi (*hoc v. om. H*) pr.] at hercule cena numquid ad te? ibi praesertim ς, at h. cena nimium quantum ad te; ibi pr. *Schütz*, at h. cena non est negligenda (*vel sim.*), tibi pr. *Wesenberg. mihi Cicero quo ad fictam quaestionem respondeat, redire videtur ad illud suum cum Cytheride convivium; praeterea Graeca latere puto. nec tamen sufficere*

4 tibi praesertim. sic igitur vivitur: cotidie aliquid legitur aut scribitur; dein, ne amicis nihil tribuamus, epulamur una, non modo non contra legem, si ulla nunc lex est, sed etiam intra legem et quidem aliquanto; quare nihil est, quod adventum nostrum extimescas: non multi cibi hospitem accipies, multi ioci.

X.

I. (340.)

CICERO PLANCO.

1 Et afui proficiscens in Graeciam et postea quam de meo cursu rei p. sum voce revocatus, numquam per M. Antonium quietus fui, cuius tanta est, non insolentia — nam id quidem vulgare vitium

credo si quis scribat: at hercule γύναιον quid ad te, ibi praesertim?, *nam displicent et* at hercule *interrogativa et* ibi *pro* illic *positum. quapropter etiam* quid ad te *verbis Graeca — nam Latina frustra quaesivi — subesse crediderim, sic fere:* at hercule γύναιον προσκοπή, tibi praesertim! *tu vel philosophum derides idque ad me pertinere negas, ego si brevi cum meretricula conversatione utor, offendo — te praesertim, hominem mulierosum. cf. ann. phil.* **1891** *p.* **341** | 5. accipies, ⟨sed⟩ *alii. inutiliter* || ioci *D*, loci *MH* || loci. M. TVLLI CICERONIS EPISTVLARVM AD VARRONEM ET CETEROS EXPLI. INC. AD L. PLANCVM FELICITER *M* || 6. *Libro decimo in M — HD carent — hic praemissus est index:* 1. CICERO PLANCO | ET AFVI PROFICISCENS || 2. CICERO PLANCO SAL. | MEVM STVDIVM || 3. CICERO PLANCO SAL. | CVM IPSVM FVRNIVM || 4. PLANCVS CICERONI | GRATISSIMI (*ult.* I *quoque in ras.*) MIHI || 5. CICERO PLANCO SAL. | BINAS A TE ACCEPI LITTERAS || 6. CICERO PLANCO | QVAE LOCVTVS EST || 7. PLANCVS CICERONI | PLVRA TIBI DE MEIS || 8. PLANCVS IMP. COS. DESIG. S. D. | COS. P. R. TR. PL. || 9. PLANCVS CICERONI SAL. | NIHIL ME TIBI TEMERE || 10. CICERO PLANCO | ETSI SATIS EX FVRNIO || 11. PLANCVS CICERONI | INMORTALIS AGO TIBI GRATIAS || 12. CICERO PLANCO | ETSI REIP. CAVSA || 13. CICERO PLANCO | VT PRIMVM MIHI POTESTAS || 14. CICERO PLANCO SAL. | O GRATAM FAMAM || 15. PLANCVS CICERONI | HIS LITTERIS SCRIPTIS || 16. CICERO PLANCO | NIHIL POST HOMINVM || 17. PLANCVS CICERONI | ANTONIVS IDVS MAI. || 18. PLANCVS CICERONI | QVID IN ANIMO HABERIM (*sic*) || 19. CICERO PLANCO | QVAMQVAM GRATIARVM || 20. CICERO PLANCO | ITA ERANT OMNIA || 21. PLANCVS CICERONI | PVDERET ME || 22. CICERO PLANCO | IN TE ET IN COLLEGA || 23. PLANCVS CICERONI | NVMQVAM MEHERCVLES || 24. PLANCVS IMP. COS. DESIG. | S. D. CICERONI FACERE || 25. CICERO S. D. FVRNIO | SI INTEREST || 26. M. CICERONI (*sic*) S. D. C. FVR | NIO LECTIS TVIS LITTERIS || 27. CICERO LEPIDO SAL. | QVOD MIHI PRO SVMMA || 28. CICERO TREBONIO SAL. | QVAMQVAM VELLEM AD ILLAS || 29. CICERO APPIO SAL. | DE MEO STVDIO || 30. GALBA CICERONI SAL. | AD XVII. KAL. MAI. || 31. CASINIVS POLIO CICERONI | S. D. MINIME MIRVM || 32. CASINIVS POLIO CICERONI | BALBVS QVAESTOR || 33. POLLIO CICERONI SAL. | PLVRIMAM. S. V. B. E. E. Q. V. || 34. LEPIDVS IMP. ITER. PONTIFEX | MAX. S. D. M. TVLLIO CICERONI || 35. M. LEPIDVS IMP. ITER PONTIFEX MAX. || 8. afui *M*, affui *HD*[1], abfui D[2] || meo] medio ς, *bene*

est —, sed immanitas, non modo ut vocem, sed ne vultum quidem liberum possit ferre cuiusquam. itaque mihi maximae curae est non de mea quidem vita, cui satis feci vel aetate vel factis vel, si quid etiam hoc ad rem pertinet, gloria, sed me patria sollicitat in primisque, mi Plance, exspectatio consulatus tui, quae ita longa est, ut optandum sit, ut possimus ad id tempus rei p. spiritum ducere: quae potest enim spes esse in ea re p., in qua hominis impotentissimi atque intemperantissimi armis oppressa sunt omnia et in qua nec senatus nec populus vim habet ullam nec leges ullae sunt nec iudicia nec omnino simulacrum aliquod ac vestigium civitatis? sed, quoniam acta omnia mitti ad te arbitrabar, nihil erat, 2
quod singulis de rebus scriberem; illud autem erat amoris mei, quem a tua pueritia susceptum non servavi solum, sed etiam auxi, monere te atque hortari, ut in rem p. omni cogitatione curaque incumberes: quae si ad tuum tempus perducitur, facilis gubernatio est; ut perducatur autem, magnae cum diligentiae est, tum etiam fortunae. sed et te aliquanto ante, ut spero, habebimus et, praeter- 3
quam quod rei p. consulere debemus, tamen tuae dignitati ita favemus, ut omne nostrum consilium studium, officium operam, laborem diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus: ita facillime et rei p., quae mihi carissima est, et amicitiae nostrae, quam sanctissime nobis colendam puto, me intellego satis facturum. Furnium nostrum tanti a te fieri, quantum ipsius humanitas et 4
dignitas postulat, nec miror et gaudeo teque hoc existimare volo, quicquid in eum iudicii officiique contuleris, id ita me accipere, ut in me ipsum te putem contulisse.

II. (341.)

CICERO PLANCO S.

Meum studium honori tuo pro necessitudine nostra non de- 1
fuisset, si aut tuto in senatum aut honeste venire potuissem; sed nec sine periculo quisquam libere de re p. sentiens versari potest in summa inpunitate gladiorum nec nostrae dignitatis videtur esse

---

2. maxime *ex* maximę *radendo H* ‖ 3. de *quibusdam suspectum* ‖ factis D^2, facetiis *ex* facetis M^1, facetiis D^1, facetus *H* ‖ 4. 5. sollicitat inprimisque *M*, sollicitatum primisque *H*, *et*, *ex* sollicitum primisque, *D* ‖ 5. mi *HD*, me *M* 6. possimus *ex* possumus M^1 ‖ tempus *om. HD* ‖ 16. magnae cum *M*, cum magne *D*, magnae *H* ‖ est tum *MD*, est tuaeque curae tum *H* ‖ 17. aliquando *HD* ‖ 18. tamen] etiam *Wesenberg* ‖ 25. indicii] studii *Pluggers* (*Mnemos.* I. 1873. *p.* 65) *et Lehmann* (*p.* 28), *at cf.* X. 23, 7 (*Plancus*), *Nipperdey ad Tac. A.* IV, 39, *Zangemeister ad C. I. L.* IV 1074 ‖ officiique *ex* officii qui M^c ‖ 28. S. *om. HD* ‖ 32. dignitatis *ex* -ti M^c, *ut vid.*

ibi sententiam de re p. dicere, ubi me et melius et propius audiant
2 armati quam senatores. quapropter in privatis rebus nullum neque
officium neque studium meum desiderabis, ne in publicis quidem,
si quid erit, in quo me interesse necesse sit, unquam dero, ne cum
periculo quidem meo, dignitati tuae; in eis autem rebus, quae
nihilo minus, ut ego apsim, confici poterunt, peto a te ut me
rationem habere velis et salutis et dignitatis meae.

III. (350.)

CICERO PLANCO S.

1 Cum ipsum Furnium per se vidi libentissime, tum hoc liben-
tius, quod illum audiens te videbar audire; nam et in re militari
virtutem et in administranda provincia iustitiam et in omni genere
prudentiam mihi tuam exposuit et praeterea mihi non ignaram in
consuetudine et familiaritate suavitatem tuam; adiunxit praeterea
summam erga se liberalitatem: quae omnia mihi iucunda, hoc
2 extremum etiam gratum fuit. ego, Plance, necessitudinem con-
stitutam habui cum domo vestra ante aliquanto, quam tu natus
es, amorem autem erga te ab ineunte pueritia tua, confirmata iam
aetate familiaritatem cum studio meo, tum iudicio tuo constitutam:
his de causis mirabiliter faveo dignitati tuae, quam mihi tecum
statuo † habere esse communem. omnia summa consecutus es
virtute duce, comite fortuna, eaque es adeptus adulescens multis
invidentibus, quos ingenio industriaque fregisti: nunc, me aman-
tissimum tui, nemini concedentem, qui tibi vetustate necessitudinis
potior possit esse, si audies, omnem tibi reliquae vitae dignitatem
3 ex optimo rei p. statu adquires. scis profecto — nihil enim te
fugere potuit — fuisse quoddam tempus, cum homines existimarent
te nimis servire temporibus, quod ego quoque existimarem, te si
ea, quae patiebare, probare etiam arbitrarer; sed, cum intellegerem,
quid sentires, prudenter te arbitrabar videre, quid posses. nunc
alia ratiost: omnium rerum tuum iudiciumst idque liberum. consul

2. 3. neque off. D^2, aeque off. *MH*, eque off. D^1 || 4. necesse sit *HD*, necessit *M* || deero *HD* || 5. eis] iis *M*, his *HD* || 6. poterunt *H*, possunt poterunt, *deleto* possunt *a m.* 1, *D*, potest˜ (*in fine vs.*) *M* || a te peto ut *H* || 13. praeterea *quibusdam suspectum* || ignaram *HD*, ignatam *M*, ignotam ς || 14. consuetudine *ex* -nem *radendo M* || 15. summa *M* || 17. tu *om. H* || 19. constitutam *om.* ς, *ex* consociatam (*vel sim.*) *ortum putavit Orelli* || 21. habere esse *M*, habere et esse *HD*. habere ς, debere esse *Victorius: utrumque bonum* || 26. adquire *HD* || 30. prudenter te *D*, prudentem˜ te *H*, te *M* || 31. ratiost M^1, ratio est M^c *HD* || iudiciumst M^1, iudicium est M^c *HD*

es designatus, optima aetate, summa eloquentia, maxima orbitate rei p. virorum talium: incumbe, per deos immortalis! in eam curam et cogitationem, quae tibi summam dignitatem et gloriam adferat: unus autem est, hoc praesertim tempore, per tot annos re p.
devexata, rei p. bene gerendae cursus ad gloriam. haec amore 4
magis impulsus scribenda ad te putavi, quam quo te arbitrarer monitis et praeceptis egere; sciebam enim ex eisdem te haec haurire fontibus, ex quibus ipse hauseram: quare modum faciam. nunc tantum significandum putavi, ut potius amorem tibi ostenderem meum, quam ostentarem prudentiam. interea, quae ad dignitatem tuam pertinere arbitrabor, studiose diligenterque curabo.

IV. (355.)

PLANCVS CICERONI.

Gratissimae mihi tuae litterae fuerunt, quas ex Furnii sermone 1
te scripsisse animadverti. ego autem praeteriti temporis excusationem adfero, quod te profectum audieram nec multo ante redisse scii, quam ex epistula tua cognovi; nullum enim in te officium, ne minimum quidem, sine maxima culpa videor posse praeterire. in quo tuendo habeo causas plurimas vel paternae necessitudinis vel meae a pueritia opservantiae vel tui erga me mutui amoris.
quare, mi Cicero, quod mea tuaque patitur aetas, persuade tibi te 2
unum esse, in quo ego colendo patriam mihi constituerim sanctitatem. omnia igitur tua consilia mihi non magis prudentiae plena, quae summa est, videntur quam fidelitatis, quam ego ex mea conscientia metior: quare, si aut aliter sentirem, certe admonitio tua me reprimere, aut, si dubitarem, hortatio impellere posset, ut id sequerer, quod tu optimum putares: nunc vero quid est, quod me in aliam partem trahere possit? quaecumque in me bona sunt aut fortunae beneficio tributa aut meo labore parta, etsi a te propter amorem carius sunt aestimata, tamen vel inimicissimi iudicio tanta
sunt, ut praeter bonam famam nihil desiderare videantur. quare 3
hoc unum tibi persuade, quantum viribus eniti, consilio providere, auctoritate movere potuero, hoc omne rei p. semper futurum. non est ignotus mihi sensus tuus: neque, si facultas — optabilis mihi quidem — tui praesentis esset, umquam a tuis consiliis discrepa-

1. orbitata *M* ‖ 5. devexata] divexata ς, *bene* ‖ 7. eisdem] iisdem *M*, hisdem *HD* ‖ 11. 15. te sermone *D* ‖ 16. audieroam *M* ‖ 17. scii *Baiter*, sciis *M*, sciui *HD*. *cf. Neue 'Formenl. d. lat. Spr.'* II[2] *p.* 522 ‖ 20. pueritia ||, 1 *litt.* (*e?*) *eras., M* ‖ obseruantiae *ex* ops. *M*[1] ‖ 33. monere *M H*, monere *M D*

rem, nec nunc committam, ut ullum meum factum reprehendere
4 iure possis. sum in exspectatione omnium rerum, quid in Gallia citeriore, quid in urbe mense Ianuario geratur, ut sciam. interim maximam hic sollicitudinem curamque sustineo, ne inter aliena vitia hae gentes nostra mala suam putent occasionem. quod si proinde, ut ipse mereor, mihi successerit, certe et tibi, cui maxime cupio, et omnibus viris bonis satis faciam. fac valeas meque mutuo diligas.

V. (356.)

CICERO PLANCO S.

1 Binas a te accepi litteras eodem exemplo, quod ipsum argumento mihi fuit diligentiae tuae, intellexi enim te laborare, ut ad me mihi exspectatissimae litterae perferrentur. ex quibus cepi fructum duplicem mihique in comparatione difficilem ad iudicandum, amoremne erga me tuum an animum in rem p. pluris aestimandum putarem. est omnino patriae caritas meo quidem iudicio maxima, sed amor voluntatisque coniunctio plus certe habet suavitatis. itaque commemoratio tua paternae necessitudinis benevolentiaeque eius, quam erga me a pueritia contulisses, ceterarumque rerum, quae ad eam sententiam pertinebant, incredibilem mihi
2 laetitiam attulerunt. rusus declaratio animi tui, quem haberes de re p. quemque habiturus esses, mihi erat iucundissima, eoque maior erat haec laetitia, quod ad illa superiora accedebat. itaque te non hortor solum, mi Plance, sed plane etiam oro, quod feci eis litteris, quibus tu humanissime respondisti, ut tota mente omnique animi impetu in rem p. incumbas: nihil est, quod tibi maiori fructui gloriaeque esse possit, nec quicquam ex omnibus rebus humanis
3 est praeclarius aut praestantius quam de re p. bene mereri. adhuc enim — patitur tua summa humanitas et sapientia me, quod sentiam, libere dicere — fortuna suffragante videris res maximas consecutus, quod quamquam sine virtute fieri non potuisset, tamen ex maxima parte ea, quae es adeptus, fortunae temporibusque tribuuntur: his temporibus difficillimis rei p. quicquid subveneris,

1. committam] omittam Ψ ‖ 3. ut sciam *del. alii.* ⟨fac⟩ *vel* ⟨tu fac⟩ ut sciam *Wesenberg,* ⟨fac igitur⟩ ut sc. *Lehmann* (*p.* 7). *nil mutandum* 8. mutuo *HD*, multo *M* ‖ 15. rem] re Ψ ‖ 19. 20. caeterarumque *MH* 21. attulerunt (protulerunt *D*) *recte tenet Schmalz* (*Berl. phil. Wochenschr.* 1884 *p.* 179, 1). attulerat *Lambinus,* attulit ς *et Baiter* ‖ rusus M^1, rursus M^c*HD* ‖ tui *om. D* ‖ 23. laeticia haec *H* ‖ 24. mi plance solum *H* ‖ eis] his Ψ, iis ς ‖ 26. rem *D*, re *MH* ‖ maioris *M* ‖ 29. 30. quid sentiam *Wesenberg* ‖ 30. res *ex* rex M^c ‖ 31. uirtute fieri non potuisset (*in D ult.* t *inter scrib. ex* s *facta*) *HD*, uirtute non potuisset M^1, u. n. potuisses M^c

id erit totum et proprium tuum. incredibilest omnium civium latronibus exceptis odium in Antonium, magna spes in te et in tuo exercitu, magna exspectatio, cuius, per deos! gratiae gloriaeque cave tempus amittas. sic moneo ut filium, sic faveo ut mihi, sic hortor ut et pro patria et amicissimum.

VI. (372.)

CICERO PLANCO.

Quae locutus est Furnius noster de animo tuo in rem p., ea 1
gratissima fuerunt senatui, p. R. probatissima; quae autem tuae
recitatae sunt litterae in senatu, nequaquam consentire cum Furnii
oratione visae sunt; pacis enim auctor eras, cum collega tuus, vir
clarissimus, a foedissimis latronibus opsideretur, qui aut positeis
armis pacem petere debent, aut, si pugnantes eam postulant,
victoria pax, non pactione pariendast. sed, de pace litterae vel
Lepidi vel tuae quam in partem acceptae sint, ex viro optimo,
fratre tuo, et ex C. Furnio poteris cognoscere. me autem impulit 2
tui caritas, ut, quamquam nec tibi ipsi consilium deesset et fratris
Furniique benivolentia fidelisque prudentia tibi praesto esset futura,
vellem tamen meae quoque auctoritatis pro plurimis nostris ne-
cessitudinibus praeceptum ad te aliquod pervenire. crede igitur
mihi, Plance, omnis, quos adhuc gradus dignitatis consecutus sis
— es autem adeptus amplissimos —, eos honorum vocabula habi-
turos, non dignitatis insignia, nisi te cum libertate populi R. et
cum senatus auctoritate coniunxeris. seiunge te, quaeso, aliquando
ab eis, cum quibus te non tuum iudicium, sed temporum vincla
coniunxerunt. complures in perturbatione rei p. consules dicti, 3
quorum nemo consularis habitus nisi qui animo extitit in rem p.

---

1. proprium] proprie *Lambinus* ‖ incredibile est *HD* ‖ 3. gloriae que *ex* gloriae quae *radendo M* ‖ 4. faveo] suadeo *L. Müller* (*ann. phil.* 1866 *p.* 397). *equidem, si quid corruptum sit — conferri possunt r. c.* X, 3, 2: 'his de causis mirabiliter faveo dignitati tuae, quam mihi tecum statuo debere esse communem' —, mihi *potius mutem* (*non tamen placet iam, quod aliquando conieci, minori*: *ad Att.* I, 5, 2: 'eas litteras ad eum misi, quibus et placarem ut fratrem et monerem ut minorem et obiurgarem ut errantem') ‖ 9. p. R.] populoque Romano *alii* ‖ tuae *HD, om. M* ‖ 10. sunt litterae *HD*, litterae sunt *M* ‖ 12. obs. *ex* ops. *M*[1] ‖ 12. 13. aut positeis armis] aut possit eis armis *M*, haud possint armis *H*, haud possunt armis *D* ‖ 14. parienda est *HD* ‖ 16. fratre tuo *in ras. M*[1] ‖ 21. dignitatis gradus *H* ‖ 22. es — amplissimos *om. H* ‖ 23. te cum libertate *ex* tecum libertate *H*[1], te cum libertatem *D*, tecum libertatem *M* ‖ 25. eis] his *Ψ*, iis *ς* ‖ uincula *HD* ‖ 26. perturbatione *ex* perbatione *M*[c] ‖ consules] consulares *Kleyn* (*p.* 9) *coll. Cic. Philipp.* VII 5, *speciosius quam verius: ad alia enim tempora hic, ad alia ille locus spectat* ‖ 27. est *post* nemo *add. Klotz*, *post* habitus *Baiter*; habetur *commendavit Gitlbauer* (*Wiener Studien* I *p.* 80), *iniuria puto omnes*

consulari. talem igitur te esse oportet, qui primum te ab impiorum civium tui dissimillimorum societate seiungas, deinde et senatui bonisque omnibus auctorem, principem, ducem praebeas, postremo ut pacem esse iudices non in armis positis, sed in abiecto armorum et servitutis metu. haec si et ages et senties, tum eris non modo consul et consularis, sed magnus etiam consul et consularis; sin aliter, tum in istis amplissimis nominibus honorum non modo dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas. haec impulsus benevolentia scripsi paulo severius, quae tu in experiendo ea ratione, quae te digna est, vera esse cognosces. d. XIII K. Apr.

VII. (369.)

PLANCVS CICERONI.

1 Plura tibi de meis consiliis scriberem rationemque omnium rerum redderem verbosius, quo magis iudicares omnia me rei p. praestitisse, quae et tua exhortatione excepi et mea adfirmatione tibi recepi — non minus enim a te probari quam diligi semper volui, nec te magis in culpa defensorem mihi paravi, quam praedicatorem meritorum meorum esse volui —; sed breviorem me duae res faciunt: una, quod publicis litteris omnia sum persecutus, altera, quod M. Varisidium, equitem R., familiarem meum, ipsum
2 ad te transire iussi, ex quo omnia cognoscere posses. non medius fidius mediocri dolore adficiebar, cum alii occupare possessionem laudis viderentur, sed usque mihi temperavi, dum perducerem eo rem, ut dignum aliquid et consulatu meo et vestra expectatione efficerem; quod spero, si me fortuna non fefellerit, me consecuturum, ut maximo praesidio rei p. nos fuisse et nunc sentiant homines et in posterum memoria teneant. a te peto, ut dignitati meae suffrageris et, quarum rerum spe ad laudem me vocasti, harum fructu in reliquum facias alacriorem. non minus posse te quam velle exploratum mihi est. fac valeas meque mutuo diligas.

---

1. consulari ς, consularis Ψ, *quod in hoc sententiarum nexu cum Lehmanno (p. 83) teneri posse non credo* ‖ 2. 3. et senatui] te senatui *alii* ‖ 4. ut *suspectum Baitero* ‖ 7. tum *HD*, tu *M* ‖ 9. tu in exp. ea ratione] tu in exp. in ea ratione Ψ. tu exp. eam rationem *Gitlbauer* (*l. c. p.* 81), tu in exp. inita ratione *Kleyn* (*p.* 40), *cf. Boot 'obs. crit.' p.* 21 ‖ **10.** XIII *MH*, III *D* ‖ 15. exhortatione *H*, *et ex* ethortatione *M*c, et exhortatione *D*

VIII. (370.)

PLANCVS IMP. COS. DESIG. S. D. COS. PR. TR. PL. SENATVI POPVLO PLEBIQVE ROMANAE.

Si cui forte videor diutius et hominum exspectationem et spem 1
rei p. de mea voluntate tenuisse suspensam, huic prius excusandum
me esse arbitror quam de insequenti officio quicquam ulli polli-
cendum; non enim praeteritam culpam videri volo redemisse, sed
optimae mentis cogitata iampridem maturo tempore enuntiare. non 2
me praeteribat in tanta sollicitudine hominum et tam perturbato
statu civitatis fructuosissimam esse professionem bonae voluntatis,
magnosque honores ex ea re complures consecutos videbam; sed,
cum in eum casum me fortuna demisisset, ut aut celeriter polli-
cendo magna ipse ad proficiendum impedimenta opponerem aut,
si in eo mihi temperavissem, maiores occasiones ad opitulandum
haberem, expeditius iter communis salutis quam meae laudis esse
volui. nam quis in ea fortuna, quae mea est, et ab ea vita, quam
in me cognitam hominibus arbitror, et cum ea spe, quam in mani-
bus habeo, aut sordidum quicquam pati aut perniciosum concu-
piscere potest? sed aliquantum nobis temporis et magni labores 3
et multae impensae opus fuerunt, ut, quae rei p. bonisque omnibus
polliceremur, exitu praestaremus neque ad auxilium patriae nudi
cum bona voluntate, sed cum facultatibus accederemus. confirman-
dus erat exercitus nobis, magnis saepe praemiis sollicitatus, ut ab
re p. potius moderata quam ab uno infinita speraret; confirmandae
complures civitates, quae superiore anno largitionibus concessioni-
busque praemiorum erant obligatae, ut et illa vana putarent et
eadem a melioribus auctoribus petenda existimarent; eliciendae
etiam voluntates reliquorum, qui finitimis provinciis exercitibusque
praefuerunt, ut potius cum pluribus societatem defendendae liber-
tatis iniremus, quam cum paucioribus funestam orbi terrarum
victoriam partiremur. muniendi vero nosmet ipsi fuimus aucto exer- 4
citu auxiliisque multiplicatis, ut, cum praeferremus sensus aperte,

3. populo plebique Romanae] *cf. Mommsen* '*r. Staatsr.*' III, 1 *p.* 6, 4 ‖ 8. optimae] optime *MH*, optima *D* ‖ 12. dimisisset *H* ‖ 13. ipse *scripsi* — *item Landgraf* '*Unters. z. Caesar*' *p.* 46, 1 —, in spe *Ψ*. mihi ipse *Rutilius* ‖ ad proficiendum] ad perficiendum — *sic ς quoque* — *C. F. Hermann* (*Philol.* X *p.* 239), *inutiliter* ‖ 15. salutis *HD*, satis *M* ‖ 19. labores] laboris *Ψ* ‖ 20. bonisque *ex* bonis quae *radendo M* ‖ 22. facultate *D* ‖ 27. eliciendae] alliciendae *alii* ‖ 28. exercitibus *HD* ‖ 29. praefuerunt] praesunt *Wesenberg*, *iniuria* 30. inirent *et* 31. partirentur *voluit H. Schwarz* ('*miscell. philol.*' *diss. Lips.* 1878 *p.* 31), *non recte* ‖ 31. patiremur *M*

tum, etiam invitis quibusdam, sciri, quid defensuri essemus, non
esset periculosum. ita nunquam diffitebor multa me, ut ad effec-
tum horum consiliorum pervenirem, et simulasse invitum et dissi-
mulasse cum dolore, quod, praematura denuntiatio boni civis im-
5 parati quam periculosa esset, ex casu conlegae videbam. quo nomine
etiam C. Furnio legato, viro forti atque strenuo, plura etiam verbo
quam scriptura mandata dedimus, ut et tectius ad vos perferrentur
et nos essemus tutiores, quibusque rebus et communem salutem
muniri et nos armari conveniret praecepimus. ex quo intellegi
potest curam rei p. summae defendundae iampridem apud nos
6 excubare. nunc, cum deum benignitate ab omni re sumus para-
tiores, non solum bene sperare de nobis homines, sed explorate
iudicare volumus: legiones habeo quinque sub signis et sua fide
virtuteque rei p. coniunctissimas et nostra liberalitate nobis obse-
quentes, provinciam omnium civitatium consensu paratissimam et
summa contentione ad officia certantem, equitatus auxiliorumque
tantas copias, quantas hae gentes ad defendendam suam salutem
libertatemque conficere possunt; ipse ita sum animo paratus vel
provinciam tueri vel ire, quo res p. vocet, vel tradere exercitum,
auxilia provinciamque, ⟨ut⟩ vel omnem impetum belli in me con-
vertere non recusem, si modo meo casu aut confirmare patriae
7 salutem aut periculum possim morari. haec si iam expeditis om-
nibus rebus tranquilloque statu civitatis polliceor, in damno meae
laudis rei p. commodo laetabor; sin ad societatem integerrimorum
et maximorum periculorum accedam, consilia mea aequis iudicibus
ab optrectatione invidorum defendenda commendo. mihi quidem
ipsi fructus meritorum meorum in rei p. incolumitate satis magnus
est paratus; eos vero, qui meam auctoritatem et multo magis
vestram fidem secuti nec ulla spe decipi nec ullo metu terreri
potuerunt, ut commendatos vobis habeatis, petendum videtur.

IX. (379.)

PLANCVS CICERONI S.

1 Nihil me tibi temere aut te ceteris de me frustra recepisse laetor: certe hoc maius habes testimonium amoris mei, quo ma-

1. invitis] inuictis *Ψ* ‖ 4. denuntiatio *M*, enuntiatio *HD* ‖ 6. *alt.* etiam *om. H* ‖ 10. summae] summe *alii* ‖ defendendae *HD* ‖ 14. liberalitate] libertate *HD* ‖ 15. ciuitatum *HD* ‖ 18. ipse ita sum *M*, ipse (e *in H in ras.*) sum *HD* ‖ uel *M*, ut uel *HD* ‖ 19. tueri [ ], 1 *litt. er., M* ‖ 20. ⟨ut⟩ vel] uel *Ψ*. ut *H. I. Müller* ‖ 23. rebus *om. H* ‖ 25. accedam *HD*, accedam ad *M* ‖ 26. ab *ex* ad *M*[1] ‖ 28. est. paratos eos *M* ‖ 29. secuti *ex* sicuti *M* ‖ 33. nihil tibi temere me *H* ‖ de *om. M*

turius tibi quam ceteris consilia mea volui esse nota. in dies vero
meritorum meorum fieri accessiones pervidere te spero, cogniturum
magis recipio. quod ad me attinet, mi Cicero — ita ab immi- 2
nentibus malis res p. me adiuvante liberetur! — sic honores prae-
miaque vestra suspicio, conferenda certe cum immortalitate, ut sine
eis nihil de meo studio perseverantiaque sim remissurus: nisi in
multitudine optimorum civium impetus animi mei fuerit singularis
et opera praecipua, nihil ad meam dignitatem accedere volo suffra-
gatione vestra. concupisco autem nihil mihi — contra quod ipse 3
pugno —: et temporis et rei te moderatorem facile patior esse;
nihil aut sero aut exigue a patria civi tributum potest videri.
exercitum a. d. VI K. Maias Rhodanum traieci magnis itineribus.
Vienna equites mille via breviore praemisi. ipse, si ab Lepido non
impediar, celeritate satis faciam; si autem itineri meo se opposierit,
ad tempus consilium capiam. copias adduco et numero et genere
et fidelitate firmissimas. te, ut diligas me, si mutuo te facturum
scis, rogo. vale.

X. (375.)

CICERO PLANCO.

Etsi satis ex Furnio nostro cognoram, quae tua voluntas, quod 1
consilium de re p. esset, tamen tuis litteris lectis liquidius de toto
sensu tuo iudicavi. quamobrem, quamquam in uno proelio omnis
fortuna rei p. disceptat — quod quidem, cum haec legeres, iam
decretum arbitrabar fore —, tamen ipsa fama, quae de tua volun-
tate percrebruit, magnam es laudem consecutus; itaque si consulem
Romae habuissemus, declaratum esset ab senatu cum tuis magnis
honoribus, quam gratus esset conatus et apparatus tuus: cuius rei
non modo non praeteriit tempus, sed ne maturum quidem etiam
nunc meo quidem iudicio fuit; is enim denique honos mihi videri
solet, qui non propter spem futuri benefici, sed propter magna
merita claris viris defertur et datur. quare, sit modo aliqua res p., 2
in qua honos elucere possit, omnibus, mihi crede, amplissimis

2. previdere *D* ‖ 4. adiuvante] adluante *Ψ*, adiuuante ϛ ‖ 5. suspicio *M*, suscipio *HD* ‖ ut] ut ⟨etiam⟩ *Kleyn*, ut ⟨vel⟩ *Baiter* ‖ 6. eis] iis *Wesenberg*, his *Ψ* ‖ 9. contra quod] contra quam *cl* contraque ϛ ‖ 13. equitum III millia *Wesenberg* (*propter ep.* 11, 2) ‖ uia *HD*, uta *M* ‖ 14. itineri] itinere *D*, in itineri (-re *H*) *MH*, is itineri *Klotz*, ille itineri *Gitlbauer* ‖ opposierit *M* (*cf. Neue* '*Formenl. d. lat. Spr.*' II² *p.* 491), opposuerit *HD* ‖ 16. fac⟨...⟩tum, 1 *litt.*, *ut vid.*, *er.*, *H* ‖ 23. disceptat] disceptatur *Wesenberg*, *non puto iure*: *cf. Elter mus. Rhen.* XLI. 1886. *p.* 538 *sq.* ‖ 24. fore *om. H*, *sup. scr. (a m.* 1?) *D* ‖ 25. percrebuit *D*¹ ‖ 26. declaratum *M*, claratum *HD* ‖ 28. modo non *om. H* ‖ 29. quidem *om. H* ‖ 31. et datur *del. Kleyn*, *immerito*

honoribus abundabis; is autem, qui vere appellari potest honos, non invitamentum ad tempus, sed perpetuae virtutis est praemium. quamobrem, mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem: subveni patriae, opitulare collegae, omnium gentium consensum et incredibilem conspirationem adiua. me tuorum consiliorum adiutorem, dignitatis fautorem, omnibus in rebus tibi amicissimum fidelissimumque cognosces; ad eas enim causas, quibus inter nos amore sumus, officiis, vetustate coniuncti, patriae caritas accessit, eaque effecit, ut tuam vitam anteferrem meae. III K. Apr.

XI. (381.)

PLANCVS CICERONI.

1 Inmortalis ago tibi gratias agamque, dum vivam; nam relaturum me adfirmare non possum; tantis enim tuis officiis non videor mi respondere posse, nisi forte, ut tu gravissime disertissimeque scripsisti, ita sensurus es, ut me referre gratiam putes, cum memoria tenebo. si de filii tui dignitate esset actum, amabilius certe nihil facere potuisses. primae tuae sententiae infinitis cum muneribus, posteriores ad tempus arbitriumque amicorum meorum compositae, oratio assidua et perpetua de me, iurgia cum optrectatoribus propter me notissima mihi sunt: non mediocris adhibenda mihi est cura, ut rei p. me civem dignum tuis laudibus praestem, in amicitia tua memorem atque gratum. quod reliquum est, tuum munus tuere et me, si, quem esse voluisti, eum exitu rebusque
2 cognoscis, defende ac suscipe. cum Rhodanum copias omnis traiecissem fratremque cum tribus milibus equitum praemisissem, ipse iter ad Mutinam dirigerem, in itinere de proelio facto Brutoque et Mutina opsidione liberatis audivi: animadverti nullum alium receptum Antonium reliquiasque, quae cum eo essent, habere nisi in his partibus, duasque ei spes esse propositas, unam Lepidi ipsius, alteram exercitus. quod quaedam pars exercitus non minus furiosa est quam qui cum Antonio fuerunt, equitatum revocavi; ipse in

1. habundabis *HD* ‖ 2. perpetuum *Ruhnken* (*Mnemos.* II. 1853. *p.* 422) ‖ 3. toto pectore] *cf. Otto* '*Sprichw. d. R.*' *p.* 270 ‖ 5. adiua] adlua *MD*, adiuua *H* ‖ 8. 9. eaque effecit *D*, *et, radendo ex* ea quae effecit, *M*, ea quae fecit *H* ‖ 14. mi *M*, *om. HD* ‖ 14. 15. dissertissimeque *M* ‖ 15. scripsisti] *cf. B. Nake* '*de Planci et Ciceronis epistulis*' (*progr. Berol.* 1866) *p.* 29 ‖ 16. dignitatem esse tactum *M* ‖ 20. adhibendae, *sed* e *erasa*, *M* ‖ 22. tua] tui *Kleyn, iniuria. cf. Klotz*[2] *p.* LVII ‖ 23. exitum rebusquem *an* exitu rebusque *in M primitus fuerit non liquet* ‖ 24. cognosces *H* ‖ rodanum *MH* ‖ copias omnis (omnes *H*) *HD* (copiis *ante* copias *exp. D*[1]), copias *M* ‖ 25. cum tria millia *M* ‖ 28. 29. nisi in has partes *Wesenberg* ‖ 29. duasque esse ei propositas, *om.* spes, *H*

Allobrogibus constiti, ut proinde ad omnia paratus essem ac res me moneret. si nudus hoc se Antonius confert, facile mi videor per me sustinere posse remque publicam ex vestra sententia administrare, quamvis ab exercitu Lepidi recipiatur; si vero copiarum aliquid secum adducet et si decima legio veterana, quae nostra opera revocata cum reliquis est, ad eundem furorem redierit, tamen, ne quid detrimenti fiat, dabitur opera a me, idque me praestaturum spero, dum istinc copiae traiciantur coniunctaeque nobiscum facilius perditos opprimant. hoc tibi spondeo, mi Cicero, neque animum 3
nec diligentiam mihi defuturam. cupio mehercules nullam residuam sollicitudinem esse; sed, si fuerit, nec animo nec benevolentiae nec patientiae cuiusquam pro vobis cedam. do quidem ego operam, ut etiam Lepidum ad huius rei societatem incitem, omniaque ei opsequia polliceor, si modo rem p. respicere volet; utor in hac re adiutoribus interpretibusque fratre meo et Laterense et Furnio nostro; non me inpedient privatae offensiones, quo minus pro rei p. salute etiam cum inimicissimo consentiam: quod si nihil profecero, nihilo minus maximo sum animo et maiore fortasse cum mea gloria vobis satis faciam. fac valeas meque mutuo diligas.

XII. (377.)

CICERO PLANCO.

Etsi rei p. causa maxime gaudere debeo tantum ei te prae- 1
sidii, tantum opis attulisse extremis paene temporibus, tamen ita te victorem complectar re p. recuperata, ut magnam partem mihi laetitiae tua dignitas adfert, quam et esse iam et futuram amplissimam intellego; cave enim putes ullas umquam litteras gratiores quam tuas in senatu esse recitatas, idque contigit cum meritorum tuorum in rem p. eximia quadam magnitudine, tum verborum sententiarumque gravitate. quod mihi quidem minime novum, qui et te nossem et tuarum litterarum ad me missarum promissa meminissem et haberem a Furnio nostro tua penitus consilia cognita, sed senatui maiora visa sunt, quam erant expectata, non quo un-

1. constiti *HD*, constituti *M* ‖ 2. me moneret *M*, moneret me *H*, moneret *D potestque me r. careri* ‖ hoc *M*, huc *HD*. *cf. Engelbrecht 'stud. Terent.' p.* 70 ‖ confert] *cf. Lehmann p.* 88 *sq.* ‖ mi *M*, *om. HD* ‖ 5. aliquid secum adducet *M*, al. huc add. *D*, al. add. *H* ‖ et si *cet.*] *cf. E. Ritterling 'de leg. Rom. X gem.'* (*diss. Lips.* 1885) *p.* 4 ‖ 7. *alt.* me *om. H*[1] ‖ 10. neque dil. *H* 12. caedam *M* ‖ 13. 14. obsequia *ex* opsequia *M*[1] ‖ 15. interpretibus *H* furnio *HD*, furtio *M* ‖ 19. vobis *om. H* ‖ 24 amplectar *H* ‖ 25. adfert *M*[1]*D*, adferat *M*[c]*H*. *utrumque bonum* ‖ 26. putas *HD* ‖ gratiores] grauiores *Ψ* 32. expectata] spectata *Ψ*

quam de tua voluntate dubitasset, sed nec, quantum facere posses,
2 nec, quoad progredi velles, exploratum satis habebat. itaque, cum
a. d. VII Idus Aprilis mane mihi tuas litteras M. Varisidius reddidisset easque legissem, incredibili gaudio sum elatus, cumque magna multitudo optimorum virorum et civium me de domo deduceret, feci continuo omnis participes meae voluptatis. interim ad me venit Munatius noster, ut consuerat: at ego ei litteras tuas, nihildum enim sciebat; nam ad me primum Varisidius, idque sibi a te mandatum esse dicebat. paulo post idem mihi Munatius eas litteras legendas dedit, quas ipsi miseras, et eas, quas publice.
3 placuit nobis, ut statim ad Cornutum, pr. urb., litteras deferremus, qui, quod consules aberant, consulare munus sustinebat more maiorum: senatus est continuo convocatus frequensque convenit propter famam atque expectationem tuarum litterarum. recitatis litteris oblata religio Cornuto est, pullariorum admonitu non satis diligenter eum auspiciis operam dedisse, idque a nostro collegio comprobatum est; itaque res dilata est in posterum. eo autem die magna mihi pro tua dignitate contentio cum Servilio, qui cum gratia effecisset, ut sua sententia prima pronuntiaretur, frequens eum senatus reliquit et in alia omnia discessit, meaeque sententiae, quae secunda pronuntiata erat, cum frequenter adsentiretur senatus,
4 rogatu Servilii P. Titius intercessit: res in posterum dilata. venit
paratus Servilius, Iovi ipsi iniquus, cuius in templo res agebatur. hunc quemadmodum fregerim quantaque contentione Titium intercessorem abiecerim, ex aliorum te litteris malo cognoscere; unum hoc ex meis: senatus gravior, constantior, amicior tuis laudibus esse non potuit, quam tum fuit, nec vero tibi senatus amicior quam cuncta civitas; mirabiliter enim populus R. universus et omnium generum ordinumque consensus ad liberandam rem p. con-
5 spiravit. perge igitur, ut agis, nomenque tuum commenda immor-

1. posses facere *H* ‖ 2. quoad] quod *M*, quo *HD* ‖ 5. de domo *M*, domo *HD*, *fort. recte* ‖ 7. munatius *M*, numatius *HD*. ⟨T.⟩ Munatius *alii* at ego ei *M*, at ego et *HD*. ego ei *Wesenberg*, lego ei — *quod ego quoque conieci — Boot* (*'obs. crit.'* *p.* 21). *de* legendi *v. hoc usu v. Boot ad Cic. ad Att.* I, 16, 8 ‖ 8. nihildum *M*, nihil *HD* ‖ enim] etiam *C. F. W. Müller* (*ann. phil.* 1866 *p.* 491, 7). *cf. Landgraf ad Cic. p. Rosc. Am. p.* 176 ‖ 8. 9. sibi a te *D*, tibi a se *MH* ‖ 9. idem] item *Wesenberg* ‖ eas] ⟨et⟩ eas *H. Koch* (*Philol. Anz.* V *p.* 161) ‖ 10. dedit legendas *H* ‖ et eas *M*, *om. HD* ‖ 11. nobis *M*, *om. HD* ‖ ad ⟨M.⟩ Cornutum *Wesenberg* ‖ 13. est *om. H* ‖ 15. est cornuto *H* ‖ 16. auspiciis] *cf. Willems 'le sénat'* II *p.* 173, 7 ‖ 17. in posterum] *cf. C. F. W. Müller Cic. op.* II, 3 *ad p.* 66, 11 ‖ 21. erat erat, *alt. exp. M*ᶜ, *M* ‖ 23. Iovi i. i.] *cf. Otto 'Sprichw. d. R.'* *p.* 179 ‖ 24. quemadmodum, em *in ras. M*ᶜ (*ex* quidem ?), *M*, quidem quemadmodum *HD* ‖ quantaque *ex* quantamque *M* ‖ 25. malo litteris *D* ‖ 26. grauior *M*, gratior *HD* ‖ 27. quam tum *D*, quantum *MH*

talitati. atque haec omnia, quae habent speciem gloriae, conlecta inanissimis splendoris insignibus, contemne, brevia, fucata, caduca existima. verum decus in virtute positum est, quae maxime inlustratur magnis in rem p. meritis: eam facultatem habes maximam: quam quoniam complexus es, tene: perfice, ut ne minus res p. tibi quam tu rei p. debeas. me tuae dignitatis non modo fautorem, sed etiam amplificatorem cognosces: id cum rei p., quae mihi vitast mea carior, tum nostrae necessitudini debere me iudico. atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem, quod bene cognitam mihi T. Munati prudentiam et fidem magis etiam perspexi in eius incredibili erga te benivolentia et diligentia. III Idus Apr.

XIII. (390.)

CICERO PLANCO.

Ut primum potestas datast augendae dignitatis tuae, nihil 1 praetermisi in te ornando, quod positum esset aut in praemio virtutis aut in honore verborum: id ex ipso s. c. poteris cognoscere; ita enim est perscriptum, ut a me de scripto dicta sententiast, quam senatus frequens secutus est summo studio magnoque consensu. ego quamquam ex tuis litteris, quas mihi misisti, per- 2 spexeram te magis iudicio bonorum quam insignibus gloriae delectari, tamen considerandum nobis existimavi, etiamsi tu nihil postulares, quantum tibi a re p. deberetur. tu contexes extrema cum primis: qui enim M. Antonium oppresserit, is bellum confecerit; itaque Homerus non Aiacem nec Achillem, sed Ulixem appellavit πτολιπόρθιον.

XIV. (385.)

CICERO PLANCO S.

O gratam famam biduo ante victoriam de subsidio tuo, de 1 studio, de celeritate, de copiis! atque etiam hostibus fusis spes

1. conlecta *sanum puto.* collectam (ex) ς, confectam *Baiter,* contecta *Gitlbauer* (*Wiener Stud.* I *p.* 84) ‖ 2. fucata *HD*, fugatia, ia *in ras. a M*[1], *M* (fugato *P*[1]). fugacia ς ‖ caduca|', 1 *litt.* (e?) *er., M* ‖ 3. existimauerim. decus *M* ‖ 5. es (s *in ras. a M*[c]) tene|, 1 *litt. er., M*, es et tenes *HD*, (complexus) tenes *Orelli* ‖ 8. mihi uitast mea *MD* (*nisi quod* uita est *M*[c]*D*), mihi mea est uita *H* ‖ 15. ut (et *H*) primum *Ψ*, ut primum mihi *ind. M* ‖ data est *HD* ‖ 16. esset *HD*, est *M* ‖ 18. sententia est *M*[c]*HD* ‖ 19. quam est *om. D* ‖ 20. quas, s *in ras. M*[c] (*fort. ex* m), *M* ‖ 22. considerandum nobis existimari (*sic*) *M*, considerandum existimaui (-marim *H*) *HD* ‖ 24. M. *del. Kleyn* ‖ 25. aiacem *HD*, alancem *M* ‖ 26. πτολιπόρθιον ς *et Baiter* (*cf. Hom.* ι 504, 530), ptoliporthion (-tion *M*) *Ψ*. πτολίπορθον *alii* ‖ pt. uale *H* ‖ 30. atque| atqui *alii*

omnis est in te; fugisse enim ex proelio Mutinensi dicuntur no-
tissimi latronum duces; est autem non minus gratum extrema
2 delere quam prima depellere. equidem expectabam iam tuas litteras,
idque cum multis, sperabamque etiam Lepidum rei p. temporibus
admonitum tecum †et rei p. esse facturum. in illam igitur curam
incumbe, mi Plance, ut ne quae scintilla teterrimi belli relinquatur;
quod si erit factum, et rem publicam divino beneficio adfeceris et
ipse aeternam gloriam consequere. d. III Non. Mai.

XV. (391.)

PLANCVS CICERONI.

1 His litteris scriptis, quae postea accidissent, scire te ad rem
p. putavi pertinere. sedulitas mea, ut spero, et mihi et rei p. tulit
fructum: namque assiduis internuntiis cum Lepido egi, ut omissa
omni contentione reconciliataque voluntate nostra communi consilio
rei p. succurreret, se, liberos urbemque pluris quam unum perdi-
tum abiectumque latronem putaret obsequioque meo, si ita faceret,
2 ad omnis res abuteretur. profeci: itaque per Laterensem internun-
tium fidem mihi dedit se Antonium, si prohibere provincia sua
non potuisset, bello persecuturum, me, ut venirem copiasque con-
iungerem, rogavit, eoque magis, quod et Antonius ab equitatu
firmus esse dicebatur et Lepidus ne mediocrem quidem equitatum
habebat; nam etiam ex paucitate eius non multis ante diebus
decem, qui optimi fuerant, ad me transierunt. quibus rebus ego
cognitis cunctatus non sum: in cursu bonorum consiliorum Lepi-
3 dum adiuandum putavi. adventus meus quid profecturus esset, vidi,
vel quod equitatu meo persequi atque opprimere equitatum eius

1. est in te *M*, in te est *HD* || Mutinensi *del. Kleyn* || 3. spectabam *Ψ* 4. rei p. *HD*, rep. *M* || 5. et reip. esse *MD*[1], et re p. esse *H*, et reip. satis esse *D*[2]. e re p. esse *Bücheler* (*mus. Rhen.* XI *p.* 529), et e re p. esse *Krauss* (‘*em. Cic. ep.*’ *p.* 31), et cum re p. esse *Orelli*, esse (*deletis v.* et rei p.) *Graevius*. Lepidum temporibus admonitum tecum e re p. esse f. *Gitlbauer* (*Wiener Stud.* I *p.* 86). *mihi Graevii ratio maxime probatur* || 6. ne quae *M*, neque *HD* (*M*[r]) || teterrimi, *ult.* i *in ras. M*[c] (*ex* a ?), *M* || 8. III] VI *O. E. Schmidt* (‘*de ep. Cass. quaest. chronol.*’ *diss. Lips.* 1877 *p.* 44), *quod probat L. Gurlitt Philol. suppl.* t. IV. 1883. *p.* 567. *mihi coniectura ut scita ita non necessaria cum Ruetio* (‘*Correspondenz Ciceros*’ *diss. Argent.* 1883 *p.* 49) *videtur.* [*cf. nunc O. E. Schmidt ad tab. chronol. n.* 385] || 12. sedulitas *M*, sed utilitas *HD* 17. itaque] namque *Andresen* || 23. decem] sescenti *E. Schelle* ‘*Beitr. z. Gesch. d. Todeskampfes d. röm. Republ.*’ (*progr. Dresd.* 1891) *p.* 38 || optime *M* transierant *Wesenberg* || 25. adiuandum] adluandum *MD*, adiuuandum *H* quid *HD*, qui *M* || 26. meo ⟨Antonium⟩ p. *Orelli*, meo ⟨perditum hominem *vel* latronem⟩ p. *Lehmann* (*p.* 52). *equidem ad* eius *nil desidero. cf. ann. phil.* 1891 *p.* 338 (*Cael. ep.* 11, 4. *item ibid.* 8, 4: ‘plane perspecta Cn. Pompei voluntate in eam partem, ut eum — *i. e.* Caesarem — decedere post K. Martias placeret’)

possem, vel quod exercitus Lepidi eam partem, quae corrupta est et ab re p. alienata, et corrigere et coercere praesentia mei exercitus possem. itaque in Isara, flumine maximo, quod in finibus est Allobrogum, ponte uno die facto exercitum a. d. IIII Idus Mai. traduxi. cum vero mihi nuntiatum esset L. Antonium praemissum cum equitibus et cohortibus ad Forum Iulii venisse, fratrem cum equitum quattuor milibus, ut occurreret ei, misi a. d. V Idus Mai.; ipse maximis itineribus cum IIII legionibus expeditis et reliquo equitatu subsequar. si nos mediocris modo fortuna rei p. adiuerit, 4 et audaciae perditorum et nostrae sollicitudinis hic finem reperiemus; quod si latro praecognito nostro adventu rursus in Italiam se recipere coeperit, Bruti erit officium occurrere ei, cui scio nec consilium nec animum defuturum; ego tamen, si id acciderit, fratrem cum equitatu mittam, qui sequatur, Italiam a vastatione defendat. fac valeas meque mutuo diligas.

XVI. (414.)

CICERO PLANCO.

Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne 1 tempore quidem ipso opportunius accidere vidi quam tuas, Plance, litteras; redditae sunt enim frequenti senatu Cornuto, cum is frigidas sane et inconstantis recitasset litteras Lepidi; sub eas statim recitatae sunt tuae, non sine magnis quidem clamoribus; cum rebus enim ipsis essent et studiis beneficiisque in rem p. gratissimae, tum erant gravissimis verbis ac sententiis. flagitare senatus institit Cornutum, ut referret statim de tuis litteris; ille se considerare velle. cum ei magnum convicium fieret cuncto a senatu, quinque tribuni plebi rettulerunt. Servilius rogatus rem distulit; ego eam sententiam dixi, cui sunt adsensi ad unum: ea quae fuerit, ex s. c. cognosces. tu, quamquam consilio non eges vel abundas potius, 2 tamen hoc animo esse debes, ut nihil huc reicias neve in rebus tam subitis tamque angustis a senatu consilium petendum putes, ipse tibi sis senatus, quocumque te ratio rei p. ducet, sequare,

1. possem] possemus *Gitlbauer* (*Wiener Stud.* I *p.* 87) ‖ 2. et coercere et corrigere *H* ‖ 3. possem *MD*, posse *H*, posset *Baiter* ‖ 4. IIII] VII *vel* VIII *B. Nake* (*'de Planci et Cic. ep.'* *p.* 13). *cf. Ruete 'Corr. Cic.'* *p.* 51 ‖ 5. mihi *M*, *om. HD* ‖ 6. forum *HD*, eorum *M* ‖ 9. adiuerit *M*, adiuuerit *HD* ‖ 11. ru(r)sus, r *a m.* 1, *M*, rursus *HD*, *ut incertum sit utra forma Plancus usus sit* ‖ 14. italiam *M*, italiamque *HD*. ⟨ut⟩ Italiam *Wesenberg. cf. Lehmann p.* 27 ‖ 22. sint *M* ‖ quidem *om. H* ‖ 23. rem p.] rep. *Ψ* ‖ 24. institit *M*, instituit *HD* ‖ 25. considerare se *H* ‖ 27. plebis *H* ‖ retulerunt *HD* ‖ 28. ad unum] *cf. Lehmann p.* 82 ‖ 30. huc *H*, huic *MD* ‖ 31. subitis] subditis *Ψ*

cures, ut ante factum aliquod a te egregium audiamus, quam futurum putarimus. illud tibi promitto, quicquid erit a te factum, id senatum non modo ut fideliter, sed etiam ut sapienter factum comprobaturum.

XVII. (397.)
PLANCVS CICERONI.

1 Antonius †Idus Maias ad Forum Iulii cum primis copiis venit; Ventidius bidui spatio abest ab eo; Lepidus ad Forum Voconii castra habet, qui locus a Foro Iulii quattuor et viginti millia passus abest, ibique me exspectare constituit, quemadmodum ipse mihi scripsit. quod si omnia mihi integra et ipse et fortuna servarit, recipio vobis celeriter me negotium ex sententia confecturum.
2 fratrem meum assiduis laboribus concursationibusque confectum graviter se habuisse antea tibi scripsi; sed tamen, cum primum posse ingredi coepit, non magis sibi quam rei p. se convaluisse existimans ad omnia pericula princeps esse non recusabat; sed ego eum non solum hortatus sum, verum etiam coegi isto proficisci, quod et illa valetudine magis conficere se quam me iuare posset in castris, et quod acerbissimo interitu consulum rem p. nudatam tali cive praetore in urbanis officiis indigere existimabam; quod si qui vestrum non probabit, mihi prudentiam in consilio defuisse
3 sciat, non illi erga patriam fidelitatem. Lepidus tamen, quod ego desiderabam, fecit, ut Apellam ad me mitteret, quo obside fide illius et societatis in re p. administranda uterer. in ea re studium mihi suum L. Gellius †de tribus fratribus Segaviano probavit, quo ego interprete novissime ad Lepidum sum usus; amicum eum rei p. cognosse videor, libenterque ei sum testimonio et omnibus ero, qui bene merentur. fac valeas meque mutuo diligas dignitatemque meam, si mereor, tuearis, sicut adhuc singulari cum benevolentia fecisti.

---

1. aliquid *alii* ‖ 2. putaremus *HD* ‖ factum a te *H* ‖ 7. idus maias *MH*, ad idus maias *D*. Id. Maiis ς, *recte ut vid., numerum vel* prid. *excidisse coni. Baiter* ‖ 8. Forum Voconii] *cf. C. I. L.* XII *p.* 635 ‖ 9. uiginti *HD*, xx *M* ‖ millia *M* (*cf. Oberdick Wochenschr. f. klass. Philol.* 1889 *p.* 351), milia *D*, *om. H* ‖ 10. passus] passuum ς. *cf. C. I. L.* IX 6075, XIV 2121 *et v. Hellmuth progr. Wirceburg.* 1888 *p.* 13 *sq. iure Wölfflin etiam belli Africi scriptori structuram hanc vulgarem reddidit* ‖ 14. antea *M*, ante *HD* ‖ scripsi sed *ex* scripsisset M^1 ‖ 18. iuare] tuare *M*, iuuare *HD*, tueri ς ‖ 18. 19. posset in castris *M*, *et sic D nisi quod* possit, in castris possit *H* ‖ 22. sciat *HD*, sciam *M* ‖ tamen] tandem *alii* ‖ 23. apellam *ex* adellam M^1, appellam *HD* ‖ quo] quod *Ψ* ‖ fide *M*, *et ex* fidei *D*, fidei *H* ‖ 24. uterer *ex* uteretur, *ut vid., radendo H* ‖ in ea re *HD*, *om. M* ‖ 25. segauiano *M*, eganiano *HD*. L. Gellius D. f. Fab. Segovia *vel* Segovianus (*malim* Segusiavos) *Orelli* ‖ 29. sicuti — 30. fecisti *om.* D^1, *in mg. suppl.* D^2. *omissae porro in D* (*non tamen in contaminatis*) *sunt epistulae* 18, 19, 20, 1—3 (quibus certe). *cf. praef.* ‖ 29. athuc *M* (adhuc M^r) ‖ singula *MH*

XVIII. (396.)

PLANCVS CICERONI.

Quid in animo habuerim, cum Laevus Nervaque discesserunt a 1
me, et ex litteris, quas eis dedi, et ex ipsis cognoscere potuisti,
qui omnibus rebus consiliisque meis interfuerunt. accidit mihi,
quod homini pudenti et cupido satis faciendi rei p. bonisque omnibus accidere solet, ut consilium sequerer periculosum magis, dum
me probarem, quam tutum, quod habere posset obtrectationem.
itaque post discessum legatorum, cum binis continuis litteris et 2
Lepidus me, ut venirem, rogaret, et Laterensis multo etiam magis
prope implorans obtestaretur non ullam rem aliam extimescens
quam eandem, quae mihi quoque facit timorem, varietatem atque
infidelitatem exercitus eius, non dubitandum putavi, quin succurrerem meque communi periculo offerrem; sciebam enim — et cautius
illud erat consilium expectare me ad Isaram, dum Brutus traiceret
exercitum, et cum collega consentiente, exercitu concordi ac bene
de re p. sentiente, sicut milites faciunt, hostibus obviam ire —,
tamen, si quid Lepidus bene sentiens detrimenti cepisset, hoc omne
adsignatum iri aut pertinaciae meae aut timori videbam, si aut
hominem offensum mihi, coniunctum cum re p. non sublevassem
aut ipse a certamine belli tam necessarii me removissem. itaque 3
potius periclitari volui, si possem mea praesentia et Lepidum tueri
et exercitum facere meliorem, quam nimis cautus videri; sollicitiorem certe hominem, non suis contractis, neminem puto fuisse;
nam, quae res nullam habebat dubitationem, si exercitus Lepidi
absit, ea nunc magnam adfert sollicitudinem magnumque habet
casum; mihi enim si contigisset, ut prior occurrerem Antonio, non
mehercules horam constitisset: tantum ego et mihi confido et sic
perculsas illius copias Ventidiique mulionis castra despicio; sed non
possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris, quod

10. multos *M* ‖ 11. prope *om.* *H* ‖ 13. infidelitate *H* ‖ eius *H*, es *M* 14. et] etsi *Lambinus, fort. recte* ‖ 15. issaram *M* ‖ 16. exercitu — 17. sentiente *H* (*praeterea Paris.* 7783 *et* 14761, *Canonic.* 210. *alii*), *om.* *M* ‖ 17. sicut mil. f.] *cf. Boot ad Cic. ad Att.* XI, 2, 3. *del. alii* ‖ 22. possem *H*, posset *M* 23. quam *H*, qua *M* ‖ 25. nam quae *H*, namque *M* ‖ habebat . . . absit] habebat . . . abesset *vel* habeat . . . absit ς. *cf. Lucr.* II 1033: 'omnia quae nunc si primum mortalibus extent, ex inproviso si sint obiecta repente, quid magis his rebus poterat mirabile dici?' ‖ 28. horam, 1 *litt. er.*, *M* ‖ 29. Ventidiique mulionis] 'Ventidius ex mulione Caesaris dictatoris praetor fuit, ut Tullius in epistolis et in Philippicis loquitur' *schol. Iuvenal.* VII 199 *Büch.* 30. vulneris] ulceris *Puteanus*

prius nocere potest, quam sciri curarique possit. sed certe, nisi uno loco me tenerem, magnum periculum ipse Lepidus, magnum ea pars exercitus adiret, quae bene de re p. sentit; magnam etiam perditi hostes accessionem sibi fecissent, si quas copias a Lepido abstraxissent: quae si adventus meus represserit, agam gratias fortunae constantiaeque meae, quae me ad hanc experientiam exci-
4 tavit. itaque a. d. XV K. Iun. ab Isara castra movi; pontem tamen, quem in Isara feceram, castellis duobus ad capita positis reliqui praesidiaque ibi firma posui, ut venienti Bruto exercituique eius sine mora transitus esset paratus. ipse, ut spero, diebus VIII, quibus has litteras dabam, cum Lepidi copiis me coniungam.

XIX. (405.)

CICERO PLANCO.

1 Quamquam gratiarum actionem a te non desiderabam, cum te re ipsa atque animo scirem esse gratissimum, tamen — fatendum est enim — fuit ea mihi periucunda; sic enim vidi, quasi ea, quae oculis cernuntur, me a te amari. dices: 'quid antea?' semper equidem, sed numquam inlustrius. litterae tuae mirabiliter gratae sunt senatui — cum rebus ipsis, quae erant gravissimae et maximae, fortissimi animi summique consilii, tum etiam gravitate senten-
2 tiarum atque verborum. sed, mi Plance, incumbe, ut belli extrema perficias: in hoc erit summa et gratia et gloria. cupio omnia rei p. causa; sed mehercules in ea conservanda iam defetigatus non multo plus patriae faveo quam tuae gloriae, cuius maximam facultatem tibi dii immortales, ut spero, dedere, quam complectere, opsecro; qui enim Antonium oppresserit, is hoc bellum taeterrimum periculosissimumque confecerit.

XX. (406.)

CICERO PLANCO.

1 Ita erant omnia, quae istim adferebantur, incerta, ut, quid ad te scriberem, non occurreret; modo enim, quae vellemus, de Lepido, modo contra nuntiabantur; de te tamen fama constans, nec decipi

1. nisi] si *Manutius et Madvig* ('*adv. crit.*' III *p.* 163). *Rutilius retento* nisi *pro* me tenerem *volebat* metaremur || 6. meae quae me *H*, meaeque *M* || 7. xv *MH* (x. u. *M*), xii ς || castra moui *M*, moui castra *H* || 8. duobus *om.* *H* || 10. transitu *M* || 18. numquam *M*[c], *ut vid.*, *ex* unum quam || 19. sunt] fuerunt *alii* || maxime *MH* || 20. grauitatem *M* || 21. belli *del.* *Kleyn* (*p.* 44) 23. mehercule conseruanda, *om.* in ea, *H* || 25. immortalis *M* || dedere] dederunt *Orelli. cf. Neue* II[2] *p.* 390 || 30. istim *M* (istinc *in mg.* *M*[c]), istis *H* || 32. de te *cet.*] *non erat cur in structura haereret Baiter*

posse nec vinci, quorum alterius fortuna partem habet quandam,
alterum proprium est prudentiae tuae. sed accepi litteras a collega 2
tuo, datas Idibus Maiis, in quibus erat te ad se scripsisse a Lepido
non recipi Antonium: quod erit certius, si tu ad nos idem scripse-
ris: sed minus audes fortasse propter inanem laetitiam litterarum
superiorum. verum, ut errare, mi Plance, potuisti — quis enim
id effugerit? —, sic decipi te non potuisse quis non videt? nunc
vero etiam [iam] erroris causa sublatast: culpa enim illa 'bis ad
eundem' vulgari reprehensa proverbio est. sin, ut scripsisti ad
collegam, ita se res habet, omni cura liberati sumus, nec tamen
erimus prius, quam ita esse tu nos feceris certiores. mea quidem, 3
ut ad te saepius scripsi, haec sententia est: qui reliquias huius
belli oppresserit, eum totius belli confectorem fore; quem te et
opto esse et confido futurum. studia mea erga te, quibus certe
nulla esse maiora potuerunt, tibi tam grata esse, quam ego putavi
fore, minime miror vehementerque laetor: quae quidem tu, si recte
istic erit, maiora et graviora cognosces. IIII K. Iun.

XXI. (393.)

PLANCVS CICERONI.

Puderet me inconstantiae mearum litterarum, si non haec ex 1
aliena levitate penderent. omnia feci, qua re Lepido coniuncto ad
rem p. defendundam minore sollicitudine vestra perditis resisterem:
omnia ei et petenti recepi et ultro pollicitus sum scripsique tibi
biduo ante confidere me bono Lepido esse usurum communique
consilio bellum administraturum; credidi chirographis eius, adfir-
mationi praesentis Laterensis, qui tum apud me erat reconciliarem-
que me Lepido fidemque haberem orabat. non licuit diutius bene de
eo sperare: illud certe cavi et cavebo, ne mea credulitate rei p.
summa fallatur. cum Isaram flumen uno die ponte effecto exer- 2
citum traduxissem pro magnitudine rei celeritatem adhibens, quod
petierat per litteras ipse, ut maturarem venire, praesto mihi fuit
stator eius cum litteris, quibus, ne venirem, denuntiabat; se posse
per se conficere negotium; interea ad Isaram expectarem. indicabo

3. te a^d^se (d *a m.* 1) scripsisse *H*, te adscripsisse *M* ‖ 4. recepi *M* ‖ certius *M*, rectius *H* ‖ 6. errare mi Plance potuisti] errarem mi (id *M*) plance uoluisti *MH* ‖ 8. iam *post alios notari* ‖ sublata est *M^c H* ‖ bis] *cf. Otto 'Sprichw. d. R.' p.* 186 ‖ 11. certioris *M* ‖ 13. confectorem] *cf. Nägelsbach Müller 'lat. Stilistik' p.* 211^8 ‖ 14. certe *om. H* ‖ 15. nulla esse] *rursus incipit D* ‖ grata *ex* gratam *radendo M* ‖ 21. aliena leuitate *ex* alina leuite *M^c* ‖ 21. 22. ad rem p. defendundam (-dendam *D*) *MD*, ad defendendam rem p. *H* ‖ 23. scripsi quae tibi *M* ‖ 28. caui *D* (*M^r*), ceui *MH* ‖ 33. expectarem *H*, spectarem *MD*

temerarium meum consilium tibi: nihilo minus ire decreram existi-
mans eum socium gloriae vitare; putabam posse me nec de laude
ieiuni hominis delibare quicquam et subesse tamen propinquis
3 locis, ut, si durius aliquid esset, succurrere celeriter possem. ego
non malus homo hoc suspicabar: at Laterensis, vir sanctissimus,
suo chirographo mittit mihi litteras †miisque desperans de se, de
exercitu, de Lepidi fide querensque se destitutum in quibus aperte
denuntiat, videam, ne fallar; suam fidem solutam esse; rei p. ne
desim. exemplar eius chirographi Titio misi: ipsa chirographa
omnia, et quibus credidi, et ea, quibus fidem non habendam putavi,
Laevo Cispio dabo perferenda, qui omnibus eis interfuit rebus.
4 accessit eo, ut milites eius, cum Lepidus contionaretur, improbi per
se, corrupti etiam per eos, qui praesunt, Canidios Rufrenosque et
ceteros, quos, cum opus erit, scietis, conclamarint viri boni pacem
se velle neque esse cum ullis pugnaturos duobus iam consulibus
singularibus occisis, tot civibus pro patria amissis, hostibus deni-
que omnibus iudicatis bonisque publicatis; neque hoc aut vindicarat
5 Lepidus aut sanarat. hoc me venire et duobus exercitibus con-
iunctis obicere exercitum fidelissimum, auxilia maxima, principes
Galliae, provinciam cunctam summae dementiae et temeritatis esse
vidi, mihique, si ita oppressus essem remque publicam mecum pro-
didissem, mortuo non modo honorem, sed misericordiam quoque
defuturum: itaque rediturus sum nec tanta munera perditis homini-
6 bus dari posse sinam. exercitum locis habeam opportunis, pro-
vinciam tuear, etiamsi ille exercitus descierit, omniaque integra
servem, dabo operam, quoad exercitus hoc summittatis parique
felicitate rem p. hic vindicetis; nec depugnare, si occasio tulerit,
nec obsideri, si necesse fuerit, nec mori, si casus inciderit, pro

1. decreram M^1, decreueram M^c*HD* ‖ 2. de *M*, *om. HD* ‖ 3. delibare] deliberare (liberare H^1) Ψ ‖ 5. at *ex* ad M^1 ‖ sanctissimus *ex* santissimus M^c 6. miisque M^1, nimisque *HD*, meisque M^c. in eisque (*vel* in iisque) *corrigunt deletis verbis* in quibus (*vs.* 7). *an* mittit mihi litteras — nimis quam desperans . . . querensque se destitutum —, in quibus? *de* nimis quam *locutione cf. Brix ad Plaut. Capt.* 98. *etiam in Trucul.* 468. 469 *Schoell.* nimis quam *abiit in* nimisque. *ipsa enuntiati structura ut non est Ciceroniana, ita Planco certe non est indigna* ‖ 7. quaerensque *MH* ‖ se *M*, *om. HD* ‖ 8. fidem suam *H* 10. et quibus *HD*, ex quibus *M* ‖ 11. eis] iis *M*, his *HD* ‖ 12. ut *M*, qui *HD* 13. Rufrenosque] *cf. Mommsen ad C. I. L.* I 626 ‖ 14. conclamarint] conclamarunt Ψ. conclamarent *Wesenberg* ‖ 16. singularibus *M*, *sup. scr. D* (*a m.* 1 ?), *om. H.* singularibus ⟨viris⟩ *Lambinus. cf. Pompeius ap. Cic. ad Att.* VII, 8, 5: 'cum haec quaestor eius infirmus et inops audeat dicere'. *ceterum* occisis *et* amissis *inter se commutari voluit Ernesti* ‖ 17. omnibus *om. H* ‖ 18. hoc *MH*, huc *ex* hec *D* ‖ 23. defuturum *M*, -ram *HD*. *cf. ad* V, 21, 5 ‖ 24. exercitum *M*, ut exercitum *HD* ‖ locis habeam oportunis *H*, locis habeam (bo superscr.: bo *a* M^c) opportunis *M*, habeam locis oportunis *D* ‖ 26. hoc MHD^1, huc D^2 ‖ 27. depugnari *HD*

vobis paratior fuit quisquam. quare hortor te, mi Cicero, exercitum hoc traiciendum quam primum cures et matures, prius quam hostes magis conroborentur et nostri perturbentur: in quo si celeritas erit adhibita, res p. in possessione victoriae deletis sceleratis permanebit. fac valeas meque diligas.

⟨XXIª. (394.)

PLANCVS CICERONI.⟩

Fratrem meum tibi, fortissimum civem et ad omnia paratissimum, excusem litteris? qui ex labore in febriculam incidit assiduam et satis molestam. cum primum poterit, istoc recurrere non dubitabit, ne quo loco rei p. desit. meam dignitatem commendatam habeas, rogo. concupiscere me nihil oportet; habeo te et amantissimum mei et, quod optavi, summae auctoritatis: tu videris, quantum et quando tuum munus apud me velis esse; tantum te rogo, in Hirtii locum me subdas et ad tuum amorem et ad meam observantiam. 7

XXII. (424.)

CICERO PLANCO.

In te et in collega omnis spes est dis adprobantibus. concordia vestra, quae senatui declarata litteris vestris est, mirifice et senatus et cuncta civitas delectata est. † quod ad me scripseras de re agraria, si consultus senatus esset, ut quisque honorificentissimam de te sententiam dixisset, eam secutus essem, qui certe ego fuissem; sed, propter tarditatem sententiarum moramque rerum cum ea, quae consulebantur, ad exitum non pervenirent, commodissimum mihi Plancoque fratri visumst uti eo, quod ne nostro arbitratu conponeretur, quis fuerit impedimento, arbitror te ex 1 2

2. hoc *MH*, huc *an* hoc *in D sit non liquet* ‖ 9. excusem] excuse *M*[1], excuses *M*[c], excusa *HD*. *potest fieri ut* excuso — *ita iam* ς — *scribendum sit cum Kochio* (*Philol. Anz.* V *p.* 161): *tamen ne sic quidem — quod voluit ille — signum interrogandi tollendum esset, sed putandum Plancum more sermonis familiaris indicativo praes. temp. usum esse pro coniunctivo dubitativo* ‖ 10. istoc *M*, istuc *HD* ‖ 11. dubitauit *M* ‖ 12. nihil me *H* ‖ 23. *corrupta.* dixisset, qui eam secutus esset (essem *Krauss* 'Cic. ep. em.' *p.* 31), certe *Graevius, non recte. nil nisi* esset (*i. e. senatus*) *pro* essem *corr. Kleyn* (*p.* 12). *sed cum sic verba* qui c. e. fuissem *offensionem habeant, scribendum puto:* esset, in quis. *cuius locutionis exempla v. apud Handium Turs.* III *p.* 252, *pronominis formae ap. Neuium 'Formenl. d. lat. Spr.'* II[2] *p.* 234 *et Wölfflinum ad bell. Afr.* 96, 2. *denique ne in collocatione verborum offendas — forsitan expectareris* dixisset, in quis c. e. f., eam sec. esset —, *cf. exempla ab H. Hellmuthio progr. Wirceburg.* 1888 *p.* 16 *collecta* ‖ 26. uisum est *HD* ‖ eo] eo ⟨s. c.⟩ *Manutius, bene.* s. c. *Orelli*

3 Planci litteris cognovisse. sed, sive in s. c. sive in ceteris rebus desideras aliquid, sic tibi persuade, tantam esse apud omnis bonos tui caritatem, ut nullum genus amplissimae dignitatis excogitari possit, quod tibi non paratum sit. litteras tuas vementer expecto, et quidem talis, qualis maxime opto. vale.

XXIII. (415.)

PLANCVS CICERONI.

1 Numquam mehercules, mi Cicero, me paenitebit maxima pericula pro patria subire, dum, si quid acciderit mihi, a reprensione temeritatis apsim. confiterer imprudentia me lapsum, si umquam Lepido ex animo credidissem; credulitas enim error est magis quam culpa, et quidem in optimi cuiusque mentem facillime inrepit; sed ego non hoc vitio paene sum deceptus, Lepidum enim pulchre noram. 'quid ergo est?' pudor me, qui in bello maximest periculosus, hunc casum coegit subire; nam, si uno loco essem, verebar, ne cui optrectatorum viderer et nimium pertinaciter Lepido offen-
2 sus et mea patientia etiam alere bellum. itaque copias prope in conspectum Lepidi Antoniique adduxi quadragintaque millium passuum spatio relicto consedi eo consilio, ut vel celeriter accedere vel salutariter recipere me possem. adiunxi haec in loco eligendo, flumen oppositum ut haberem, in quo mora transitus esset, Vocontii sub manu ut essent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. Lepidus desperato adventu meo, quem non mediocriter captabat, se cum Antonio coniunxit a. d. IIII K. Iun., eodemque die ad me castra moverunt; viginti millia passuum cum abessent, res mihi
3 nuntiata est. dedi operam deum benignitate, ut et celeriter me reciperem et hic discessus nihil fugae simile haberet: non miles ullus, non eques, non quicquam impedimentorum amitteretur aut ab illis ferventibus latronibus interciperetur. itaque pridie Nonas Iunias omnis copias Isaram traieci pontisque, quos feceram, interrupi, ut spatium ad colligendum se homines haberent et ego me

2. tantam *ex* tantum *M*[1] ‖ 4. uehementer *HD* ‖ 9. reprehensione *HD* ‖ 10. absim *M*[c]*HD* ‖ 11. magis est *H* ‖ 14. maxime est *HD* ‖ 15. coegit] cogit *Ψ* ‖ si] nisi *alii* ‖ 16. obtr. *M*[c]*HD* ‖ Lepido *om. H* ‖ 17. etiam *om. H* 18. millium *MD* (*cf. ad ep.* 17, 1), milium *H* ‖ 20. salutariter *HD*, salutari *M* 22. fideliter mihi pateret iter *MD*[2], fideliter mihi p̄r (: pater) et frater *D*[1], mihi fideliter pateret fr (: frater) *H*. *ceterum cf. Hirschfeld 'gall. Stud.'* I *p.* 23 (*Wiener Sitz. Ber. t.* 103 *p.* 291) ‖ 23. aduentum eo quem *M* ‖ 24. ad me *M*, *om. HD* ‖ 25. millia *MD*, milia *H* ‖ 26. me *HD*, ame *M* ‖ 27. nihil fugae (*ex* frugae *M*[1]) *MD*, fuge nihil *H* ‖ 29. ferventibus] *cf. Burg 'de Caelii gen. dic.' p.* 48 ‖ 30. copia s, 1 *litt. er.*, *M* ‖ 31. ut spacium ad colligendum se *H*, *addita tamen sup.* spacium *nota qua et significari videtur,* ut spatium

interea cum collega coniungerem, quem triduo, cum has dabam
litteras, expectabam. Laterensis nostri et fidem et animum singu- 4
larem in rem p. semper fatebor; sed certe nimia eius indulgentia
in Lepidum ad haec pericula perspicienda fecit eum minus sagacem;
qui quidem cum in fraudem se deductum videret, manus, quas
iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi adferre conatus est, in
quo casu tamen interpellatus et adhuc vivit et dicitur victurus,
sed tamen de hoc parum mihi certum est. magno cum dolore 5
parricidarum elapsus sum eis; veniebant enim eodem furore in me,
quo in patriam, incitati, iracundias autem harum rerum recentis
habebant: quod Lepidum castigare non destiteram, ut extingueret
bellum, quod conloquia facta improbabam, quod legatos fide Lepidi
missos ad me in conspectum venire vetueram, † quod C. Catium
Vestinum, tr. mil., missum ab Antonio ad me cum litteris excepe-
ram numeroque hostis habueram: in quo hanc capio voluptatem,
quod certe, quo magis me petiverunt, tanto maiorem eis frustratio
dolorem attulit. tu, mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem praesta, 6
ut vigilanter nervoseque nos, qui stamus in acie, subornes.
veniat Caesar cum copiis, quas habet firmissimas, aut, si ipsum
aliqua res impedit, exercitus mittatur; cuius ipsius magnum
periculum agitur: quicquid aliquando futurum fuit in castris per-
ditorum contra patriam, hoc omne iam convenit; pro urbis vero
salute cur non omnibus facultatibus, quas habemus, utamur? quod
si vos istic non defueritis, profecto, quod ad me attinet, omnibus
rebus abunde rei p. satis faciam. te quidem, mi Cicero, in dies 7
mehercules habeo cariorem sollicitudinesque meas cotidie magis tua
merita exacuunt, ne quid aut ex amore aut ex iudicio tuo perdam.
opto, ut mihi liceat iam praesenti pietate meorum officiorum tua
beneficia tibi facere iucundiora. VIII Idus Iun. Cularone, ex finibus
Allobrogum.

et colligendum se *MD*. ut et spatium colligendi se *Wesenberg*. *cf. Landgraf ad Reisigii schol. synt. Lat. p.* 792 ‖ 3. rem p.] re p. *Ψ* ‖ 8. magno *ex* emagno *M*[1], *ut vid.* ‖ 9. eis] iis *M*, his *HD* ‖ 12. improbaram *alii* ‖ 12. 13. Lepidi missos] lepidi dimissos *Ψ* ‖ 13. uetuerat *M* ‖ 15. numeroque hostis habueram *HD* (*praeterea Canonic.* 210, *nisi quod habet* hostium — *sicut Cratander quoque* —, *Paris.* 7783 *et* 14761, *alii*), *om. M. latet tamen corruptela aliqua, quae non tollitur* ad eum *cum* ς *pro* ad me *posito, quam coniecturam Gitlbauer quoque* (*Wiener Stud.* I *p.* 249 *sq.*) *recte improbavit. scripserim* ad me cum litt. exegeram numeroque *cet. quod si verum est, Plancus eos legatos, quos Lepido fidem interponente Antonius ad eum miserat, in conspectum venire vetuerat, Vestinum, qui nulla fide interposita cum Antonii litteris ad eum venerat, vel ex castris eiecerat hostisque numero habuerat. cf. ann. phil.* 1891 *p.* 342 ‖ 16. eis] iis *M*, his *HD* ‖ 22. hoc] huc *Orelli* ‖ omne *om. H* ‖ 23. quas habemus *om. H* ‖ 28. iam] etiam *Starker* (*symb. crit.*' *p.* 24) ‖ pietatem eorum *M* ‖ 29. Cularone *Sirmond*, cuiarohe (cui arone *H*) *Ψ*. *cf. C. I. L.* XII *p.* 273

XXIV. (430.)

PLANCVS IMP. COS. DES. S. D. CICERONI.

1 Facere non possum, quin in singulas res meritaque tua tibi
gratias agam, sed mehercules facio cum pudore; neque enim tanta
necessitudo, quantam tu mihi tecum esse voluisti, desiderare videtur
gratiarum actionem, neque ego lubenter pro maximis tuis beneficiis
tam vili munere defungor orationis, et malo praesens observantia,
indulgentia, adsiduitate memorem me tibi probare. quod si mihi
vita contigerit, omnis gratas amicitias atque etiam pias propin-
quitates in tua opservantia, indulgentia, adsiduitate vincam; amor
enim tuus ac iudicium de me utrum mihi plus dignitatis in per-
2 petuum an voluptatis cotidie sit allaturus, non facile dixerim. de
militum commodis fuit tibi curae; quos ego non potentiae meae
causa — nihil enim me non salutariter cogitare scio — ornari
volui a senatu, sed primum, quod ita meritos iudicabam, deinde,
quod ad omnis casus coniunctiores rei p. esse volebam, novissime,
ut ab omni omnium sollicitatione aversos eos talis vobis praestare
3 possem, quales adhuc fuerunt. nos adhuc hic omnia integra susti-
nuimus: quod consilium nostrum, etsi, quanta sit aviditas hominum
non sine causa †talis victoriae, scio, tamen vobis probari spero;
non enim, si quid in his exercitibus sit offensum, magna subsidia
res p. habet expedita, quibus subito impetu ac latrocinio parrici-
darum resistat. copias vero nostras notas tibi esse arbitror: in
castris meis legiones sunt veteranae tres, tironum, vel luculen-
tissima ex omnibus, una; in castris Bruti una veterana legio, altera

---

3. meritaque *HD*, meraque *M* ‖ 4. mehercules *Ψ* (*in M tamen* s *erasa*), mehercule *alii* ‖ 6. actionem *bis scriptum in M, sed alterum del. M*[c] ‖ lubenter pro maximis tuis benef. *M*, libenter proximam istius benef. *H*, libenter pro eximiis tuis benef. *D* ‖ 8. indulgentia] diligentia *Lambinus*, industria *Boot* (*'obs. crit.' p.* 21) ‖ adsiduitatem *M* ‖ 10. in tua o. i. ads.] *tamquam corrupta notavit verba Baiter, delenda censuerunt Gräter* (*Cic. ep. vers. Germ. Wieland. t.* VII. *Turici* 1821. *p.* 434) *et Wesenberg.* mea in te o. diligentia ads. *Lambinus*, mutua o. i. ads. *Klotz*, in tui o. (*del.* i. ads.) *Orelli*, mutuo (*del.* o. i. ads.) *Gitlbauer* (*l. c. p.* 252). *ego offensionem non agnosco, in Planco praesertim* ‖ adsuiduitate *M* ‖ 14. causa *ex* causam *M*[c] ‖ scio] scis *Nodellius* 16. coniunctioris *Ψ* ‖ 20. talis *corruptum: ut videtur ex adiectivo aliquo in* alis *desinente* (*cf. indicem Pauckerianum in Kuhnii Z. f. vergl. Sprachf.* XXVII. 1885. *p.* 113 *sq.*); *non tamen placet H. A. Kochii* (*mus. Rhen.* XII. 1857. *p.* 268) fatalis. *mihi* capitalis — *quod olim* (*progr. Putbus.* 1855 *p.* 12) *a Kochio propositum Lehmanno quoque* (*p.* 60) *in mentem venit,* consularis *tamen praeferenti Planco non indignum videtur.* ut ais *coni. Andresen*, *deleri voluit vocabulum Wesenberg ipseque Koch* (*'coni. Tull.' progr. Port.* 1868 *p.* 32 *et Philol. Anz.* V. 1873. *p.* 161). *in mg. Cratandrinae pro* victoriae *ponitur* belli, *ex coniectura pessima* ‖ 22. sub. imp. ac latr. *ablativos, non dativos putat Schmalz* (*Berl. phil. Wochenschr.* 1889 *p.* 1632) ‖ 24. tirinum *M* (tironum *M*[r]) ‖ 24. 25. luculentissima] locupletissima *dubitanter Lehmann* (*Woch. f. kl. Philol.* 1885 *p.* 1108)

bima, octo tironum. ita universus exercitus numero amplissimus est, firmitate exiguus; quantum autem in acie tironi sit committendum, nimium saepe expertum habemus. ad hoc robur nostrorum 4 exercituum sive Africanus exercitus, qui est veteranus, sive Caesaris accessisset, aequo animo summam rem p. in discrimen deduceremus. aliquanto autem propius esse, quod ad Caesarem attinet, videbamus: nihil destiti eum litteris hortari, neque ille intermisit adfirmare se sine mora venire, cum interim aversum illum ab hac cogitatione ad alia consilia video se contulisse. ego tamen ad eum Furnium nostrum cum mandatis litterisque misi, si quid forte proficere posset. scis tu, mi Cicero, quod ad Caesaris amorem attinet, 5 societatem mihi esse tecum, vel quod in familiaritate Caesaris vivo illo iam tueri eum et diligere fuit mihi necesse, vel quod ipse, quoad ego nosse potui, moderatissimi atque humanissimi fuit sensus, vel quod ex tam insigni amicitia mea atque Caesaris hunc filii loco et illius et vestro iudicio supstitutum non proinde habere turpe mihi videtur. sed — quicquid tibi scribo, dolenter meher- 6 cules magis quam inimice facio — quod vivit Antonius hodie, quod Lepidus una est, quod exercitus [habent] non contemnendos habent, quod sperant, quod audent, omne Caesari acceptum referre possunt. neque ego superiora repetam; sed, ex eo tempore, quo ipse mihi professus est se venire, si venire voluisset, aut oppressum iam bellum esset aut in aversissimam illis Hispaniam cum detrimento eorum maximo extrusum. quae mens eum aut quorum consilia a tanta gloria, sibi vero etiam necessaria ac salutari, avocarit et ad cogitationem consulatus bimestris summo cum terrore hominum et insulsa cum efflagitatione transtulerit, exputare non possum. mul- 7 tum in hac re mihi videntur necessarii eius et rei p. et ipsius causa proficere posse, plurimum, ut puto, tu quoque, cuius ille tanta merita habet, quanta nemo praeter me; numquam enim obliviscar maxima ac plurima me tibi debere. de his rebus ut exigeret cum eo, Furnio mandavi: quod si, quantam debeo, habuero apud eum auctoritatem, plurimum ipsum iuero. nos interea duriore condicione 8 bellum sustinemus, quod neque expeditissimam dimicationem pu-

4. exercitus *om. H* ‖ 6. aliquanto *M*, aliquando *HD* ‖ quod ad Caesarem attinet *retinui cum Klotzio (praef. p. LIX²)*, quod Caesarem *Stroth aliique* 17. 18. mehercule *ex* mehercules *M¹ vel M²* ‖ 19. iepidus *M* ‖ habent *in Ψ bis scriptum, prius notari* ‖ 20. possum *D* ‖ 23. adversissimam *alii* ‖ illis] illi *Ψ* 24. etrusum *M* ‖ mens *om. H¹* ‖ a *HD*, *om. M* ‖ 25. avocarint *et* 27. transtulerint *alii* ‖ 26. bimestris] bimenstris *H* ‖ quinquemestris *Manutius et O. E. Schmidt (ann. phil.* 1890 *p.* 129, 17), *recte, ut vid.*, semestris *Lange (r. Alterth.* III² *p.* 543, 17) ‖ 32. quantam] quantum *Ψ* ‖ 33. iuero *M*, tuero *D*, tueor *H*, iuuero *s*

tamus neque tamen refugiendo commissuri sumus, ut maius detrimentum res p. accipere possit. quod si aut Caesar se respexerit aut Africanae legiones celeriter venerint, securos vos ab hac parte reddemus. tu, ut instituisti, me diligas rogo proprieque tuum esse tibi persuadeas. v K. Sext. ex castris.

XXV. (404.)

CICERO S. D. FVRNIO.

1 Si interest, id quod homines arbitrantur, rei p. te, ut instituisti
atque fecisti, navare operam rebusque maximis, quae ad extinguen-
das reliquias belli pertinent, interesse, nihil videris melius neque
laudabilius neque honestius facere posse istamque operam tuam,
navitatem, animum in rem p. celeritati praeturae anteponendam
censeo; nolo enim te ignorare, quantam laudem consecutus sis,
mihi crede, proximam Planco, idque ipsius Planci testimonio, prae-
2 terea fama scientiaque omnium. quamobrem si quid operis tibi
etiam nunc restat, id maximo opere censeo persequendum; quid
enim honestius aut quid honesto anteponendum? sin autem satis
factum rei p. putas, celeriter ad comitia, quoniam mature futura
sunt, veniendum censeo, dum modo ne [quid] haec ambitiosa festi-
natio aliquid imminuat eius gloriae, quam consecuti sumus. multi
clarissimi viri, cum rei p. darent operam, annum petitionis suae
non obierunt; quod eo facilius nobis est, quod non est annus hic
tibi destinatus, ut, si aedilis fuisses, post biennium tuus annus
esset: nunc nihil praetermittere videbere usitati et quasi legitimi
temporis ad petendum. video autem Planco cos., etsi etiam sine
eo rationes expeditas haberes, tamen splendidiorem petitionem tuam,
3 si modo ista ex sententia confecta essent. omnino plura me scri-
bere, cum tuum tantum consilium iudiciumque sit, non ita necesse
arbitrabar; sed tamen sententiam meam tibi ignotam esse nolebam,

5. v — castris *om. H* ‖ 12. nauitatem *HD*, natiuitatem *M* ‖ anteponendam] *non est cur aut cum Baitero, qui non debuit ad Cic. de off.* I, 4, 14 *provocare (cf. C. F. W. Müller Cic. op.* IV, 3 *ad p.* 6, 37), anteponenda *scribatur — idem iam Graevius voluerat — aut cum* ς anteponendum ‖ 14. Planci *om. H* 15. scientiaque] sententiaque ς, conscientiaque *Orelli* ‖ 16. persequundum *M* 17. 18. satis factum rei p. *M*, satis factum officio rei p. satis factum *HD*, *ex interpolatione puto.* satis factum officio, satis factum rei p. *Graevius* 19. ne haec *HD*, ne quid haec *M. alii* aliquid *deleverunt* ‖ 22. non est *om. HD* ‖ hic] hic <sic> *Baiter, non intellecta sententia. cf. Mommsen 'r. Staatsr.'* I^{3} *p.* 528, 2 ‖ 24. praetermittere *ex* -ret *radendo M* ‖ usitati] *cf. Mommsen l. c.* I^{3} *p.* 478, 4 ‖ 25. video] videbam *Wesenberg, iniuria* ‖ cos. *M*, eos *H*, consule *D* ‖ 25. 26. sine eo ratione (*sic*) *HD*, sine orationes ¦, 1 *litt. er., M* ¦ 28. necesse *om. HD*^{1}

cuius est haec summa, ut omnia te metiri dignitate malim quam ambitione, maioremque fructum ponere in perpetuitate laudis quam in celeritate praeturae. haec eadem locutus sum domi meae adhibito Quinto, fratre meo, et Caecina et Calvisio, studiosissimis tui, cum Dardanus, libertus tuus, interesset: omnibus probari videbatur oratio mea; sed tu optime iudicabis.

XXVI. (426.)
M. CICERO S. D. C. FVRNIO.

Lectis tuis litteris, quibus declarabas aut omittendos Nar- 1
bonensis aut cum periculo dimicandum, illud magis timui: quod vitatum non moleste fero. quod de Planci et Bruti concordia scribis, in eo vel maximam spem pono victoriae. de Gallorum studio, nos aliquando cognoscemus, ut scribis, cuius id opera maxime excitatum sit; sed iam, mihi crede, cognovimus. itaque iucundissimis tuis litteris stomachatus sum in extremo; scribis enim, si in Sextilem comitia, cito te, sin iam confecta, citius, 'ne diutius cum periculo fatuus sis'. o mi Furni, quam tu tuam causam non 2
nosti, qui alienas tam facile discas! tu nunc candidatum te putas et id cogitas, ut aut ad comitia curras aut, si iam confecta, domi tuae sis, ne cum maximo periculo, ut scribis, stultissimus sis? non arbitror te ita sentire; omnis enim tuos ad laudem impetus novi: quod si, ut scribis, ita sentis, non magis te quam de te iudicium reprehendo meum. te adipiscendi magistratus levissimi et divulgatissimi, si ita adipiscare, ut plerique, praepropera festinatio abducet a tantis laudibus, quibus te omnes in caelum iure et vere ferunt? scilicet id agitur, utrum hac petitione an proxima praetor fias, non ut ita de re p. mereare, omni honore ut dignissimus iudicere. utrum nescis, quam alte ascenderis, an pro nihilo id putas? si 3
nescis, tibi ignosco, nos in culpa sumus; sin intellegis, ulla tibi est praetura vel officio, quod pauci, vel gloria, quam omnes secuntur, dulcior? hac de re et ego et Calvisius, homo magni iudicii tuique amantissimus, te accusamus cotidie. comitia tamen, quoniam ex eis pendes, quantum facere possumus, quod multis de causis rei p. arbitramur conducere, in Ianuarium mensem protrudimus. vince igitur et vale.

1. dignitate malim *D M*[1], dignitatem malim *H*, dignitatem aliam *M* ‖ 4. quincto *M*, quintio *H* ‖ 10. quod] hoc *Rost, iniuria puto* ‖ 15. tuis litteris *M*, litteris tuis *HD* ‖ 16. te *om. H* ‖ 18. candidatum *D*[1], canditum *M*, conditum *HD*[1] ‖ 19. cognitas *M* cogitas *M*[1] ‖ 20. sis ne *H*, sine *ex* siene *radendo M* ne — sis *om. D* ‖ maxime *M* ‖ 27. iudicare *Ψ* ‖ 30. 31. sequuntur *M* ‖ 33. eis] iis *M*, his *HD* ‖ 34. producimus *H* ‖ 35. *eadem clausula* XI, 25, 2: 'vince et vale.' te *alii inserunt, male* ‖ ual. *M*

XXVII. (373.)

CICERO LEPIDO S.

1 Quod mihi pro summa erga te benivolentia magnae curae est, ut quam amplissima dignitate sis, moleste tuli te senatui gratias non egisse, cum esses ab eo ordine ornatus summis honoribus. pacis inter civis conciliandae te cupidum esse laetor: eam si a servitute seiungis, consules et rei p. et dignitati tuae; sin ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restituturast, hoc animo scito omnes sanos, ut mortem servituti ante-
2 ponant. itaque sapientius meo quidem iudicio facies, si te in istam pacificationem non interpones, quae neque senatui neque populo nec cuiquam bono probatur. sed haec audies ex aliis aut certior fies litteris: tu pro tua prudentia, quid optimum factu sit, videbis.

XXVIII. (359.)

CICERO TREBONIO S.

1 Quam vellem ad illas pulcherrimas epulas me Idibus Martiis invitasses! reliquiarum nihil haberemus: at nunc cum eis tantum negotii est, ut vestrum illud divinum ⟨in⟩ rem p. beneficium nonnullam habeat querelam. quod vero a te, viro optimo, seductus est tuoque beneficio adhuc vivit haec pestis, interdum, quod mihi vix fas est, tibi subirascor; mihi enim negotii plus reliquisti uni quam praeter me omnibus; ut enim primum post Antonii foedissimum discessum senatus haberi libere potuit, ad illum animum meum reverti pristinum, quem tu cum civi acerrimo, patre tuo, in
2 ore et amore semper habuisti; nam, cum senatum a. d. XIII K. Ian. tr. pl. vocavissent deque alia re referrent, totam rem p. sum complexus egique acerrime senatumque iam languentem et defessum ad pristinam virtutem consuetudinemque revocavi magis animi quam ingenii viribus. hic dies meaque contentio atque actio spem primum populo R. attulit libertatis recuperandae; nec vero ipse postea tempus ullum intermisi de re p. non cogitandi solum, sed etiam
3 agendi. quod nisi res urbanas actaque omnia ad te perferri arbi-

3. pro ⟨mea⟩ summa *vel* pro summa ⟨mea⟩ *alii* ‖ 7. seiungis *D*, se iungis, *pr.* i *in ras. ex* a, *ut vid.*, *H*, se lungis *M*. seiunges *alii* ‖ 8. 9. restituturast *M*[1], restitutura est *M*[c], restitura est *D*, restituta est *H* ‖ 9. omnes ⟨esse⟩ sanos *Orelli*[1], ⟨esse⟩ omnes s. ς ‖ 10. facies *M*, faceres *HD* ‖ 11. interpones] interponeres *Ψ* ‖ 12. 13. fies certior *H* ‖ 13. sit *om.* *H* ‖ 16. epulas *MD*[2], epistulas (*nota scriptum*) *HD*[1] ‖ 17. eis] iis *M*, his *HD* ‖ 18. diuinum re (rei *D*) p. *Ψ* ‖ *ad vs.* 27. 28. *in mg.* *M a m. s.* XV *adscriptum:* sile obsecro

trarer, ipse perscriberem, quamquam eram maximis occupationibus impeditus. sed illa cognosces ex aliis; a me pauca, et ea summatim: habemus fortem senatum, consularis partim timidos, partim male sentientis; magnum damnum factum est in Servio; L. Caesar optime sentit, sed, quod avunculus est, non acerrimas dicit sententias: consules egregii, praeclarus D. Brutus, egregius puer Caesar, de quo spero equidem reliqua, hoc vero certum habeto, nisi ille veteranos celeriter conscripsisset legionesque duae de exercitu Antonii ad eius se auctoritatem contulissent atque is oppositus esset terror Antonio, nihil Antonium sceleris, nihil crudelitatis praeteriturum fuisse. haec tibi, etsi audita esse arbitrabar, volui tamen notiora esse. plura scribam, si plus otii habuero.

XXIX. (429.)

CICERO APPIO S.

De meo studio erga salutem et incolumitatem tuam credo te cognosse ex litteris tuorum, quibus me cumulatissime satis fecisse certo scio, nec eis concedo, quamquam sunt singulari in te benivolentia, ut te salvum malint quam ego. illi mihi necesse est concedant, ut tibi plus quam ipsi hoc tempore prodesse possim; quod quidem nec destiti facere nec desistam et iam in maxima re feci et fundamenta ieci salutis tuae. tu fac bono animo magnoque sis meque tibi nulla re defuturum esse confidas. pr. Non. Quinctiles.

XXX. (378.)

GALBA CICERONI S.

A. d. XVII K. Mai., quo die Pansa in castris Hirtii erat futurus, 1
cum quo ego eram — nam ei obviam processeram millia passus centum, quo maturius veniret —, Antonius legiones eduxit duas, secundam et quintam tricensimam, et cohortes praetorias duas,

---

4. damnum *ex* dagnum M^c ‖ seruio *M*, seruitio *HD* ‖ 6. Caesar *suspectavit Kleyn* ‖ 8. celeriter ueteranos *H* ‖ 9. is M^1D *et radendo ex* his *H*, his M^c 14. Appio] *cf.* XI, 22. Ampio ς ‖ 15. te *D*, et *MH* ‖ 17. scio *ex* iscio M^1, *ut vid.* ‖ eis] iis *M*, his *HD* ‖ 17. 18. beniuolentia *HD*, ben *M* ‖ 20. et iam *M*, etiam *HD* ‖ 21. ieci *HD*, leci *M* ‖ magnoque *HD*, magno animoque *M* ‖ 22. nulla ⟨in⟩ re *vel* ⟨in⟩ nulla re *alii* ‖ 24. *de Galbae genere dicendi accurate exposuit H. Hellmuth 'über d. Sprache d. Epistolographen S. Sulpicius Galba u. L. Cornelius Balbus' progr. Wirceburg.* 1888 *p.* 9 *sq.* (*cf. A. Eussner Berl. phil. Wochenschr.* 1888 *p.* 1594 *sq.*) ‖ 25. A. d.] Ad *index M*, *om* Ψ ‖ XVII] XVIII *Ruete* ('*Corresp. Cic.*' *p.* 48) *propter Ovid. fast.* IV 625 *sq. posse tamen utrumque testimonium teneri docuit Mommsen Herm.* XVII *p.* 636 ‖ 26. ei] et Ψ millia (milia *H*) passus Ψ, milia passuum ς. *cf. ad* X, 17, 1 ‖ 28. quinctam *M* ‖ tricesimam *HD*

unam suam, alteram Silani, evocatorum partem: ita obviam venit
nobis, quod nos quattuor legiones tironum habere solum arbitra-
batur; sed noctu, quo tutius venire in castra † possuissemus,
legionem Martiam, cui ego praeesse solebam, et duas cohortes prae-
2 torias miserat Hirtius nobis. cum equites Antonii apparuissent,
contineri neque legio Martia neque cohortes praetoriae potuerunt;
quas sequi coepimus coacti, quoniam retinere eas non potueramus.
Antonius ad Forum Gallorum suas copias continebat neque sciri
volebat se legiones habere: tantum equitatum et levem armaturam
ostendebat. postea quam vidit se invito legionem ire Pansa, sequi
se duas legiones iussit tironum. postea quam angustias paludis
et silvarum transimus, acies est instructa a nobis XII cohortium;
3 nondum venerant legiones duae: repente Antonius in aciem suas
copias de vico produxit et sine mora concurrit. primo ita pugna-
tumst, ut acrius non posset ex utraque parte pugnari; etsi dexterius
cornu, in quo ego eram cum Martiae legionis cohortibus octo,
impetu primo fugaverat legionem XXXV Antonii, ut amplius passus D
ultra aciem, quo loco steterat, processerit. itaque, cum equites
nostrum cornum circumire vellent, recipere me coepi et levem arma-
turam opponere Maurorum equitibus, ne aversos nostros adgrede-
rentur. interim video me esse inter Antonianos Antoniumque post
me esse aliquanto: repente equum immisi ad eam legionem tironum,
quae veniebat ex castris, scuto reiecto. Antoniani me insequi;
nostri pila coicere velle: ita nescio quo fato sum servatus, quod
4 sum cito a nostris cognitus. in ipsa Aemilia, ubi cohors Caesaris
praetoria erat, diu pugnatum est. cornu sinisterius, quod erat in-
firmius, ubi Martiae legionis duae cohortes erant et cohors prae-
toria, pedem referre coeperunt, quod ab equitatu circumibantur,
quo vel plurimum valet Antonius. cum omnes se recepissent nostri
ordines, recipere me novissimus coepi ad castra; Antonius tamquam
victor castra putavit se posse capere: quo cum venit, complures
ibi amisit nec egit quicquam.

---

1. ⟨et⟩ evocatorum *alii, male. cf. Marquardt 'Staatsverw.'* II² *p.* 402 *sq.* ‖ 3. tutius uenire in castra possuissemus *M*, tutius in castra uenire potuissemus *HD*. possemus *corrigunt*, *malim* potis essemus. *cf. Hellmuth p.* 18 ‖ 9. equitatum et *M*, *om. HD* ‖ 12. transimus *M*, transiuimus *HD*, transiimus *alii. cf. Hellmuth p.* 12 ‖ 13. duae: repente] *cf. ib. p.* 20 ‖ 14. 15. pugnatumst *M*¹, pugnatum est *M*ᶜ*HD* ‖ 16. cum marti relegionis *M* ‖ 17. Antonii *del. Kleyn* (*p.* 45) ‖ passus D *HD*, passus *M* ‖ 18. quo loco steterat *del. Kleyn, iniuria* ‖ 19. cornum *M*, cornu *HD* ‖ 20. opponere maurorum *ex* opponerem aurorum *M*ᶜ ‖ 23. sc|uto, 1 *litt. er., M* ‖ me *HD*, anime *M* ‖ 24. coicere *M*, coiicere *D*, conicere *H* ‖ 25. caesaris cohors *H* ‖ 31. venit] venisset *Wesenberg. at v. Hellmuth p.* 19 ‖ 32. amisit *HD*, amici sit *M*

audita re Hirtius cum cohortibus XX veteranis redeunti Antonio in sua castra occurrit copiasque eius omnis delevit fugavit eodemque loco, ubi erat pugnatum, ad Forum Gallorum: Antonius cum equitibus hora noctis quarta se in castra sua ad Mutinam recepit: Hirtius in ea castra redit, unde Pansa exierat, ubi duas 5
legiones reliquerat, quae ab Antonio erant oppugnatae. sic partem maiorem suarum copiarum Antonius amisit veteranarum; nec id tamen sine aliqua iactura cohortium praetoriarum nostrarum et legionis Martiae fieri potuit. aquilae duae, signa LX sunt relata Antonii: res bene gesta est. a. d. XVI K. Mai. ex castris.

XXXI. (368.)

C. ASINIVS POLLIO CICERONI S. D.

Minime mirum tibi debet videri nihil me scripsisse de re p., 1
postea quam itum est ad arma; nam saltus Castulonensis, qui semper tenuit nostros tabellarios, etsi nunc frequentioribus latrociniis infestior factus est, tamen nequaquam tanta in mora est, quanta qui locis omnibus dispositi ab utraque parte scrutantur tabellarios et retinent; itaque, nisi nave perlatae litterae essent, omnino nescirem, quid istic fieret. nunc vero nactus occasionem, postea quam navigari coeptum est, cupidissime et quam creberrime potero scribam ad te. ne movear eius sermonibus, quem tametsi 2

---

2. 3. d. fugauit eodemque l. Ψ, d. fugauitque eodem l. ς, d. fugavit ⟨eodem die⟩ eodemque l. *Wesenberg. cf. Hellmuth p.* 21 ‖ 3. ad Forum Gallorum *et* 4. ad Mutinam *del. Kleyn, haud recte* ‖ 5. redit] rediit *alii* ‖ 6. oppugnatae] oppugnata *Nipperdey* (*opusc. p.* 466), *vix recte. ceterum puncto, non commate post* exierat *distingui, quo magis appareret duas legiones ab Antonio oppugnatas tironum fuisse illas duas a Pansa exeunte in castris relictas* (§ 2) ‖ 7. antonius *ex* antonis *M*[c] ‖ 7. 8. nec id tamen sine aliqua *M*, nec id tamen ne aliqua *D*[1] *corr.*, nec tamen ipsi ne aliqua *HD*[1] ‖ 8. praetoriarum] praetorianarum *MH*, pretorianorum *D* ‖ 10. res *HD*, re *M* ‖ XVI *Manutius*, XII Ψ, XVII *Ruete*

12. *Asinii Pollionis praeter epistulas reliquias collegerunt H. Meyer* (*or. Rom. fr.*[2] *p.* 487 *sq.*) *et H. Peter* (*hist. Rom. fr. p.* 262 *sq.*), *v. praeterea I. R. Thorbeckii diss. L. Bat. a.* 1820 *ed. quibus ex reliquiis quae de illius genere dicendi colligi possint optime exposuit J. H. Schmalz* ('*über d. Sprachgebrauch d. As. P.*' *ed. II. Monachii* 1890). *praeterea multa huc pertinentia collegerunt G. Landgraf* ('*Unters. zu Caesar u. s. Fortsetzern*' *Erlang.* 1888 *et* '*d. Bericht d. C. As. P. über d. span. Unruhen d. J.* 48' *ib.* 1890) *et E. Wölfflin* ('*Arch. f. lat. Lexicogr.*' VI. 1889. *p.* 85 *sq.*, *Sitz. Ber. d. Münchener Ak.* 1889 I *p.* 319 *sq.*, *ed. belli Afr. Lips.* 1889 *p.* XXI *sq.*) *propter opinionem illam qua bellum Africum partesque b. Alexandrini a Pollione profecta esse sibi persuaserunt. cuius de opinionis veritate quamquam dubitari posse censeo — v. etiam A. Köhler Blätter f. d. bayer. Gymn.* XXV. 1889. *p.* 516 *sq.*, *R. Schneider Jahresber. d. philol. Vereins z. Berlin* XVI. 1890. *p.* 112 *sq.*, *R. Menge Berl. phil. Wochenschr.* 1890 *p.* 1109 *sq.* —, *utilissimae tamen etiam ad has Pollionis epistulas recensendas Landgrafii Wölfflinique commentationes fuerunt* ‖ C. *M*, *om. HD* ‖ D. *om. H* ‖ 13. mirum tibi *M*, tibi mirum *HD* ‖ 14. saltis *M* ‖ 16. infectior *H* ‖ 17. scrutatur *M*

21. movear] moueare Ψ

nemo est qui videre velit, tamen nequaquam proinde, ac dignus est, oderunt homines, periculum non est; adeost enim invisus mihi, ut nihil non acerbum putem, quod commune cum illo sit; natura autem mea et studia trahunt me ad pacis et libertatis cupiditatem. itaque illud initium civilis belli saepe deflevi; cum vero non liceret mihi nullius partis esse, quia utrubique magnos inimicos habebam, ea castra fugi, in quibus plane tutum me ab insidiis inimici sciebam non futurum; compulsus eo, quo minime volebam, ne in
3 extremis essem, plane pericula non dubitanter adii. Caesarem vero, quod me in tanta fortuna modo cognitum vetustissimorum familiarium loco habuit, dilexi summa cum pietate et fide. quae mea sententia gerere mihi licuit, ita feci, ut optimus quisque maxime probarit; quod iussus sum, eo tempore atque ita feci, ut appareret invito imperatum esse. cuius facti iniustissima invidia erudire me potuit, quam iucunda libertas et quam misera sub dominatione vita esset. ita, si id agitur, ut rursus in potestate omnia unius sint, quicumque is est, ei me profiteor inimicum, nec periculum est
4 ullum, quod pro libertate aut refugiam aut deprecer; sed consules neque senatus consulto neque litteris suis praeceperant mihi, quid facerem; unas enim post Idus Mart. demum a Pansa litteras accepi, in quibus hortatur me, ut senatu scribam me et exercitum in potestate eius futurum: quod, cum Lepidus contionaretur atque omnibus scriberet se consentire cum Antonio, maxime contrarium fuit; nam quibus commeatibus invito illo per illius provinciam legiones ducerem? aut, si cetera transissem, num etiam Alpis poteram transvolare, quae praesidio illius tenentur? adde huc, quod perferri litterae nulla condicione potuerunt; sescentis enim locis
5 excutiuntur, deinde etiam retinentur ab Lepido tabellarii. illud me Cordubae pro contione dixisse †ne vocabit in dubium, provinciam me nulli, nisi qui ab senatu missus venisset, traditurum: nam, de legione tricensima tradenda quantas contentiones habuerim, quid ego scribam? qua tradita quanto pro re p. infirmior futurus fuerim, quis ignorat? hac enim legione noli acrius aut pugnacius quic-

1. uelit *ex* uelint M^c ‖ 2. adeost (adeo est M^c) enim inuisus ‖ mihi, 1 *litt. er.*, *M*, adeo enim inuisus est mihi *HD* ‖ 6. quia] qui *I. F. Gronovius* utrubique *M*, utrobique *HD quod praefert Schmalz* (*l. c. p.* 14) ‖ 9. plane] *a. Schmalz p.* 53 ‖ 10. 11. familiarum *D*, familiarium, iari *in ras.*, *H* ‖ 13. probarit probant *H*)] probaret *alii. cf. Schmalz p.* 22 ‖ atque ita *M*, atqui ita *H*, atque ui ita *D* ‖ apparet *HD* ‖ 17. me *om. H* ‖ 21. ut *HD*, aut *M* ‖ senatu M^1, senatui M^c *HD* ‖ 22. eius *om. H* ‖ quod — 24. fuit *om. H* ‖ 27. potuerunt nulla conditione *H* ‖ 29. ne] nemo ς, *recte, ut vid.* num (*i. e. Pansa*) *Gitlbauer* (*Wiener Stud.* I *p.* 266) ‖ 30. me *om. H* ‖ tradituram *M* ‖ 31. tricesima *HD* contentiones] contiones *Ψ* ‖ 32. futurus fuerim M^c *HD*, fuerim futurus M^1

quam putare esse. quare cum me existima esse, qui primum pacis cupidissimus sim — omnis enim civis plane studeo esse salvos —, deinde qui et me et rem publicam vindicare in libertatem paratus sim. quod familiarem meum tuorum numero habes, opinione tua 6
mihi gratius est: invideo illi tamen, quod ambulat et iocatur tecum. quaeres, quanti aestimem. si umquam licuerit vivere in otio, experieris; nullum enim vestigium aps te discessurus sum. illud vehementer admiror, non scripsisse te mihi, manendo in provincia an ducendo exercitum in Italiam rei p. magis satis facere possim: ego quidem, etsi mihi tutius ac minus laboriosum est manere, tamen, quia video tali tempore multo magis legionibus opus esse quam provinciis, quae praesertim recuperari nullo negotio possunt, constitui, ut nunc est, cum exercitu proficisci. deinde ex litteris, quas Pansae misi, cognosces omnia; nam tibi earum exemplar misi. XVII K. Apr. Corduba.

XXXII. (417.)

C. ASINIVS POLLIO CICERONI.

Balbus quaestor magna numerata pecunia, magno pondere auri, 1
maiore argenti coacto de publicis exactionibus, ne stipendio quidem militibus reddito duxit se a Gadibus et triduum tempestate retentus ad Calpem K. Iun. traiecit sese in regnum Bogudis plane bene peculiatus. his rumoribus utrum Gadis referatur an Romam — ad singulos enim nuntios turpissime consilia mutat —, nondum scio. sed praeter furta et rapinas et virgis caesos socios haec quoque 2
fecit — ut ipse gloriari solet, eadem, quae C. Caesar —: ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum histrionem summo ludorum die anulo aureo donatum in XIIII sessum deduxit — tot enim fecerat ordines equestris loci —; quattuorviratum sibi prorogavit; comitia biennii biduo habuit, hoc est renuntiavit, quos ei visum est; exsules reduxit, non horum temporum, sed illorum, quibus a seditiosis senatus trucidatus aut expulsus est Sex. Varo procos. illa vero 3

3. libertate *HD* ‖ 4. ⟨in⟩ tuorum *alii. cf. Schmalz p.* 21 ‖ 6. quanti ⟨id⟩ *alii* ‖ 7. ab- *HD* ‖ 8. 9. prouincia manducendo *M*, prouinciam an ducendo *H* 12. possunt] possint *Wesenberg. cf. Schmalz p.* 23 ‖ 14. misi *HD*, mihi *M* 19. maiore *ex* maior M^c ‖ 20. milibus *M* (militibus M^r) ‖ gadibus *ex* gradibus M^1 ‖ 21. Calpem] Calpen *alii. cf. Schmalz As. P.*[2] *p.* 9 ‖ bogudis *D*, et H^1 *ex* bugudis, *ut vid.*, bogutis *M. cf. Landgraf ad b. Alex.* 59, 3, *quem tamen nimium ex hoc nomine concludere puto* ‖ 22. ad *HD* (M^r), an *M* 23. mutat consilia, *ult.* a 1 *ex* o, *H* ‖ 27. donatum/// in, 3—4 *litt. ras.*, *M* fecerat *om. H* ‖ 28. prorogavit] *cf. Mommsen 'r. Staatsr.'* I[3] *p.* 500, 1, 637, 1 30. reduxit *ex* eduxit M^1 ‖ 31. Sex. Varo procos.] *cf. Wilsdorf Leipz. Stud.* I *p.* 125

iam ne Caesaris quidem exemplo: quod ludis praetextam de suo
itinere ad L. Lentulum procos. sollicitandum posuit, et quidem,
cum ageretur, flevit memoria rerum gestarum commotus; gladia-
toribus autem Fadium quendam, militem Pompeianum, quia, cum
depressus in ludum bis gratis depugnasset, auctorare sese nolebat
et ad populum confugerat, primum Gallos equites immisit in
populum — coniecti enim lapides sunt in eum, cum abriperetur
Fadius —, deinde abstractum defodit in ludo et vivum conbussit,
cum quidem pransus nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad
tergum reiectis inambularet et illi misero quiritanti: ‘c. R. natus
sum’ responderet: ‘abi nunc, populi fidem implora’; bestiis vero
civis Romanos, in eis circulatorem quendam auctionum, notissimum
hominem Hispali, quia deformis erat, obiecit. cum huiuscemodi
4 portento res mihi fuit. sed de illo plura coram; nunc, quod
praestat: quid me velitis facere, constituite. tris legiones firmas
habeo, quarum unam, XXVIII, cum ad se initio belli arcessisset
Antonius hac pollicitatione, quo die in castra venisset, denarios
quingenos singulis militibus daturum, in victoria vero eadem prae-
mia, quae suis legionibus — quorum quis ullam finem aut modum
futurum putabit? —, incitatissimam retinui, aegre mehercules, nec
retinuissem, si uno loco habuissem, utpote cum singulae quaedam
cohortes seditionem fecerint. reliquas quoque legiones non destitit
litteris atque infinitis pollicitationibus incitare. nec vero minus
Lepidus ursit me et suis et Antonii litteris, ut legionem XXX
5 mitterem sibi. itaque, quem exercitum neque vendere ullis prae-
miis volui nec eorum periculorum metu, quae victoribus illis por-
tendebantur, deminuere, debetis existumare retentum et conservatum
rei p. esse, atque ita credere, quodcumque imperassetis, facturum

1. praetextam] *cf. Schmalz p.* 32 ‖ 2. posuit] composuit *nescio quis — non Ribbeck* (‘*r. Trag.*’ *p.* 625) *a Bootio* (‘*obs. crit.*’ *p.* 22) *prolatus* —, (praetextam ⟨agi⟩ . . .) poposcit *Boot* ‖ 3. rerum gestarum memoria commotus *H* ‖ 4. fabium *H* ‖ 5. auctorare *Madvig* (‘*adv. crit.*’ II *p.* 234) *et Gitlbauer* (*Wiener Stud.* I *p.* 267), auctore *Ω*. auctorari ς ‖ 7. coniecti] conlecti *M*, collecti *HD* ‖ arriperetur *alii* ‖ 10. 11. c. R. natus sum *del. Kleyn* (*p.* 13), natus *del. post alios A. W. Zumpt* (‘*Criminalrecht*’ I, 1 *p.* 187 *adn.*) ‖ 11. abi] i *Kleyn* (*p.* 14), *non intellecta scilicet dicti crudelitate* ‖ 12. eis] iis *M*, his *HD* ‖ circulatorem] circumlatorem (circum latorem *HD*) *Ψ* ‖ 16. quarum////// (*fin. vs., fuit* unam) unam *M* ‖ arcessisset] accessisset *MH*, accersisset *ex* accessisset D^1 ‖ 18. quingenos *M*, quingentos *HD* ‖ 19. ullam] ullum ς. *cf. Schmalz p.* 9 ‖ finem *ex* fidem M^1, fidem *H* ‖ 20. putabit] putauit *Ψ* ‖ aegremen hercules *M* ‖ 21. si uno loco habuissem *om. HD* ‖ utpote *HD*, utpute M^1, utputa M^c ‖ 22. legiones *om. D* ‖ destitit///, 2 *litt. er. in fine vs.*, *M* ‖ 23. incitare] invitare *Cobet* (*Mnemos.* VIII. 1880. *p.* 191), *inutiliter* ‖ 27. diminuere *D* ‖ 28. imperassetis facturum *M*, impetrassetis facturum *H*, imperassetis futurum *D*. *duriuscule me h. l. omisit, quod tamen inserere non licet. cf. Schmalz p.* 33

fuisse, si, quod iussistis, feci: nam et provinciam in otio et exercitum in mea potestate tenui; finibus meae provinciae nusquam excessi; militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi et, si quos equites decedentis nactus sum, supplicio adfeci: quarum rerum fructum satis magnum re p. salva tulisse me putabo: sed, res p. si me satis novisset et maior pars senatus, maiores ex me fructus tulisset. epistolam, quam Balbo, cum etiam nunc in provincia esset, scripsi, legendam tibi misi; etiam praetextam, si voles legere, Gallum Cornelium, familiarem meum, poscito. VI Idus Iun. Corduba.

XXXIII. (409.)

POLLIO CICERONI S. P.

S. v. b. e. e. q. v. quo tardius certior fierem de proeliis apud 1
Mutinam factis, Lepidus effecit, qui meos tabellarios novem dies retinuit; tametsi tantam calamitatem rei p. quam tardissime audire optandum est[, sed] illis, qui prodesse nihil possunt neque mederi. atque utinam eodem s. c., quo Plancum et Lepidum in Italiam arcessistis, me quoque iussissetis venire! profecto non accepisset res p. hoc vulnus: quo si qui laetantur in praesentia, quia videntur et duces et veterani Caesaris partium interisse, tamen postmodo necessest doleant, cum vastitatem Italiae respexerint; nam et robur et suboles militum interiit, si quidem, quae nuntiantur, ulla ex parte vera sunt. neque ego non videbam, quanto usui rei p. essem 2
futurus, si ad Lepidum venissem; omnem enim cunctationem eius discussissem, praesertim adiutore Planco; sed scribenti ad me eiusmodi litteras, quas leges, et contionibus videlicet, quas Narbone habuisse dicitur, similis, palparer necesse erat, si vellem commeatus per provinciam eius iter faciens habere. praeterea verebar, ne, si ante quam ego incepta perficerem, proelium confectum esset, pium consilium meum raperent in contrariam partem optrectatores mei

---

1. fuisse, sicut, quod non iussistis, feci *I. F. Gronovius, inutiliter* ‖ 3. discessi *H* ‖ 4. discedentes *Orelli* ‖ 7. maioris M^1 ‖ 8. prouincia *ex* prouinciam M^c ‖ 10. iunius *M* ‖ 14 factis *ex* factus *radendo M* (factis *P*) ‖ 15. optinuit *H* ‖ 15. 16. optandum est audire *H* ‖ 16. sed *notari cum H. A. Kochio* (*mus. Rhen.* XII *p.* 270 *et* '*coni. Tull.*' *p.* 33) ‖ neque] nequeo *Ψ* ‖ 19. rei *M* (res M^1) presentia *ex* prentia M^c ‖ 20. et duces *D*, ut duces *MH* ‖ Caesaris partium] *eodem modo Cic. ad Brut.* II, 4, 5 (6, 2): 'ne animi partium Caesaris... vehementer commoverentur', *cf. etiam Philipp.* V, 12, 32. *scilicet* Caesarianorum *voc., quo utitur personatus Pollio* (*b. Alex.* 59, 1 *saepiusque in b. Afr., v. Wölfflin ad* 7, 5), *a vero Pollione non minus quam a Cicerone et Caesare alienum* ‖ postmodo M^1 *D*, postmodum M^c *H* ‖ 21. necessest M^1, necesse est M^c *HD* ‖ 25. adiutore *ex* adiutores M^1, *ut vid.* ‖ 26. et *del. alii, fort. recte* ‖ 27. palparer *Victorius*, palmarer *M*, palma rerum *HD. cf. Schmalz As. P.*^{2} *p.* 41

propter amicitiam, quae mihi cum Antonio, non maior tamen quam
3 Planco, fuit. itaque a Gadibus mense Aprili binis tabellariis in
duas navis impositis et tibi et consulibus et Octaviano scripsi, ut
me faceretis certiorem, quonam modo plurimum possem prodesse
rei p.; sed, ut rationem ineo, quo die proelium Pansa commisit,
eodem a Gadibus naves profectae sunt; nulla enim post hiemem
fuit ante eam diem navigatio. et hercules longe remotus ab omni
suspicione futuri civilis tumultus penitus in Lusitania legiones in
hibernis conlocaram; ita porro festinavit uterque confligere, tam-
quam nihil peius timerent, quam ne sine maximo rei p. detrimento
bellum conponeretur; sed, si properandum fuit, nihil non summi
4 ducis consilio gessisse Hirtium video. nunc haec mihi scribuntur
ex Gallia Lepidi et nuntiantur: Pansae exercitum concisum esse;
Pansam ex vulneribus mortuum; eodem proelio Martiam legionem
interisse et L. Fabatum et C. Peducaeum et D. Carfulenum; †Hir-
tino autem proelio et quartam legionem et omnis peraeque Antonii
caesas, item Hirtii; quartam vero, cum castra quoque Antonii
cepisset, a quinta legione concisam esse; ibi Hirtium quoque perisse
et Pontium Aquilam; dici etiam Octavianum cecidisse — quae si,
quod di prohibeant! vera sunt, non mediocriter doleo —; Antonium
turpiter Mutinae opsessionem reliquisse, sed habere equitum * *,
legiones sub signis armatas tris et †pupilli Bagienni unam, inermes
bene multos; Ventidium quoque se cum legione VII, VIII, VIIII

---

1. non *MD*, fuit non *H* ‖ 1. 2. quam Planco] *ablativum, non dativum, cum Schmalzio* (*p.* 33) *puto* ‖ 2. fuit *om. H* ‖ binis tabellariis *M*[1], binos tabellarios *M*[c] ‖ 3. impositis *HD*, imposui||, 1 *litt.* (t?) *er., M* ‖ 4. 5. rei p. prodesse *H* ‖ 5. quo die proelium pansa *MD*, die quo p. pr. *H* ‖ 7. eam] eum *Baiter. cf. Schmalz p.* 9 *deque ipsa re Nissen 'ital. Landesk.'* I *p.* 129 *sq. ceterum* eam diem *om. H* ‖ et hercules *M*, et ego me hercules *HD* ‖ 8. lusitania *M*, lusania *HD* ‖ 8. 9. in hibernis *om. D* ‖ 10. rei *HD*, res *M* ‖ 11. nihil non *M*, nihil *HD* ‖ 12. gessisse *M*, cessisse *HD* ‖ 16. quartam] secundam *Manutius, recte quidem haerens. ipsa tamen ea correctio non sufficit, propter verba proxima — quae sic posita stare non possunt. sedes autem mali in* peraeque *quaerenda quod natum videtur ex* praet. *habuerant Antonius legiones tres* (II, V, XXXV) *et cohortes praetorias duas* (*cf.* X, 30, 1), *Hirtius legiones duas* (IV *et* VII: *cf. Cic. Phil.* XIV, 10, 27) *itemque cohortes praetorias duas* (*cf. ep.* X, 30, 1), *Pansae primo eas missas. scripserat igitur Pollio, si primo loco milites pro rep. occisos posuit:* et IV (*vel* VII) legionem et omnis praet. Antonii caesas, item Hirtii; VII (*vel* IV) vero *cet., sin Antonianos:* et II legionem et omnis praet. Antonii caesas, item Hirtii; IV (*vel* VII) vero *cet. ceterum fieri potest ut in* omnis *lateat* cortis (cohortis). *cf. ann. phil.* 1891 *p.* 343 ‖ 18. coepisset *M* ‖ hirtium quoque *M*, quoque hirtium *HD* ‖ 19. pontium aquilam dici etiam octauianum cecidisse *M*, pontium quidam dicunt etiam octauium cecidisse *D*, pontium quidam dicunt octauianum quoque cecidisse *H* ‖ 20. di *M*, dii *HD* ‖ 21. reliquisse *om. H* ‖ equitum ⟨v̄⟩ ς, *fort. recte* ‖ 22. pupilli] P. ς (*eadem in* Ψ *confusio* XIII, 14, 1). [*illud aut tenendum aut* populi (*s.* popelli) (Bagienni *s.* Bagiennorum) *scribendum censet O. E. Schmidt Philol.* 51. 1892. *p.* 186 *sq.*] ‖ [23. VII VIII VIIII] *offendi post alios in numeris coniecique* (*v. ann.*

coniunxisse; si nihil in Lepido spei sit, descensurum ad extrema
et non modo nationes, sed etiam servitia concitaturum; Parmam
direptam; L. Antonium Alpis occupasse. quae si vera sunt, nemini 5
nostrum cessandum est nec exspectandum, quid decernat senatus;
res enim cogit huic tanto incendio succurrere omnis, qui aut imperium aut nomen denique populi R. salvum volunt esse; Brutum enim cohortis XVII et duas non frequentis *tironum legiones, quas conscripserat Antonius, habere audio; neque tamen dubito, quin omnes, qui supersint de Hirtii exercitu, confluant ad eum; nam in dilectu non multum spei puto esse, praesertim cum nihil sit periculosius quam spatium confirmandi sese Antonio dari. anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat, propterea quia frumenta aut in agris aut in villis sunt. itaque proximis litteris consilium meum expedietur; nam neque desse neque superesse rei p. volo; maxime tamen doleo adeo et longo et infesto itinere ad me veniri, ut die quadragensimo post aut ultra etiam, quam facta sunt, omnia nuntientur.

XXXIV. (399.)

LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. S. D. M. TVLLIO CICERONI.

S. v. b. e. e. v. cum audissem M. Antonium cum suis copiis 1
praemisso L. Antonio cum parte equitatus in provinciam meam venire, cum exercitu meo ab confluente †ab Rhodano castra movi ac contra eos venire institui. itaque continuis itineribus ad Forum Voconii veni et ultra castra ad flumen Argenteum contra Antonios feci. P. Ventidius suas legiones tres coniunxit cum eo et ultra me

---

phil. 1891 *p.* 344): V. quoque se cum leg. (*vel* legionibus) III (tribus) veteranorum coniunxisse, *coll.* XI, 10, 3 (*Brut. ad Cic.*): 'hoc accessit manus Ventidii, quae . . . se cum Antonio coniunxit. est numerus veteranorum et armatorum satis frequens cum Ventidio' *et* X, 34, 1 (*Lepid.*): 'P. Ventidius suas legiones tres coniunxit cum eo.' *fieri tamen potest ut qui traditos numeros tenet O. E. Schmidt* (*Philol. l. c., v. ibid. p.* 198 *sq.*) *rectius iudicaverit. ceterum Baiteri* se ⟨ei⟩ cum *iure repudiavit Lehmann* (*p.* 18) || 3. direptam *D*, dereptam *MH* || 7. XVIII *H* || 9. supersunt *H* || 10. dilectu *MH*, delectu *D*. *cf. Iordan Herm.* XV *p.* 540 || 14. 'nam neque deesse rei publicae volo neque superesse' *ex hac epistula adfert Gell.* I, 22, 19 (*t.* I *p.* 106, 2 *H.*) || desse *M*[1], deesse *M*[c]*HD* || 16. quadragesimo *HD* || 20. M. (marcum *H*) *HD*, *om. M* || 22. ab confluente ab rhodano *M*, ab confluente rhodano *D*, rhodano ab confluente *H*. ab confluente Arari et Rhodano *Hübner* (*Bonner Iahrb. fasc.* 42. 1867. *p.* 47), *bene.* ab confluente Arare Rhodano *Bergk* ('*z. Gesch. u. Topogr. d. Rheinlande*' *Lips.* 1882 *p.* 7, 3), *v. tamen Hübner l. c. fasc.* 80. 1885. *p.* 125. ab confluente ad Rhodanum *Orelli*, ab confluente Durentiae ac Rhodani *Wesenberg*. ab confluente [ab Rhodano] *Baiter* || 24. Voconii *Manutius*, uocontium *MD*, uocantium *H* || ultra *suspectum Wesenbergio* || Antonios] Antonianos *alii* || 25. cum eo] *i. e. cum M. Antonio. cf. ad* X, 15, 3: equitatum eius || ultra me *M*, ultra a me *HD*. *cf. Thielmann* '*Arch. f. lat. Lexicogr.*' IV *p.* 370

castra posuit; habebat antea legionem v et ex reliquis legionibus magnam multitudinem, sed inermorum. equitatum habet magnum; nam omnis ex proelio integer discessit ita, ut sint amplius equitum milia quinque. ad me complures milites et equites ab eo transie-
2 runt et in dies singulos eius copiae minuuntur: Silanus et Culleo ab eo discesserunt; nos, etsi graviter ab eis laesi eramus, quod contra nostram voluntatem ad Antonium ierant, tamen nostrae humanitatis et necessitudinis causa eorum salutis rationem habuimus, nec tamen eorum opera utimur neque in castris habemus neque ulli negotio praefecimus. quod ad bellum hoc attinet, nec senatui nec rei p. derimus. quae postea egerimus, faciam te certiorem.

⟨XXXIV[a]. (400.)

LEPIDVS CICERONI.⟩

3 Etsi omni tempore summa studia officii mutuo inter nos certatim constiterunt pro nostra inter nos familiaritate et proinde diligenter ab utroque conservata sunt, tamen non dubito, in tanto et tam repentino motu rei p. quin nonnulla de me falsis rumoribus a meis optrectatoribus me indigna ad te delata sint, quae tuum animum magnopere moverent pro tuo amore in rem p. ea te moderate accepisse neque temere credendum iudicasse a meis procuratoribus certior sum factus; quae mihi, ut debent, gratissima sunt, memini enim et illa superiora, quae aps tua voluntate profecta sunt ad meam dignitatem augendam et ornandam, quae per-
4 petuo animo meo fixa manebunt. abs te, mi Cicero, magno opere peto, si meam vitam studium diligentissime superioribus temporibus in re p. administranda, quae Lepido digna sunt, perspecta habes, ut paria aut eo ampliora reliquo tempore exspectes et proinde tua auctoritate me tuendum existimes, quo tibi plura tuo merito debeo. vale. d. XI K. Iun. ex castris, ex Ponte Argenteo.

---

1. v et *HD*, ·u· ut *M.* secundam et ς || 2. inermiorum *H* || habet *M*, habebat *HD* || 3. 4. equitum milia quinque. ad me *Madvig*, equitum ·M· itaque ad me *HD*, equitum. itaque ad me *M* || 6. eis] iis *M*, his *HD* || 11. derimus M^1, deerimus M^c*D*, decedimus, *sed in ras., H* || 11. 12. postea gerimus, faciam certiorem te *H* || 13. *novae epistulae initium recte hinc fecit Victorius* || 15. officii mutuo] officiaque mutua *Lambinus*, officii mutui — *sic iam* ς — *P. Starker* (*'symb. crit.' p.* 26) *et Madvig* (*'adv. crit.'* III *p.* 163), *inutiliter omnes. cf. Thielmann l. c.* III *p.* 296, VII *p.* 369 *sq.* || 20. magno opere ς || 25. ⟨in⟩ animo *Wesenberg* || magnopere *HD* || 26. vitam studium diligentissime] v. studiaque diligentissime *Wesenberg,* v., studium, diligentiam *Lambinus,* v., studium, diligentiam et egisse me *E. Opitz* (*progr. Numburg.* 1879 *p.* 15) || 27. quae Lepido digna sunt *iniuria del. Kleyn.* sint *pro* sunt *scripsit Wesenberg, fort. recte* 30. cast. *M*

XXXV. (408.)

M. LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. S. D. PR. TR. PL. SENATVI POPVLO PLEBIQVE ROMANAE.

S. v. liberique vestri v. b. e. e. q. v. deos hominesque testor, 1
p. c., qua mente et quo animo semper in rem p. fuerim et quam nihil antiquius communi salute ac libertate iudicarim; quod vobis brevi probassem, nisi mihi fortuna proprium consilium extorsisset; nam exercitus cunctus consuetudinem suam in civibus conservandis communique pace seditione facta retinuit meque tantae multitudinis civium Romanorum salutis atque incolumitatis causam suscipere, ut vere dicam, coegit. in qua re ego vos, p. c., oro atque opsecro, 2
ut privatis offensionibus omissis summae rei p. consulatis neve misericordiam nostram exercitusque nostri in civili dissensione sceleris loco ponatis. quod si salutis omnium ac dignitatis rationem habueritis, melius et vobis et rei p. consuletis. d. III K. 〈Iun.〉 a Ponte Argenteo.

XI.

I. (322.)

D. BRVTVS BRVTO SVO ET CASSIO S.

Quo in statu simus, cognoscite: heri vesperi apud me Hirtius 1
fuit; qua mente esset Antonius, demonstravit, pessima scilicet et

2. PR. TR. PL. *D*, R. P. TR. PL. *H*, *om. M. consules cum tum non essent, recte non ponuntur nisi praetores et tribuni pl. ceterum cf. inscr. ep.* X, 8 ‖ 3. POPVLO *om. H* ‖ 4. liberique — q. v. *om. H* ‖ 8. consuetudine sua *Ψ* ‖ conservandis] opseruandis (obs. *HD*) *Ψ*, servandis *alii* ‖ 13. dis- sensione, 1 *litt. er.*, *M* ‖ 15. d. III K. Iun. ς, d. III K. *MD*, *male — in litteris enim publice missis mensis omitti non potest —*, *om. H*. d. IIII K. Iun. *cum al.* ς *Ruete* (*'Corr. Cic.' p. 54*), *non puto iure* ‖ 16. argenteo. M. TVLLI CICERONIS EPISTVLARVM AD PLANCVM (LIBER *add. H*) EXPLI. INCI. EIVSDEM AD M. BRVTVM ET CETEROS FELICITER *MH* ‖ 17. *Libro undecimo in M — HD carent — hic praemissus est index:* AD M. BRVTVM. 1. D. BRVTVS BRVTO SVO CASSIO | SAL. QVO IN STATV SIMVS ‖ 2. BRVTVS ET CASIVS PRAETO | RES M. ANTONIO COS. ‖ 3. BRVTVS ET CASSIVS P. R. S. | D. ANTONIO COS. S. V. B. ‖ 4. D. BRVTVS IMP. COS. DESIG. | S. D. CICERONI. SI DE TVA ‖ 5. M. CICERO S. D. D. BRVTO | IMP. COS. DESIG. ‖ 6. M. CICERO S. D. D. BRVTO | IMP. COS. DESIG. ‖ 7. M. CICERO S. D. D. BRVTO | IMP. COS. DESIG. ‖ 8. M. CICERO S. D. D. BRVTO | IMP. COS. DESIG. ‖ 9. D. BRVTVS S. D. M. CICE | RONI. PANSA ‖ 10. D. BRVTVS S. D. M. CICE | RONI. NON MIHI REMP. ‖ 11. D. BRVTVS IMP. COS. DESIG. | S. D. M. CICERONI. EODEM EXEMPLO ‖ 12. M. CICERO S. D. D. | BRVTO IMP. COS. DESIG. ‖ 13. D. BRVTVS IMP. COS. DE | SIG. S. D. M. CICERONI ‖

infidelissima; nam se neque mihi provinciam dare posse aiebat neque arbitrari tuto in urbe esse quemquam nostrum: adeo esse militum concitatos animos et plebis; quod utrumque esse falsum puto vos animadvertere atque illud esse verum, quod Hirtius demonstrabat, timere eum, ne, si mediocre auxilium dignitatis nostrae
2 habuissemus, nullae partes his in re p. relinquerentur. cum in his angustiis versarer, placitum est mihi, ut postularem legationem liberam mihi reliquisque nostris, ut aliqua causa proficiscendi honesta quaereretur. haec se impetraturum pollicitus est, nec tamen impetraturum confido: tanta est hominum insolentia et nostri insectatio; ac, si dederint, quod petimus, tamen paulo post futurum puto ut hostes iudicemur aut aqua et igni nobis interdicatur.
3 'quid ergo est', inquis, 'tui consilii?' dandus est locus fortunae: cedendum ex Italia, migrandum Rhodum aut aliquo terrarum arbitror. si melior casus fuerit, revertemur Romam; si mediocris, in exilio vivemus; si pessimus, ad novissima auxilia descendemus.
4 succurret fortasse hoc loco alicui vestrum, cur novissimum tempus exspectemus potius, quam nunc aliquid moliamur. quia, ubi consistamus, non habemus praeter Sex. Pompeium et Bassum Caecilium, qui mihi videntur hoc nuntio de Caesare allato firmiores futuri; satis tempore ad eos accedemus, ubi, quid valeant, scierimus. pro Cassio et te, si quid me velitis recipere, recipiam; postulat
5 enim hoc Hirtius ut faciam. rogo vos quam primum mihi rescribatis — nam non dubito, quin de his rebus ante horam quartam Hirtius certiorem me sit facturus —: quem in locum convenire

13b. D. BRVTVS COS. DESIG. M. CI | CERONI S. D. PARMENSES MISERRIMOS || 14. M. CICERO D. BRVTO COS. | DESIG. S. D. MIRABILITER MI BRVTE || 15. M. CICERO D. BRVTO COS. DESIG. | S. D. ETSI MIHI TVAE LITTERAE || 16. *om.* || 17. M. CICERO D. BRVTO S. D. L. | IAMIA VNO OMNIVM || 18. M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. | COS. DES. ETSI EX MANDATIS || 19. D. BRVTVS IMP. COS. DESIG. | S. D. M. CICERONI. AD SENATVM || 20. D. BRVTVS S. D. M. CICERONI | QVOD PRO ME NON FACIO || 21. M. CICERO S. D. D. BRVTO | IMP. COS. DES. DEI ISTI SEGVLIO MALEFACIANT || 22. M. CICERO S. D. D. BRVTO | CVM APPIO CLAVDIO | 23. D. BRVTVS S. D. M. CICERONI | NOS HIC VALEMVS || 24. M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. | COS. DES. NARRO TIBI ANTEA || 25. M. CICERO S. D. D. BRVTO | EXSPECTANTI MIHI || 26. D. BRVTVS S. D. M. CICERONI | MAXIMO MEO DOLORE || 27. M. CICERO MATIO SAL. | NONDVM SATIS CONSTITVI || 28. MATIVS CICERONI S. D. | MAGNAM VOLVPTATEM 29. CICERO OPPIO SAL. | DVBITANTI MIHI || *p.* 279, 18. D. *om. H* || 19 *sq. de D. Iunii Bruti genere dicendi scripsit E. Gebhard diss. Ien.* 1891 — *quae commentatio sero ad me adlata est. de ipsa hac ep. v. O. E. Schmidt ann. phil.* 1884 *p.* 334 *sq.* || 3. falsum esse *D* || 6. *pr.* his *M*, *om. HD.* iis ς, sibi *Lambinus,* suis *Kahnt,* illis *vel* ipsis *Wesenberg* || 9. haec] hoc ς, hanc *Baiter* || 12. igni *M*, ignis *H et ante quam s eraderetur D* || 13. fortunae locus *H* || 14. caedendum *M* 16. descendemus] discendemus *M*, descendamus *H*, descendam *D* || 19. 20. Caecilium] caelium *Ψ* || 22. 23. postulat enim hirtius ut faciam hoc *H* || 24. his de *D*

possimus, quo me velitis venire, rescribite. post novissimum Hirtii sermonem placitum est mihi postulare, ut liceret nobis Romae esse publico praesidio: quod illos nobis concessuros non puto; magnam enim invidiam eis faciemus. nihil tamen non postulandum putavi, quod aequum esse statuerem. 6

II. (328.)

BRVTVS ET CASSIVS PRAETORES M. ANTONIO COS.

De tua fide et benevolentia in nos nisi persuasum esset nobis, 1
non scripsissemus haec tibi; quae profecto, quoniam istum animum habes, in optimam partem accipies. scribitur nobis magnam veteranorum multitudinem Romam convenisse iam et ad K. Iun. futuram multo maiorem: de te si dubitemus aut vereamur, simus nostri dissimiles; sed certe, cum ipsi in tua potestate fuerimus tuoque adducti consilio dimiserimus ex municipiis nostros necessarios, neque solum edicto, sed etiam litteris id fecerimus, digni sumus, quos habeas tui consilii participes, in ea praesertim re, quae ad nos pertinet. quare petimus a te, facias nos certiores tuae voluntatis 2
in nos: putesne nos tutos fore in tanta frequentia militum veteranorum, quos etiam de reponenda ara cogitare audimus, quod velle et probare vix quisquam posse videtur, qui nos salvos et honestos velit. nos ab initio spectasse otium nec quicquam aliud libertate communi quaesisse exitus declarat. fallere nemo nos potest nisi tu, quod certe abest ab tua virtute et fide; sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos, tibi enim uni credidimus et credituri sumus. maximo timore de nobis adficiuntur amici nostri, quibus 3
etsi tua fides explorata est, tamen illud in mentem venit, multitudinem veteranorum facilius impelli ab aliis quolibet quam a te retineri posse. rescribas nobis ad omnia rogamus; nam illud valde leve est ac nugatorium, ea re denuntiatum esse veteranis, quod de commodis eorum mense Iunio laturus esses; quem enim impedi-

4. inuidiam *in M mg. a m. quad. rec.*, umquam Ψ ‖ eis] his Ψ, iis ς 9. non scripsissemus *HD*, conscripsissemus *M*. non conscr. *alii* ‖ 12. de te *om. H* ‖ 13. dissimiles *HD*, dissimus *M* ‖ 14. nostros *M*, nostris *HD* ‖ 17. certioris *M* ‖ 18. putesne *M*, putasne (putas ne *D*) *HD* ‖ 19. uellet *M* 20. uidetur posse *D* ‖ 21. aliud *ex* aliut *M*[1] *vel* *M*[c]. *de ipsa constructione cf. Wölfflin 'Arch. f. lat. Lexicogr.'* VII *p.* 116 ‖ 24. decipiendi nostri; tibi *C. F. W. Müller Philol.* XVII *p.* 105 ‖ 24. 25. credituri sumus] *periphrastica coniugatione M. Brutus etiam in ep. ad Ciceronem datis — quas genuinas praeter ep.* I, 16 *et* 17 *puto — saepius utitur. cf. K. Schirmer 'über d. Sprache d. M. Brutus'* (*progr. Met*. 1884) *p.* 19 ‖ 27. aliis *M*[1] *HD*, alio *M*[c] ‖ 29. est leue *H* ‖ 30. laturus esses *H*, *et ex* laturus esse *M*[c], laturum esse *D*

mento futurum putas, cum de nobis certum sit nos quieturos? non debemus cuiquam videri nimium cupidi vitae, cum accidere nobis nihil possit sine pernicie et confusione omnium rerum.

III. (337.)

BRVTVS ET CASSIVS PR. S. D. ANTONIO COS.

1 S. v. b. litteras tuas legimus simillimas edicti tui, contu-
meliosas, minaces, minime dignas, quae a te nobis mitterentur.
nos, Antoni, te nulla lacessiimus iniuria neque miraturum credidi-
mus, si praetores et ea dignitate homines aliquid edicto postulasse-
mus a consule; quod si indignaris ausos esse id facere, concede
nobis, ut doleamus ne hoc quidem abs te Bruto et Cassio tribui.
2 nam de dilectibus habitis et pecuniis imperatis, exercitibus sollici-
tatis et nuntiis trans mare missis quod te questum esse negas, nos
quidem tibi credimus optimo animo te fecisse, sed tamen neque
adgnoscimus quicquam eorum et te miramur, cum haec reticueris,
non potuisse continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cae-
3 saris obiceres. illud vero quemadmodum ferundum sit, tute cogita,
non licere praetoribus concordiae ac libertatis causa per edictum
de suo iure decedere, quin consul arma minetur: quorum fiducia
nihil est quod nos terreas; neque enim decet aut convenit nobis
periculo ulli submittere animum nostrum neque est Antonio postu-
landum, ut eis imperet, quorum opera liber est. nos si alia hor-
tarentur, ut bellum civile suscitare vellemus, litterae tuae nihil
proficerent; nulla enim minantis auctoritas apud liberos est; sed
pulchre intellegis non posse nos quoquam impelli, et fortassis ea
4 re minaciter agis, ut iudicium nostrum metus videatur. nos in hac
sententia sumus, ut te cupiamus in libera re p. magnum atque
honestum esse, vocemus te ad nullas inimicitias, sed tamen pluris
nostram libertatem quam tuam amicitiam aestimemus. tu etiam
atque etiam vide, quid suscipias, quid sustinere possis, neque,
quam diu vixerit Caesar, sed, quam non diu regnarit, fac cogites.
deos quaesumus, consilia tua rei p. salutaria sint ac tibi: si minus,

---

2. accidere *M*[c] *et H*[1] *ex* accedere ‖ 5. COS. *om. H* ‖ 6. legimus tuas *H* ‖ 8. lacessiimus] lacessimus *Ψ*. *cf. Neue* II[2] *p.* 523 ‖ 8. 9. credidimus *M*, credimus *HD* ‖ 10. a consule *om. H* ‖ 11. dodeamus *M* ‖ 12. dilectibus (*in H pr.* i *in ras.*) *Ψ*, delectibus ς ‖ 13. quaestum *MH* ‖ 15. et *om. H* ‖ 17. obiceres *M*, obieceris *HD* ‖ sit *M*, *om. HD* ‖ 19. de suo iure decidere *Graevius, vix iure* ‖ 21. illi *H* ‖ 22. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ ⟨ipse⟩ liber *Wesenberg* ‖ 25. fortassis] fortasse *Wesenberg, iniuria* ‖ 28. tamen *MD*, etiam *H* ‖ 31. non diu *M*, diu *HD*, *fort. recte* ‖ 32. quaesumus *D*, quaesimus *M*, q͠s *H*. *ceterum cf. Thielmann diss. Argent.* II. 1879. *p.* 405

ut salva atque honesta re p. tibi quam minimum noceant, optamus. pr. Non. Sext.

IV. (348.)

D. BRVTVS IMP. COS. DESIG. S. D. CICERONI.

Si de tua in me voluntate dubitarem, multis a te verbis pete- 1
rem, ut dignitatem meam tuerere, sed profecto est ita, ut mihi persuasi, me tibi esse curae. progressus sum ad Inalpinos cum exercitu, non tam nomen imperatorium captans quam cupiens militibus satis facere firmosque eos ad tuendas nostras res efficere: quod mihi videor consecutus: nam et liberalitatem nostram et 2
animum sunt experti. cum omnium bellicosissimis bellum gessi; multa castella cepi, multa vastavi: non sine causa ad senatum litteras misi. adiua nos tua sententia; quod cum facies, ex magna parte communi commodo inservieris.

V. (349.)

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. COS. DESIG.

Lupus, familiaris noster, cum a te venisset cumque Romae 1
quosdam dies commoraretur, ego eram in eis locis, in quibus maxime tuto me esse arbitrabar; eo factum est, ut ad te Lupus sine meis litteris rediret, cum tamen curasset tuas ad me perferendas. Romam autem veni a. d. v Idus Dec., nec habui quicquam antiquius, quam ut Pansam statim convenirem, ex quo ea de te cognovi, quae maxime optabam. quare hortatione tu quidem non eges, si ne in illa quidem re, quae a te gesta est post hominum memoriam maxima, hortatorem desiderasti: illud tamen breviter 2
significandum videtur, populum Romanum omnia a te expectare atque in te aliquando recuperandae libertatis omnem spem ponere. tu, si dies noctesque memineris, quod te facere certo scio, quantam rem gesseris, non obliviscere profecto, quantae tibi etiam nunc gerendae sint; si enim iste provinciam nactus erit, cui quidem ego semper amicus fui, ante quam illum intellexi non modo aperte, sed etiam libenter cum re p. bellum gerere, spem reliquam nullam

1. salua re p. atque honesta *H* ‖ 6. ita est *H* ‖ 7. ad inalpinos *M*, ad me alpinos *D*, in alpinos *H* ‖ 11. bellicosissimis *HD*, bellicosis *M* ‖ 12. nastaui multa *H* ‖ 13. adiua, *M*¹, adiuua *M*ᶜ *HD* ‖ 16. S. D. D. *HD et ind. M*, S. D. *M* 18. eis] his Ψ, iis ς ‖ 21. Idus] Kal. *Ruete* (*'Corresp. Cic.' p.* 39), *scita sed non satis firma usus argumentatione* ‖ 22. conuenirem statim *H* ‖ 23. optabam *HD*, ortabam *M*¹, ortabar *M*ᶜ. optaram *Wesenberg* ‖ 28. certe *H* ‖ 30. prouincia *M* 32. spem *om. HD*¹ ‖ reliquam *M*, reliquiam *H*, reliquam *ex* reliquiam *D*

3 video salutis. quamobrem te obsecro eisdem precibus, quibus senatus populusque Romanus, ut in perpetuum rem p. dominatu regio liberes, ut principiis consentiant exitus. tuum est hoc munus, tuae partes; a te hoc civitas vel omnes potius gentes non exspectant solum, sed etiam postulant: quamquam, cum hortatione non egeas, ut supra scripsi, non utar ea pluribus verbis, faciam illud, quod meum est, ut tibi omnia mea officia studia, curas cogitationes pollicear, quae ad tuam laudem et gloriam pertinebunt. quamobrem velim tibi ita persuadeas, me cum rei p. causa, quae mihi vita mea est carior, tum quod tibi ipsi faveam tuamque dignitatem amplificari velim, tuis optimis consiliis, amplitudini, gloriae nullo loco defuturum.

VI. (351.)

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. COS. DESIG.

1 Lupus noster cum Romam sexto die Mutina venisset, postridie me mane convenit: tua mihi mandata diligentissime exposuit et litteras reddidit. quod mihi tuam dignitatem commendas, eodem tempore existimo te mihi meam dignitatem commendare, quam mehercule non habeo tua cariorem: quare mihi gratissimum facies, si exploratum habebis tuis laudibus nullo loco nec consilium nec
2 studium meum defuturum. cum tr. pl. edixissent, senatus adesset a. d. XIII K. Ian., haberentque in animo de praesidio consulum designatorum referre, quamquam statueram in senatum ante K. Ian. non venire, tamen, cum eo die ipso edictum tuum propositum esset, nefas esse duxi aut ita haberi senatum, ut de tuis divinis in rem p. meritis sileretur — quod factum esset, nisi ego venissem —,
3 aut etiam, si quid de te honorifice diceretur, me non adesse. itaque in senatum veni mane; quod cum esset animadversum, frequentissimi senatores convenerunt. quae de te in senatu egerim, quae in contione maxima dixerim, aliorum te litteris malo cognoscere: illud tibi persuadeas velim, me omnia, quae ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, quae est per se amplissima, summo semper studio suscepturum et defensurum; quod quamquam intellego me cum multis esse facturum, tamen appetam huius rei principatum.

---

1. eisdem] iisdem *M*, isdem *D*, hisdem *H* ‖ 6. ea] iam *vel del. Boot* (*'obs. crit.' p.* 22) ‖ 7. mea *om. H* ‖ cogitationes ⟨in res omnes⟩ *Andresen* 9. me cum *ex* meum M^1 ‖ 10. ipsi ς, ipse *MD*, *om. H* ‖ 11. tuis] me tuis *Ψ* ‖ 16. tua] tuaque ς, ⟨et⟩ tua *Wesenberg* ‖ 18. existimo] existima *Andresen, fort. recte* ‖ dignitatem *iniuria quibusdam suspectum* ‖ 30. contione *M*, conuentione (t *over* u), t *a m.* 1, *H*, contentione *D*

VII. (352.)

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. COS. DESIG.

Cum adhibuisset domi meae Lupus me et Libonem et Servium, 1
consobrinum tuum, quae mea fuerit sententia, cognosse te ex
M. Seio arbitror, qui nostro sermoni interfuit: reliqua, quamquam
statim Seium Graeceius est subsecutus, tamen ex Graeceio poteris
cognoscere. caput autem est hoc, quod te diligentissime percipere 2
et meminisse volam, ut ne in libertate et salute p. R. conservanda
auctoritatem senatus exspectes nondum liberi, ne et tuum factum
condemnes — nullo enim publico consilio rem p. liberavisti, quo
etiam est res illa maior et clarior —, et adulescentem vel puerum
potius Caesarem iudices temere fecisse, qui tantam causam publicam privato consilio susceperit, denique homines rusticos, sed fortissimos viros civisque optimos, dementis fuisse iudices, primum
milites veteranos, commilitones tuos, deinde legionem Martiam,
legionem quartam, quae suum consulem hostem iudicaverunt seque
ad salutem rei p. defendendam contulerunt. voluntas senatus pro
auctoritate haberi debet, cum auctoritas impeditur metu. postremo 3
suscepta tibi causa iam bis est, ut non sit integrum: primum Idibus
Martiis, deinde proxime, exercitu novo et copiis comparatis. quamobrem ad omnia ita paratus, ita animatus debes esse, non ut nihil facias nisi iussus, sed ut ea geras, quae ab omnibus summa cum admiratione laudentur.

VIII. (357.)

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. COS. DESIG.

Eo tempore Polla tua misit, ut ad te si quid vellem darem 1
litterarum, cum, quid scriberem, non habebam; omnia enim erant suspensa propter exspectationem legatorum, qui quid egissent, nihildum nuntiabatur. haec tamen scribenda existimavi: primum senatum populumque R. de te laborare non solum salutis suae causa, sed etiam dignitatis tuae; admirabilis enim est quaedam tui nominis caritas amorque in te singularis omnium civium; ita enim sperant atque confidunt, ut antea rege, sic hoc tempore regno te

6. saeium *h. l. M* ‖ 8. volam] velim ς, volo *Wesenberg* ‖ 10. liberasti *HD* 11. est res] et res *Ψ* ‖ 16. legionem quartam *MD*, quartam *H* ‖ 20. martis *M* proximo *H* ‖ 21. ita an. *D*, sit an. *M*[1], seu an. *M*[c], et an. *H* ‖ ut non *H* ‖ 27. quid] quod *alii* ‖ 28. qui quid *M*[c] *D*, quid quid *M*[1], qui^{c}quid, c *a m.* 1, *H* ‖ 31. tui quaedam *H*

rem p. liberaturum. Romae dilectus habetur totaque Italia, si hic dilectus appellandus est, cum ultro se offerunt omnes: tantus ardor animos hominum occupavit desiderio libertatis odioque diutinae servitutis. de reliquis rebus a te iam exspectare litteras debemus, quid ipse agas, quid noster Hirtius, quid Caesar meus, quos spero brevi tempore societate victoriae tecum copulatos fore. reliquum est, ut de me id scribam, quod te ex tuorum litteris et spero et malo cognoscere, me neque desse ulla in re neque umquam defuturum dignitati tuae.

IX. (380.)

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI.

1 Pansa amisso quantum detrimenti res p. acceperit, non te praeterit: nunc auctoritate et prudentia tua prospicias oportet, ne inimici nostri consulibus sublatis sperent se convalescere posse. ego, ne consistere possit in Italia Antonius, dabo operam: sequar eum confestim; utrumque me praestaturum spero, ne aut Ventidius elabatur aut Antonius in Italia moretur. in primis rogo te, ad hominem ventosissimum, Lepidum, mittas, ne bellum nobis redintegrare possit Antonio sibi coniuncto; nam de Pollione Asinio puto te perspicere, quid facturus sit. multae et bonae et firmae
2 sunt legiones Lepidi et Asinii. neque haec idcirco tibi scribo, quod te non eadem animadvertere sciam, sed quod mihi persuasissimumst Lepidum recte facturum numquam, si forte vobis id de hoc dubium est. Plancum quoque confirmetis oro, quem spero pulso Antonio rei p. non defuturum. si se Alpes Antonius traiecerit, constitui praesidium in Alpibus conlocare et te de omni re facere certiorem. III K. Mai. ex castris, Regii.

X. (386.)

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI.

1 Non mihi rem p. plus debere arbitror, quam me tibi; †gratiorem me esse in te posse, quam isti perversi sint in me, explo-

1. *et* 2. delectus ς ‖ 5. meus *om.* *H* ‖ 8. me neque *M*, neque *HD* ‖ desse M^1, deesse $M^c HD$ ‖ in ulla re *H* ‖ 15. sequar] *de Antonii Brutique itineribus v. Mommsen C. I. L.* V *p.* 828. 850 ‖ 17. elabatur H^2, elaboratur MH^1, elaboretur *D* ‖ 22. aduertere *H* ‖ persuasissimum et *M*, p. est *D*, p. sit *H* ‖ 27. III] VI *vel* VII *E. Schelle 'Beitr. z. Gesch. d. Todeskampfes d. röm. Republ.'* (*progr. Dresd.* 1891) *p.* 17 ‖ 27. regii *M*, regiis *HD*. *cf. C. I. L.* XI, 1 *p.* 173. Regio *post Orellium denuo commendarit O. Riemann rev. de philol.* XII. 1888. *p.* 137. *v. ad* IV, 14, 1 ‖ 31. me esse *M*, esse *HD* ‖ sint *MD*, sunt *H*

ratum habes sit an hoc temporis videatur dici causa, malle me
tuum iudicium quam ex altera parte omnium istorum; tu enim
a certo sensu et vero iudicas de nobis; quod isti ne faciant, summa
malevolentia et livore impediuntur. interpellent me, quo minus
honoratus sim, dum ne interpellent, quo minus res p. a me com-
mode administrari possit: quae quanto sit in periculo, quam potero
brevissime exponam. primum omnium, quantam perturbationem 2
rerum urbanarum adferat obitus consulum quantamque cupiditatem
hominibus iniciat vacuitas, non te fugit: satis me multa scripsisse,
quae litteris commendari possint, arbitror; scio enim, cui scribam.
revertor nunc ad Antonium, qui ex fuga cum parvulam manum 3
peditum haberet inermium, ergastula solvendo omneque genus
hominum abripiendo satis magnum numerum videtur effecisse; hoc
accessit manus Ventidii, quae trans Appenninum itinere facto diffi-
cillimo ad Vada pervenit atque ibi se cum Antonio coniunxit. est
numerus veteranorum et armatorum satis frequens cum Ventidio.
consilia Antonii haec sint necesse est: aut ad Lepidum ut se con- 4
ferat, si recipitur, aut Appennino Alpibusque se teneat et decur-
sionibus per equites, quos habet multos, vastet ea loca, in quae
incurrerit, aut rusus se in Etruriam referat, quod ea pars Italiae
sine exercitu est. quod si me Caesar audisset atque Appenninum
transisset, in tantas angustias Antonium compulissem, ut inopia
potius quam ferro conficeretur; sed neque Caesari imperari potest
nec Caesar exercitui suo, quod utrumque pessimum est. cum haec
talia sint, quo minus, quod ad me pertinebit, homines interpellent,
ut supra scripsi, non impedio; haec quemadmodum explicari possint
aut, a te cum explicabuntur, ne impediantur, timeo. alere iam 5
milites non possum. cum ad rem p. liberandam accessi, HS mihi

---

1. temporis uideatur dici causa malle me tuum *D*, tempore is uideantur dici causa malle metuum *M*, tempore is dici uideatur causa malle me tuum *H*. exploratum habes vita (ne haec t. videantur dici causa), malle me tuum *Madvig* ('*adv. crit.*' III *p.* 164), *simul* posse (*p.* 286,31) *mutans in* nosces. *Victorius aliique:* exploratum habes: si tamen hoc (*vel* haec) temporis videatur (*vel* videantur) d. c., malle me (malim *alii*) tuum. *Klotz*[2]: non mihi r. p. p. d. a. q. me tibi: gratiorem . . . . . sint in me. exploratum habe, etsi forsitan hoc t. v. d. c., m. me tuum. *cf. etiam C. F. W. Müller 'coni. Tull.' p.* 16. *mihi Madvigii ratio maxime probatur* ‖ 3. acerto *HD*, acertu *M*, aperto *Orelli* 4. libore *M* ‖ 8. humanarum *pro* urbanarum *H* ‖ 9. iniciat uacuitas *M*, initiatu (-ta *m.* 2) ciuitas *D*, honoris initiata ciuitas *H*. iniciat vacua civitas *Madvig*, iniciat r. p. vacuitas *Orelli* ‖ 10. commendari *HD*[1], commentari *MD*[2] ‖ possunt *H* ‖ 13. abripiendo *Ψ*, arripiendo ς ‖ hoc *Ψ*, huc ς ‖ 16. frequens satis *H* ‖ 20. rusus *M*, rursus *HD* ‖ 22. compulissent *HD* ‖ inopiam *M* ‖ 28. *p.* 288, 1 accessi SS mihi fuit pecuniae cccc amplius *M*, accessi cccc amplius *HD*[1], sextertium mihi fuit pecunie *in mg. add. D*[2]. *pro* cccc *posui* cccc. pecuniae *glossema videtur*

fuit pecuniae |CCCC| amplius. tantum abest, ut meae rei familiaris liberum sit quicquam, ut omnis iam meos amicos aere alieno obstrinxerim. septem numerum nunc legionum alo; qua difficultate, tu arbitrare: non, si Varronis thensauros haberem, subsistere sumptui possem. cum primum de Antonio exploratum habuero, faciam te certiorem. tu me amabis ita, si hoc idem me in te facere senseris. III Non. Mai. ex castris, Dertona.

XI. (387.)

D. BRVTVS IMP. COS. DES. S. D. M. CICERONI.

1 Eodem exemplo a te mi litterae redditae sunt, quo pueri mei attulerunt. tantum me tibi debere existimo, quantum persolvere difficile est. scripsi tibi, quae hic gererentur. in itinere est Antonius, ad Lepidum proficiscitur; ne de Planco quidem spem adhuc abiecit, ut ex libellis eius animadverti, qui in me inciderunt, in quibus, quos ad Asinium, quos ad Lepidum, quos ad Plancum mitteret, scribebat. ego tamen non habui ambiguum et statim ad Plancum misi; et biduo ab Allobrogibus et totius Galliae legatos
2 expecto, quos confirmatos domum remittam. tu, quae istic opus erunt administrari, prospicies, ut ex tua voluntate reique publicae commodo fiant. malevolentiae hominum in me, si poteris, occurres; si non potueris, hoc consolabere, quod me de statu meo nullis contumeliis deterrere possunt. pr. Non. Mai. ex castris, finibus Statiellensium.

XII. (392.)

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. COS. DES.

1 Tres uno die a te accepi epistulas: unam brevem, quam Flacco Volumnio dederas; duas pleniores, quarum alteram tabellarius T. Vibii attulit, alteram ad me misit Lupus. ex tuis litteris et ex Graecei oratione non modo non restinctum bellum, sed etiam in-

1. familiares *M* ‖ 3. septem (septenum D^2) numerum nunc legionum] septem numero nunc legiones *Orelli*, septem nimirum nunc legiones *Boot* ('*obs. crit.*' *p.* 22), septenum numerum nunc (*al. om.*) legionum ϛ ‖ 4. thesauros *HD* 7. Dertona] derthoma (a *ex* o H^1) *Ψ*. *cf. C. I. L.* V, 2 *p.* 831 ‖ 12. est *M*, *om. HD* ‖ 15. *et* 17. plancium *M* ‖ 19. erunt] erit ϛ *et Wesenberg, iniuria* ‖ 21. hoc consolabere (consulabere *M*)] hoc ⟨te⟩ consolabere ϛ, hoc consolabor me *Koch* (*Philol. Anz.* V *p.* 161), *inutiliter* ‖ 22. ⟨ex⟩ (*vel* ⟨a⟩) finibus *Wesenberg, recte ut vid. nisi forte* castris *delendum est* ‖ 23. statiellensium *M*, statielensium *HD*. *cf. C. I. L.* V, 2 *p.* 850 ‖ 25. D. Bruto *D et ind. M*, Bruto *MH* ‖ 27. plenioris *Ψ* ‖ 28. uibii *M*, uibulinus *HD* ‖ 28. 29. et ex grecei oratione *D*, ut ex grecei oratione *H*, ut ex graeceio ratione *M*

flammatum videtur. non dubito autem pro tua singulari prudentia,
quin perspicias, si aliquid firmitatis nactus sit Antonius, omnia
tua illa praeclara in rem p. merita ad nihilum esse ventura: ita
enim Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cum paucis
inermis, perterritis metu, fracto animo fugisse Antonium. qui si 2
ita se habet, ut, quemadmodum audiebam de Graeceio, confligi cum
eo sine periculo non possit, non ille mihi fugisse a Mutina videtur,
sed locum belli gerendi mutasse. itaque homines alii facti sunt:
nonnulli etiam queruntur, quod persecuti non sitis: opprimi potuisse, si celeritas adhibita esset, existimant. omnino est hoc populi
maximeque nostri, in eo potissimum abuti libertate, per quem eam
consecutus sit: sed tamen providendumst, ne quae iusta querela
esse possit. res se sic habet: is bellum confecerit, qui Antonium
oppresserit; hoc quam vim habeat, te existimare malo, quam me
apertius scribere.

XIII. (389.)

D. BRVTVS IMP. COS. DES. S. D. M. CICERONI.

Iam non ago tibi gratias; cui enim re vix referre possum, 1
huic verbis non patitur res satis fieri: attendere te volo, quae in
manibus sunt; qua enim prudentia es, nihil te fugiet, si meas litteras diligenter legeris. sequi confestim Antonium his de causis,
Cicero, non potui: eram sine equitibus, sine iumentis; Hirtium
perisse nesciebam, Aquilam perisse nesciebam; Caesari non credebam, prius quam convenissem et conlocutus essem. hic dies hoc
modo abiit. postero die mane a Pansa sum accersitus Bononiam: 2
cum in itinere essem, nuntiatum mihi est eum mortuum esse.
recurri ad meas copiolas; sic enim vere eas appellare possum: sunt
extenuatissimae et inopia omnium rerum pessime acceptae. biduo
me Antonius antecessit, itinera fecit multo maiora fugiens, quam
ego sequens; ille enim iit passim, ego ordinatim. quacumque iit,
ergastula solvit, homines abripuit, constitit nusquam, prius quam

1. uidetur *ex* uidentur *D*[2], uideret *H* ‖ 3. tua] sua *Ψ* ‖ 5. perterritis] perterris *M*, per terras *HD* ‖ 7. non ille mihi fugisse *M*, mihi (m) ille mihi fugisse *H*, non ille fugisse mihi *D* ‖ 9. quaeruntur *M* ‖ 11. maximeque *D*[1], maximique *MH*, *et D*[1] *ex corr.* ‖ 12. providendumst] prouidendum sit *M*, prouidendum est *HD* ‖ ne quae iusta *M*, neque iusta *H*, neque ut iusta *D* ‖ 13. se sic *M*, si sic *H*, se (*exp.*) sic se *D* ‖ 19 te *M*, *om. HD* ‖ 21. 22. litteras meas *H* ‖ 22. potui eram *M*, potueram *HD* ‖ ciumentis *M* ‖ 23. aquilam perisse nesciebam *HD* (*praeterea Canonic.* 210, *Paris.* 7783 et 14761 *aliique cod.*), *om. M. cf. L. Gurlitt progr. Steglitz.* 1888 *p.* 12 ‖ 25. accersitus *Ψ*, arcessitus ς ‖ 28. pessimae *M* ‖ 29. fecit *HD*, *om. M* ‖ 31. abripuit *Ψ*, arripuit ς

ad Vada venit; quem locum volo tibi esse notum: iacet inter
3 Appenninum et Alpes, impeditissimus ad iter faciendum. cum ab-
essem ab eo milia passuum XXX et se iam Ventidius coniunxisset,
contio eius ad me est allata, in qua petere coepit a militibus, ut
se trans Alpes sequerentur; sibi cum M. Lepido convenire. suc-
clamatum est — et frequenter a militibus Ventidianis, nam suos
valde quam paucos habet —, sibi aut in Italia pereundum esse aut
vincendum, et orare coeperunt, ut Pollentiam iter facerent. cum
sustinere eos non posset, in posterum diem iter suum contulit.
4 hac re mihi nuntiata statim quinque cohortes Pollentiam praemisi
meumque iter eo contuli: hora ante praesidium meum Pollentiam
venit quam Trebellius cum equitibus. sane quam sum gavisus;
in hoc enim victoriam puto consistere. * * * *

XIII[a]. (418.)

* * * * in spem venerant, quod neque Planci quattuor legiones
omnibus suis copiis pares arbitrabantur neque ex Italia tam cele-
riter exercitum traici posse credebant. quos ipsi adhuc satis †ab-
roganter Allobroges equitatusque, omnis qui eo praemissus erat
a nobis, sustinebant, nostroque adventu sustineri facilius posse con-
fidimus. tamen, si quo etiam casu Isaram se traiecerint, ne quod
5 detrimentum rei p. iniungant, summa a nobis dabitur opera. vos
magnum animum optimamque spem de summa re p. habere volu-
mus, cum et nos et exercitus nostros singulari concordia coniunctos
ad omnia pro vobis videatis paratos; sed tamen nihil de diligentia
remittere debetis dareque operam, ut quam paratissimi et ab exer-
citu reliquisque rebus pro vestra salute contra sceleratissimam con-
spirationem hostium confligamus; qui quidem eas copias, quas diu
simulatione rei publicae comparabant, subito ad patriae periculum
converterunt.

1. quem locum tibi esse notum uolo *H. ceterum cf. C. I. L.* V *p.* 892 ‖ 3. et se ⟨ei⟩ iam *Baiter, iniuria* ‖ 5. trans Alpes] *cf. Thielmann 'Arch. f. lat. Lexicogr.'* IV *p.* 367 ‖ 6. et] ei *Koch* (*mus. Rhen.* XII *p.* 274), *male* ‖ uenditianis *M* ‖ 7. valde quam] *cf. Lorenz ad Plaut. Most.* 511 ‖ 8. faceret *Kleyn* ‖ 13. consiste *M* ‖ victoriam puto consistere *verbis hanc D. Bruti ad Ciceronem epistulam abrumpi,* in spem venerant *verbis* — converterunt *alterius epistulae a Planco Brutoque ad senatum populumque R. m. Iunio Cularone datae fragmentum contineri vidit L. Gurlitt* (*ann. phil.* 1880 *p.* 611 *sq.*) ‖ 15. Planci — 16. neque *om. H* ‖ 17. quos *M*, quod *HD* ‖ 17. 18. abroganter *M*, arroganter *HD.* arroganter ⟨adpropinquantes⟩ (*vel sim.*) *Lehmann* (*p.* 68). *videtur potius adverbium corrigendum esse* ‖ 18. allobriges *M* ‖ omnis ς, omnes Ψ ‖ praemissus erat *M*, praemissi erant *HD* ‖ 19. sustinebant (bant *in ras.*) nostrique *H* ‖ aduentus *M* ‖ 24. uideatis pro uobis *H* ‖ 25. et ab] ab ς ‖ 28. comparabant] comparabunt *M*, compararunt *D*, comparatur *H* ‖ 29. uale *add.* *M*[r]

$XIII^b$. (382.)

D. BRVTVS COS. DESIG. M. CICERONI S. D.

Parmenses miserrimos * *.

XIV. (407.)

M. CICERO D. BRVTO COS. DESIG. S. D.

Mirabiliter, mi Brute, laetor, mea consilia measque sententias 1
a te probari de decem viris, de ornando adulescente; sed quid refert?
mihi crede, homini non glorioso: plane iam, Brute, frigeo; ὄργανον
enim erat meum senatus; id iam est dissolutum. † tantam spem
attulerat exploratae victoriae tua praeclara Mutina eruptio, fuga
Antoni conciso exercitu, ut omnium animi relaxati sint meaeque
illae vementes contentiones tamquam σκιαμαχίαι esse videantur.
sed, ut ad rem redeam, legionem Martiam et quartam negant, qui 2
illas norunt, ulla condicione ad te posse perduci; pecuniae, quam
desideras, ratio potest haberi eaque habebitur. de Bruto arcessendo
Caesareque ad Italiae praesidium tenendo valde tibi adsentior; sed,
ut scribis, habes obtrectatores, quos equidem facillime sustineo,
sed impediunt tamen. ex Africa legiones exspectantur; sed bellum 3
istuc renatum mirantur homines: nihil tam praeter spem umquam;
nam die tuo natali victoria nuntiata in multa saecula videbamus
rem p. liberatam, hi novi timores retexunt superiora. scripsisti
autem ad me eis, quas Idibus Mais dedisti, modo te accepisse a
Planco litteras non recipi Antonium a Lepido. id si ita est, omnia
faciliora; sin aliter, magnum negotium, cuius exitum non extimesco.
tuae partes sunt: ego plus, quam feci, facere non possum; te tamen,
id quod spero, omnium maximum et clarissimum videre cupio.

---

2. *fragmentum hoc servavit index M, om. Ψ* ‖ 5. cos. imp. desig. (*sic*) *H*, *itemque in ep.* 15. *et* 16. ‖ 8. ὄργανον] optanon *Ψ* (*Γ sup.* t M^r) ‖ 11. sint MDH^2, sunt H^1. essent *et* 12. viderentur *aut* attulerunt *pro* attulerat *coni. Ernesti. lacunam melius statuerunt Orelli et O. E. Schmidt, proponentes ille:* exercitu. ⟨quantus nunc timor insecutus est,⟩ ut, *hic:* exercitu. ⟨tot deinde peccata tantaque tristitia consecuta est,⟩ ut *coll. Cic. ad Brut.* I, 10, 2 ‖ 12. uehementeș *HD* ‖ σκιαμαχίαι] sciamachalae *M*, sciam me achaiae *HD* ‖ 15. eaque habebitur de bruto *M*, eaque haberi turpe bruto *D*, ea quae haberi tibi pe bruto *H* ‖ 16. valde] unde *Ψ* ‖ 16. 17. sed utut scribis *H* ‖ 17. habe *M* ‖ 19. renatum] renovatum *Kleyn* (*p.* 47) *et Wesenberg. at v. Cic. ad Brut.* I, 14, 2: 'renatum enim bellum est' ‖ mirantur renatum *H* ‖ tam *MD*, tamen *H* ‖ 21. hi *HD*, *om. M.* nunc *add. Orelli* ‖ rumores *D* ‖ superioraș, s *exp. m.* 1, *ut vid.*, *M* ‖ 22. eis] iis *M*, litteris his *HD*. *de* litterarum *voc. saepe omisso v. Lehmann p.* 10 ‖ maiis *D*, mai *H* ‖ 23. recepi *M* ‖ 24. exitium non timesco *H*. exitum ne extimescam, *alii*

XV. (425.)

M. CICERO D. BRVTO COS. DES. S. D.

1 Etsi mihi tuae litterae iucundissimae sunt, tamen iucundius fuit, quod in summa occupatione tua Planco collegae mandasti, ut te mihi per litteras excusaret; quod fecit ille diligenter. mihi autem nihil amabilius officio tuo et diligentia. coniunctio tua cum collega concordiaque vestra, quae litteris communibus declarata
2 est, senatui populoque Romano gratissima accidit. quod superest, perge, mi Brute, et iam non cum aliis, sed tecum ipse certa. plura scribere non debeo, praesertim ad te, quo magistro brevitatis uti cogito. litteras tuas vehementer exspecto et quidem talis, qualis maxime opto. vale.

XVI. (383.)

M. CICERO D. BRVTO COS. DES. S. D.

1 Permagni interest, quo tibi haec tempore epistola reddita sit, utrum cum sollicitudinis aliquid haberes, an cum ab omni molestia vacuus esses: itaque ei praecepi, quem ad te misi, ut tempus observaret epistolae tibi reddendae: nam, quemadmodum coram, qui ad nos intempestive adeunt, molesti saepe sunt, sic epistolae offendunt non loco redditae; si autem, ut spero, nihil te perturbat, nihil impedit, et ille, cui mandavi, satis scite et commode tempus ad te cepit adeundi, confido me, quod velim, facile a te impetra-
2 turum. L. Lamia praeturam petit. hoc ego utor uno omnium plurimum: magna vetustas, magna consuetudo intercedit, quodque plurimum valet, nihil mihi eius est familiaritate iucundius. magno praeterea beneficio eius magnoque merito sum obligatus; nam Clodianis temporibus, cum equestris ordinis princeps esset proque mea salute acerrume propugnaret, a Gabinio consule relegatus est, quod ante id tempus civi Romano Romae contigit nemini. hoc cum populus Romanus meminit, me ipsum non meminisse turpissimum

---

3. iocundissimae s. t. iocundius *M* ‖ 5. excussaret *M* ‖ quod ille diligenter fecit *H* 9. 10. ipse. certe plura *HD* 11. 12. qualis talis maximae *M* 12. vale *om. M* ‖ 17. ei *M*, et *HD* ‖ 19. 20. sic offendunt epistolae *H* ‖ 23. L. Lamia] *cf. M. Hölzl* '*fast. praet.*' *p.* 89 ‖ 25. eius est *M*, est eius *HD* ‖ 27. proque mea *M*, pro meaque *HD*. *cf. Ringe* '*z. Sprachgebrauch d. Caesar*' (*progr. Gotting.* 1880) *p.* 20 ‖ 28. acerrime *HD* ‖ a gabinio consulare ligatus *MH*, a gabino consulare legatus *D* ‖ ab ⟨A.⟩ Gabinio *Wesenberg* ‖ 29. Romae *del. alii* ‖ nemini *HD*, memini *M* ‖ 30. meminit *HD*, memini *M*, meminerit ς. *cf. C. F. W. Müller Cic. op.* II, 2 *ad p.* 150, 8

est. quapropter persuade tibi, mi Brute, me petere praeturam; 3
quamquam enim Lamia summo splendore, summa gratia est magni-
ficentissimo munere aedilicio, tamen, quasi ea ita non essent, ego
suscepi totum negotium. nunc si me tanti facis, quanti certe facis,
quoniam equitum centurias tenes, in quis regnas, mitte ad Lupum
nostrum, ut is nobis eas centurias conficiat. non tenebo te pluri-
bus; ponam in extremo, quod sentio: nihil est, Brute, cum omnia
a te exspectem, quod mihi gratius facere possis.

XVII. (384.)

M. CICERO D. BRVTO S. D.

L. Lamia uno omnium familiarissime utor; magna eius in me, 1
non dico officia, sed merita, eaque sunt populo Romano notissima:
is magnificentissimo munere aedilitatis perfunctus petit praeturam,
omnesque intellegunt nec dignitatem ei deesse nec gratiam; sed is
ambitus excitari videtur, ut ego omnia pertimescam totamque
petitionem Lamiae mihi sustinendam putem. in ea re quantum 2
me possis adiuvare, facile perspicio, nec vero, quantum mea causa
velis, dubito. velim igitur, mi Brute, tibi persuadeas nihil me
maiore studio a te petere, nihil te mihi gratius facere posse, quam
si omnibus tuis opibus, omni studio Lamiam in petitione iueris;
quod ut facias, vehementer te rogo.

XVIII. (395.)

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. COS. DESIG.

Etsi ex mandatis, quae Galbae Volumnioque ad senatum de- 1
disti, quid timendum putares, suspicabamur, tamen timidiora man-
data videbantur, quam erat dignum tua populique Romani victoria.
senatus autem, mi Brute, fortis est et habet fortis duces: itaque
moleste ferebat se a te, quem omnium, quicumque fuissent, for-
tissimum iudicaret, timidum atque ignavum iudicari. etenim, cum 2
te incluso spem maximam omnes habuissent in tua virtute florente
Antonio, quis erat, qui quicquam timeret profligato illo, te liberato?

1. est] esset *Kleyn. cf. C. F. W. Müller ad Cic. de off.* III, 13, 55 ‖ petere *HD*, praetere *M* ‖ 3. dilicio *M* ‖ 5. in quis] *v. ad* X, 22, 2. in quibus ς. *ceterum cf. Mommsen* '*r. Staatsr.*' III *p.* 260 ‖ 6. non ego tenebo *H* ‖ 7. omnia cum *H* ‖ 11. L. lamia *ind. M*, lamia *Ψ* ‖ magna *M*, magna sunt *HD*, *fort. recte* ‖ 13. is *HD*, iis *M* ‖ 14. omnesque *HD*, omnes quae *M* ‖ is *HD*, iis *M* ‖ 15. excitari ς, excitare *Ψ* ‖ 19. te mihi *HD*, me tibi *M* ‖ 20. Lamiam] iam iam *Ψ* ‖ iueris *M*, iuueris *HD* ‖ 25. putares *HD*, suspicarer putares *M*

nec vero Lepidum timebamus; quis enim esset, qui illum tam furiosum arbitraretur, ut, qui in maximo bello pacem velle se dixisset, is in optatissima pace bellum rei p. indiceret? nec dubito,
3 quin tu plus provideas; sed tamen tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus, renovatio timoris magnam molestiam adferebat. quare velim equidem, id quod spero, ut plane abiectus et fractus sit Antonius; sin aliquid virium forte collegerit, sentiet nec senatui consilium nec populo Romano virtutem deesse nec rei p. te vivo imperatorem. XIIII K. Iun.

XIX. (398.)

D. BRVTVS IMP. COS. DESIG. S. D. M. CICERONI.

1 Ad senatum quas litteras misi, velim prius perlegas et, si qua tibi videbuntur, commutes. necessario me scripsisse ipse animadvertes; nam, cum putarem quartam et Martiam legiones mecum futuras, ut Druso Paulloque placuerat vobis adsentientibus, minus de reliquis rebus laborandum existimavi, nunc vero, cum sim cum tironibus egentissimis, valde et meam et vestram vicem timeam
2 necesse est. Vicetini me et M. Brutum praecipue observant: his ne quam patiare iniuriam fieri in senatu vernarum causa, a te peto. causam habent optimam, officium in rem p. summum, genus hominum adversariorum seditiosum et inertissimum. XII K. Iun. Vercellis.

XX. (401.)

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI.

1 Quod pro me non facio, id pro te facere amor meus in te tuaque officia cogunt, ut timeam; saepe enim mihi cum esset dictum neque a me contemptum, novissime Labeo Segulius, homo sibi simillimus, narrat mihi aput Caesarem se fuisse multumque sermonem de te habitum esse; ipsum Caesarem nihil sane de te questum, nisi dictum quod diceret te dixisse, 'laudandum adu-

2. se uelle *H* ‖ 8. senatui ṅconsilium, n *del. m.* 1, *M* ‖ 9. xiiii] xvii *O. E. Schmidt* (*ad tab. chron. n.* 395) ‖ 13. ipse *om.* H^1 ‖ 15. paulloque *M*, pauloque *HD* ‖ 18. uicetini *MH*, uicentini *D* (M^r). *cf. Mommsen C. I. L.* V, 1 *p.* 306 ‖ his] iis *Wesenberg* ‖ 19. uernarum, um *in ras. m.* 1, *M* ‖ 20. rem p.] re p. *Ψ* ‖ 21. adv. seditiosum et inertissimum] *offendit Bake* (*Mnemos.* II. 1853. *p.* 422). *at v. Landgraf 'Unters. z. Caesar' p.* 86 ‖ inertissimum *ex* incertissimum H^1. *hoc praetulit Wesenberg* ‖ 22. uercellis *ex* -os M^c. $\overset{\text{:l·indicius}}{\text{VERCELLIS}}$ H^1 (:l·: lege), *quod quo spectet nescio* ‖ 25. facere amor meus *M*, amor facere meus *HD* ‖ 28. sibi simillimus *HD*, siui simillius *M*. sui simillimus ς, *bene. cf. Madvig ad Cic. de fin. p.* 622[3] *et Ritschl opusc.* II *p.* 579 *sq.* ‖ apud *HD*

lescentem, ornandum, tollendum'; se non esse commissurum, ut tolli possit. hoc ego Labeonem credo illi rettulisse aut finxisse dictum, non ab adulescente prolatum; veteranos vero pessime loqui volebat Labeo me credere et tibi ab eis instare periculum, maximeque indignari, quod in decem viris neque Caesar neque ego habiti essemus atque omnia ad vestrum arbitrium essent conlata. haec 2 cum audissem et iam in itinere essem, committendum † nondum putavi, prius ut Alpes transgrederer, quam, quid istic ageretur, scirem: nam de tuo periculo, crede mihi iactatione verborum et denuntiatione periculi sperare eos te pertimefacto, adulescente inpulso posse magna consequi praemia, et totam istam cantilenam ex hoc pendere, ut quam plurimum lucri faciant. neque tamen non te cautum esse volo et insidias vitantem; nihil enim tua mihi vita potest esse iucundius neque carius: illud vide, ne timendo 3 magis timere cogare et, quibus rebus potest occurri veteranis, occurras: primum, quod desiderant de decem viris, facias; deinde de praemiis, si tibi videtur, agros eorum militum, qui cum Antonio veterani fuerunt, eis dandos censeas ab utrisque nobis; de nummis, lente ac ratione habita pecuniae senatum de ea re constituturum. quattuor legionibus eis, quibus agros dandos censuistis, video facultatem fore ex agris Silani et agro Campano; aequaliter aut sorte agros legionibus adsignari puto oportere. haec me tibi scri- 4 bere non prudentia mea hortatur, sed amor in te et cupiditas otii, quod sine te consistere ⟨non⟩ potest. ego, nisi valde necesse fuerit, ex Italia non excedam; legiones armo paro; spero me non pessimum exercitum habiturum ad omnis casus et impetus hominum. de exercitu, quem Pansa habuit, legionem mihi Caesar non remittit. ad has litteras statim mihi rescribe tuorumque aliquem mitte, si quid reconditum magis erit meque scire opus esse putaris. VIIII K. Iun. Eporedia.

XXI. (413.)

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. COS. DESIG.

Dei isti Segulio male faciant, homini nequissimo omnium, qui 1 sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt! quid? tu illum tecum solum

2. possit] posset *Wesenberg* ‖ 4. eis] iis *M*, his *HD* ‖ 7. nondum *M*, *om. HD*. non ς, *fort. recte* ‖ 18. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ utrisque nobis] *offenderunt veteres critici* ‖ 20. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ 21. silani *MD quod cum Mommseno puto teneri posse* (*cf. Drumann* IV *p.* 47), scillani *H*. Sullanis ς. ex agris Stellati et Campano *Schütz* ‖ 24. non *om. Ψ* ‖ 25. armo *om. H* ‖ 25. 26. non pessimum me *H* ‖ 29. scire opus esse *MH*[2] (*H*[1] scire *om.*), opus esse scire *D* ‖ 30. VIIII *Corradus*, VIII *Ψ* ‖ eporedia *M*, eporegia *HD*. *cf. C. I. L.* V, 2 *p.* 750 ‖ 33. dei] di ς ‖ segulo *M* (segulio *M*[r])

aut cum Caesare? qui neminem praetermiserit, quicum loqui po-
tuerit, cui non eadem ista dixerit. te tamen, mi Brute, sic amo,
ut debeo, quod istud quidquid esset nugarum me scire voluisti;
2 signum enim magnum amoris dedisti. nam, quod idem Segulius,
veteranos queri, quod tu et Caesar in decem viris non essetis,
utinam ne ego quidem essem! quid enim molestius? sed tamen,
cum ego sensissem de eis, qui exercitus haberent, sententiam ferri
oportere, idem illi, qui solent, reclamarunt, itaque excepti etiam
estis me vehementer repugnante. quocirca Segulium neglegamus,
qui res novas quaerit, non quo veterem comederit — nullam enim
3 habuit —, sed hanc ipsam recentem novam devoravit. quod autem
scribis te, quod pro te ipso non facias, id pro me, ut de me timeas
aliquid, omni te, vir optime mihique carissime Brute, de me metu
libero; ego enim, quae provideri poterunt, non fallar in eis, quae
cautionem non habebunt, de eis non ita valde laboro; sim enim
impudens, si plus postulem, quam homini a rerum natura tribui
4 potest. quod mihi praecipis, ut caveam, ne timendo magis timere
cogar, et sapienter et amicissime praecipis; sed velim tibi persua-
deas, cum te constet excellere hoc genere virtutis, ut numquam
extimescas, numquam perturbere, me huic tuae virtuti proxime
accedere; quamobrem nec metuo quicquam et cavebo omnia. sed
vide, ne tua iam, mi Brute, culpa futura sit, si ego quicquam
timeam; tuis enim opibus et consulatu tuo, etiamsi timidi essemus,
tamen omnem timorem abiceremus, praesertim cum persuasum
5 omnibus esset mihique maxime a te nos unice diligi. consiliis
tuis, quae scribis de quattuor legionibus deque agris adsignandis
ab utrisque vestrum, vehementer adsentior: itaque, cum quidam de
collegis nostris agrariam curationem ligurrirent, disturbavi rem
totamque nobis integram reservavi. si quid erit occultius et, ut
scribis, 'reconditum', meorum aliquem mittam, quo fidelius ad te
litterae perferantur. pr. Non. Iun.

4. magnum *M*, magni *HD* ‖ 7. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ sententiam ferri *M*, sententiam fieri *D*, scientiam fieri *H*. s. c. fieri *voluit Orelli* ‖ 11. recentem novam] recentem *Ursinus et Kleyn*, recentem ⟨et⟩ (*rel* ⟨ac⟩) novam *Boot* ('*obs. crit.*' *p.* 22) ‖ 12. facere *add. post* facias *Klotz*[2] *et Lehmann* (*p.* 105), *post* pro me ς ‖ 13. aliquid *om. D* ‖ Brute *del. Kleyn* ‖ 14. *et* 15. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ 15. sim enim *D*, sime enim *M*, si enim *H* ‖ 21. metuo *HD*, metum *M*. metuam ς ‖ 27. ab utrisque] ab utroque *Lambinus adsentiente Kühnero gr. Lat.* II[2] *p.* 313, *estque illud mirum dicendi genus, in Cicerone praesertim* ‖ 29. nobis] vobis *alii, non puto necessario.* nobis, *i. e. senatui, omnino aptum* ‖ 30. reconditum] ⟨magis⟩ reconditum *Wesenberg propter ep.* 20, 4, *non credo recte* ‖ quo ad te fidelius *H*

XXII. (428.)

M. CICERO S. D. D. BRVTO.

Cum Appio Claudio C. f. summa mihi necessitudo est multis 1
eius officiis et meis mutuis constituta. peto a te maiorem in modum vel humanitatis tuae vel mea causa, ut eum auctoritate tua, quae plurimum valet, conservatum velis. volo te, cum fortissimus vir cognitus sis, etiam clementissimum existimari. magno tibi erit ornamento nobilissimum adulescentem beneficio tuo esse salvum: cuius quidem causa hoc melior debet esse, quod pietate adductus propter patris restitutionem se cum Antonio coniunxit;
quare, etsi minus veram causam habebis, tamen vel probabilem 2
aliquam poteris inducere. nutus tuus potest hominem summo loco natum, summo ingenio, summa virtute, officiosissimum praeterea et gratissimum, incolumem in civitate retinere: quod ut facias, ita a te peto, ut maiore studio magisve ex animo petere non possim.

XXIII. (402.)

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI.

Nos hic valemus recte et, quo melius valeamus, operam da- 1
bimus. Lepidus commode nobis sentire videtur: omni timore deposito debemus libere rei p. consulere. quod si omnia essent aliena, tamen tribus tantis exercitibus, propriis rei p., valentibus magnum animum habere debebas, quem et semper habuisti et nunc fortuna
adiuvante augere potes. quae tibi superioribus litteris mea manu 2
scripsi, terrendi tui causa homines locuntur: si frenum momorderis, peream, si te omnes, quod sunt, conantem loqui ferre poterint. ego, tibi ut antea scripsi, dum mihi a te litterae veniant, in Italia morabor. VIII K. Iunias Eporedia.

---

4. 5. maiorem immodum *M* ‖ 10. se cum] mecum *M*, me cum *HD* ‖ 11. quare] quam *et* vel] velut *C. F. Hermann* (*Philol.* X *p.* 239) *at v. C. F. W. Müller* '*coni. Tull.*' *p.* 7 ‖ 12. nutus tuus] nutuus *M*, mitius *ex* nuntius *D*, nuncius *H* | potes *ex* potest *D*. nutu potes *scribere Cicero potuit, potuit non minus* nutus tuus potest ‖ 18. et quo melius] et ut quotidie melius *Cobet* (*Mnemos.* VI. 1878. *p.* 431) *coll. ep.* 24, 1, *iniuria puto. cf.* X, 33, 1 (*Pollio*): 'quo tardius certior fierem, Lepidus effecit', XI, 28, 8 (*Matius*): 'quo magis iure colere atque observare deberem, fecit', *Weissenborn ad Liv.* II, 60, 1 ‖ 19. nobis] de nobis *Ψ* ‖ 20. aliena] alia *Kayser* ‖ 21. locuntur *HD*, loquuntur *M* | si fr. mom.] *cf. Otto* '*Sprichw. d. R.*' *p.* 146 ‖ 25. quod *M* (*cf. ad* VIII, 12, 2), quot *HD*. quotquot ς. *cf. Wölfflin Münchener Sitzungsber.* 1882. I *p.* 462 ‖ poterint *Ψ* (*ex* poterunt *D*), poterunt ς. *cf. Neue* II² *p.* 602 ‖ 26. in italiam *M* ‖ 27. eporagia *HD*

XXIV. (416.)

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. COS. DESIG.

1 Narro tibi: antea subirascebar brevitati tuarum litterarum, nunc mihi loquax esse videor; te igitur imitabor. quam multa quam paucis! te recte valere operamque dare, ut cotidie melius; Lepidum commode sentire; tribus exercitibus quidvis nos oportere confidere. si timidus essem, tamen ista epistula mi omnem metum abstersisses; sed, ut mones, frenum momordi, etenim, qui te incluso omnem spem habuerim in te, quid nunc putas? cupio iam vigiliam meam, Brute, tibi tradere, sed ita, ut ne desim constantiae meae.
2 quod scribis in Italia te moraturum, dum tibi litterae meae veniant, si per hostem licet, non erraris — multa enim Romae —, sin adventu tuo bellum confici potest, nihil sit antiquius. pecunia expeditissima quae erat, tibi decreta est. habes amantissimum Servium; nos non desumus. VIII Idus Iunias.

XXV. (423.)

M. CICERO S. D. D. BRVTO.

1 Exspectanti mihi tuas cotidie litteras Lupus noster subito denuntiavit, ut ad te scriberem, si quid vellem. ego autem, etsi, quid scriberem, non habebam — acta enim ad te mitti sciebam, inanem autem sermonem litterarum tibi iniucundum esse audiebam —, brevitatem secutus sum te magistro. scito igitur in te
2 et in collega spem omnem esse. de Bruto autem nihil adhuc certi; quem ego, quemadmodum praecipis, privatis litteris ad bellum commune vocare non desino: qui utinam iam adesset! intestinum urbis malum, quod est non mediocre, minus timeremus. sed quid ago? non imitor *λακωνισμὸν* tuum: altera iam pagella procedit. vince et vale. XIIII K. Quinctil.

---

4. esse *om.* *H* ‖ 6. lepidum sentire commode *HD* ‖ 7. mihi ς ‖ 12. sin] si in *Ψ* ‖ 13. tuo rome bellum confici potest *D*, tuo rome confici bellum potest *H* nihil *M*, nil *HD* ‖ nihil ⟨tibi⟩ sit antiquius *Wesenberg* ‖ 14. amantissimum ⟨tui⟩ ς ‖ 19. si quid uellem ut ad te scriberem *H* ‖ 20. quod scrib. *alii* ‖ 22. *ante* brevitatem *quaedam intercidisse — velut* tamen Lupo non potui nihil dare — *putarit Baiter* ‖ in te *MD*, et in te *H* ‖ 23. collegas *M* ‖ omnem spem *H* ‖ adhuc certi *M*, certi adhuc *HD*

XXVI. (412.)

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI.

Maximo meo dolore hoc solacio utor, quod intellegunt homines non sine causa me timuisse ista, quae acciderunt. deliberent, utrum traiciant legiones ex Africa necne et ex Sardinia, et Brutum accersant necne, et mihi stipendium dent an decernant: ad senatum litteras misi. crede mihi, nisi ista omnia ita fiunt, quemadmodum scribo, magnum nos omnis adituros periculum. rogo te, videte, quibus hominibus negotium detis, qui ad me legiones adducant: et fide opus est et celeritate. III Non. Iun. ex castris.

XXVII. (338.)

M. CICERO MATIO S.

Nondum satis constitui, molestiaene plus an voluptatis attu- 1
lerit mihi Trebatius noster, homo cum plenus officii, tum utriusque nostrum amantissimus: nam, cum in Tusculanum vesperi venissem, postridie ille ad me, nondum satis firmo corpore cum esset, mane venit; quem cum obiurgarem, quod parum valetudini parceret, tum ille, nihil sibi longius fuisse, quam ut me videret. ʻnumquidnam', inquam, ʻnovi?' detulit ad me querelam tuam, de qua prius quam
respondeo, pauca proponam. quantum memoria repetere praeterita 2
possum, nemo est mihi te amicus antiquior; sed vetustas habet

3. ⟨in⟩ maximo *alii, aegreque h. quidem l. praepositione caremus* ‖ 4. deliberant, berant *in ras.*, *H* ‖ 5. et ex Sardinia et Brutum] *latet corruptela, ut videtur: nam nec collocatio verborum placet nec omnino ei insulae hic est locus. potest maior esse corruptela qua obscurata sint aliorum ducum, Asinii, Caesaris, Cassii nomina (cf. Lange* ʻ*r. Alterth.*' III² p. 541 sq.), *potest unius M. Bruti in Macedonia tum commorantis latere memoria ita, ut regionis alicuius septentrionalis nomen in* Sardinia et *insit.* et ex Macedonia Brutum *voluit Stroth.* et ex Sardinia**: et Brutum *Schütz. sanam tamen omni ex parte traditam scripturam putat O. E. Schmidt. cf. ann. phil.* 1891 *p.* 344 ‖ 5. 6. accersant *Ψ*, arcessant ς 6. dent an decernant] *haec quoque dubia: vix enim cum O. E. Schmidtio crediderim* dent *v. referendum esse ad pecuniam quae tum esset in aerario* (*cf. Caes. b. c.* I, 6, 3: ʻpecunia uti ex aerario Pompeio detur'), decernant *v. ad eam pecuniam quae tributo esset cogenda* (*cf.* XII, 30, 4; *Cic. ad Brut.* I, 18, 5). *expectatur potius oppositio qua stipendium dicatur aut decerni aut non decerni. nec tamen cum* ς *scripserim* dent an ⟨non⟩ decernant, *sed* denegent *in* dent *latere putaverim. erravunt certe C. F. Hermann* (*Philol.* X *p.* 239) demant an decernant *et Klotz*² dent an demant *scribentes: non enim id agebatur ut demeretur stipendium Bruto, qui nondum quicquam acceperat, sed utrum in summis quae tum erant pecuniae publicae angustiis decerni posset necne. ceterum* ʻpecunia expeditissima quae erat, tibi decreta est': *ep.* 24, 2 (*a. d.* VIII *Id. Iun. ad D. Brutum data*) ‖ 7. fiunt *M*, fiant *HD* ‖ 12. *huic epistulae a M*¹, *ut vid.*, B *nota adscripta est, epistulae* 28 A ‖ 18. numquidnam] *cf. Landgraf ad Cic. p. Rosc. Am. p.* 328 ‖ 21. mihi te amicus *M*, mihi amicus te *H*, te mihi amicus *D*

aliquid commune cum multis, amor non habet: dilexi te, quo die
cognovi, meque a te diligi iudicavi; tuus deinde discessus isque
diuturnus, ambitio nostra et vitae dissimilitudo non est passa
voluntates nostras consuetudine conglutinari; tuum tamen erga me
animum adgnovi multis annis ante bellum civile, cum Caesar esset
in Gallia; quod enim vementer mihi utile esse putabas nec inutile
ipsi Caesari, perfecisti, ut ille me diligeret, coleret, haberet in suis.
multa praetereo, quae temporibus illis inter nos familiarissime
dicta, scripta, communicata sint; graviora enim consecuta sunt.
3 et initio belli civilis cum Brundisium versus ires ad Caesarem,
venisti ad me in Formianum: primum hoc ipsum quanti, prae-
sertim temporibus illis! deinde oblitum me putas consilii, ser-
monis, humanitatis tuae? quibus rebus interesse memini Trebatium.
nec vero sum oblitus litterarum tuarum, quas ad me misisti, cum
4 Caesari obviam venisses in agro, ut arbitror, Trebulano. secutum
illud tempus est, cum me ad Pompeium proficisci sive pudor meus
coegit sive officium sive fortuna: quod officium tuum, quod stu-
dium vel in apsentem me vel in praesentis meos defuit? quem
porro omnes mei et mihi et sibi te amiciorem iudicaverunt? veni
Brundisium: oblitumne me putas, qua celeritate, ut primum au-
dieris, ad me Tarento advolaris, quae tua fuerit adsessio, oratio,
5 confirmatio animi mei fracti communium miseriarum metu? tan-
dem aliquando Romae esse coepimus: quid defuit nostrae familia-
ritati? in maximis rebus quonam modo gererem me adversus
Caesarem, usus tuo consilio sum, in reliquis officio: cui tu tribuisti
excepto Caesare praeter me, ut domum ventitares horasque multas
saepe suavissimo sermone consumeres? tum, cum etiam, si memi-
nisti, ut haec φιλοσοφούμενα scriberem, tu me impulisti. post Cae-
saris reditum quid tibi maiori curae fuit, quam ut essem ego illi
6 quam familiarissimus? quod effeceras. quorsum igitur haec oratio
longior, quam putaram? quia sum admiratus te, qui haec nosse
deberes, quicquam a me commissum, quod esset alienum nostra

2. deinde *M*, denique *HD* ‖ 5. ciuilem *M* ‖ 6. uehementer *HD* ‖ 9. sint *MD*, sunt *H*, *fort. recte* ‖ 10. et initio] etenim initio *coni. Orelli*, initio *Wesenberg* ‖ ires ad caesarem *M*, ires cesarem, ad *sup. scr. a m.* 1, *H*, adires ad caesarem *D* ‖ 11. 12. quanti praesertim temporibus *M*, quantis temporibus praesertim *HD* ‖ 14. tuarum litterarum *H* ‖ 15. venissem *Victorius, haud recte* ‖ Trebulano (tribulano *H*)] *cf. C. I. L.* X *p.* 442 ‖ 21. advolaris] auolaris *MH*, aduolaueris *D* ‖ 22. communi *H* ‖ 24. me gererem *D* ‖ 25. consilio tuo *HD* ‖ sum, in reliquis officio: cui *Madvig*, sum. in (⟨tuis⟩ *add. D*), reliquis officiis cui *Ψ* ‖ 26. praeter me *M*, propter me *D*, praeter *H* ‖ horas quae *M* ‖ 28. haec φιλοσοφούμενα] haec philosophumena *MH*, haec ad populum eis *D* ‖ 29. ego *om. D* ‖ 30. quam *om. D*

amicitia, credidisse: nam praeter haec, quae commemoravi, quae
testata sunt et inlustria, habeo multa occultiora, quae vix verbis
exsequi possum. omnia me tua delectant, sed maxime maxima
cum fides in amicitia, consilium, gravitas, constantia, tum lepos,
humanitas, litterae. quapropter — redeo nunc ad querelam — ego 7
te suffragium tulisse in illa lege primum non credidi: deinde, si
credidissem, numquam id sine aliqua iusta causa existimarem te
fecisse. dignitas tua facit, ut animadvertatur, quicquid facias; male-
volentia autem hominum, ut nonnulla durius, quam a te facta sint,
proferantur: ea tu si non audis, quid dicam, nescio; equidem, si
quando audio, tam defendo, quam me scio a te contra iniquos
meos solere defendi. defensio autem est duplex: alia sunt, quae
liquido negare soleam, ut de isto ipso suffragio; alia, quae defen-
dam a te pie fieri et humane, ut de curatione ludorum. sed te, 8
hominem doctissimum, non fugit, si Caesar rex fuerit — quod
mihi quidem videtur —, in utramque partem de tuo officio dis-
putari posse, vel in eam, qua ego soleo uti, laudandam esse fidem
et humanitatem tuam, qui amicum etiam mortuum diligas, vel in
eam, qua nonnulli utuntur, libertatem patriae vitae amici ante-
ponendam. ex his sermonibus utinam essent delatae ad te dispu-
tationes meae! illa vero duo, quae maxima sunt laudum tuarum,
quis aut libentius quam ego commemorat aut saepius? te et non
suscipiendi belli civilis gravissimum auctorem fuisse et moderandae
victoriae, in quo qui mihi non adsentiretur, inveni neminem. quare
habeo gratiam Trebatio, familiari nostro, qui mihi dedit causam
harum litterarum, quibus nisi credideris, me omnis officii et huma-
nitatis expertem iudicaris; quo nec mihi gravius quicquam potest
esse nec te alienius.

XXVIII. (339.)

MATIVS CICERONI S.

Magnam voluptatem ex tuis litteris cepi, qnod, quam speraram 1
atque optaram, habere te de me opinionem cognovi; de qua etsi

1. commeraui *M* ‖ 2. multa *HD*, multo *M* ‖ 3. maxima *del. Ernesti* ‖ 4. in *om. H* ‖ 6. in] de *Boot* ('*obs. crit.*' *p.* 22). *ipsa lex videtur esse Antonia Cornelia de permutatione provinciarum* (*cf. Ruete* '*Corr. Cic.*' *p.* 29 *sq.*, *O. E. Schmidt ann. phil. suppl.* XIII. 1884. *p.* 713 *sq.* ‖ 9. sunt *D* ‖ 10. tu si *M*, si tu *HD* ‖ 11. a te *MD*, a te eque (*sic*) *H* ‖ 13. liquido] aliquido *M*, aliquando *H*, atij (*sic fere*) *D* ‖ de ipso isto *H* ‖ 14. ut decuriatione *M* ‖ 20. his ergo serm. *H* ‖ 25. familiari nostro trebatio *D* ‖ 26. me *MD*, ame *H* ‖ 27. expertem] exper *M*, expers *HD* ‖ 28. nec te *MH*, nec a te *D* ‖ 30. *de Matio eiusque hac epistula breviter disseruit I. H. Schmalz* '*comment. Wölfflin.*' (*Lips.* 1891) *p.* 269 *sq.* 31. quam] cum *MH*, tamquam *D*

non dubitabam, tamen, quia maximi aestimabam, ut incorrupta
maneret, laborabam. conscius autem mihi eram nihil a me com-
missum esse, quod boni cuiusquam offenderet animum: eo minus
credebam plurimis atque optimis artibus ornato tibi temere quic-
quam persuaderi potuisse, praesertim in quem mea propensa et
perpetua fuisset atque esset benevolentia; quod quoniam, ut volui,
scio esse, respondebo criminibus, quibus tu pro me, ut par erat
2 tua singulari bonitate et amicitia nostra, saepe restitisti. nota
enim mihi sunt, quae in me post Caesaris mortem contulerint:
vitio mihi dant, quod mortem hominis necessarii graviter fero
atque eum, quem dilexi, perisse indignor; aiunt enim patriam ami-
citiae praeponendam esse, proinde ac si iam vicerint obitum eius
rei p. fuisse utilem. sed non agam astute: fateor me ad istum
gradum sapientiae non pervenisse; neque enim Caesarem in dissen-
sione civili sum secutus, sed amicum, quamquam re offendebar,
tamen non deserui, neque bellum unquam civile aut etiam causam
dissensionis probavi, quam etiam nascentem extingui summe studui.
itaque in victoria hominis necessarii neque honoris neque pecuniae
dulcedine sum captus, quibus praemiis reliqui, minus apud eum
quam ego cum possent, immoderate sunt abusi. atque etiam res
familiaris mea lege Caesaris deminuta est, cuius beneficio plerique,
qui Caesaris morte laetantur, remanserunt in civitate. civibus
3 victis ut parceretur, aeque ac pro mea salute laboravi. possum
igitur, qui omnis voluerim incolumis, eum, a quo id impetratum
est, perisse non indignari? cum praesertim idem homines illi et
invidiae et exitio fuerint. 'plecteris ergo', inquiunt, 'quoniam
factum nostrum improbare audes.' o superbiam inauditam, alios
in facinore gloriari, aliis ne dolere quidem inpunite licere! at haec
etiam servis semper libera fuerunt, timerent, gauderent, dolerent
suo potius quam alterius arbitrio; quae nunc, ut quidem isti dicti-

1. maximi aestimabam *M*, maximi existimabam *D*, maxime extimebam (*sic*) *H* ‖ 7. 8. par erat tua *MH*, p. e. pro tua *D*. *cf. Schmalz l. c. p.* 273 ‖ 10. necessari (i superscr.), i *a M*[c], *M* ‖ 11. 12. patriam amicitiae *D*, patriae amicitiam *MH* ‖ 12. praeferendam, *in mg. m.* 1 praeponendam, *D* ‖ uicerint *H*, *et D*[1] *in mg.*, uicerit *M*, uixerit *D*[1] ‖ 15. secutus sum *H* ‖ quamquam re offendebar *M*, re quamquam offendebar *H*, quamquam te offendebam *D* ‖ 16. tamen *om. H* ‖ 17. extinguere *H* ‖ 21. lege Caesaris] *i. e., ut vid., lege Iulia de modo credendi et possidendi intra Italiam* (*v. Lange* '*r. Alterth.*' III[2] *p.* 435) ‖ deminuta *M*, diminuta *HD* ‖ 25. presertim cum *H* ‖ 27. audes *ex* audies *radendo M* ‖ 27. 28. alios in facinore gloriari aliis *M*, alios in f. gl. alios *H*, alios in f. singulari alios (aliis *corr. m.* 1) *D* ‖ 28. dolore *M* ‖ inpunite *MH*, impune *D* ‖ 29. fuerunt ⟨ut⟩ timerent *Baiter, fort. recte.* fuerunt ⟨ut sperarent⟩ (*vel* ⟨ut cuperent⟩) timerent *Lehmann* (*p.* 60) ‖ 29. 30. dolerent gauderent sua p. q. a. in commoda quae *D* ‖ 30. *p.* 303, 1. quae nunc isti, ut se quidem dictitant, l. a. m. *Boot* ('*obs. crit.*' *p.* 23)

tant, 'libertatis auctores', metu nobis extorquere conantur: sed
nihil agunt: nullius umquam periculi terroribus ab officio aut ab 4
humanitate desciscam; numquam enim honestam mortem fugiendam, saepe etiam oppetendam putavi. sed quid mihi suscensent, si id opto, ut paeniteat eos sui facti? cupio enim Caesaris mortem omnibus esse acerbam. 'at debeo pro civili parte rem p. velle salvam.' id quidem me cupere, nisi et ante acta vita et reliqua
mea spes tacente me probat, dicendo vincere non postulo. quare 5
maiorem in modum te rogo, ut rem potiorem oratione ducas mihique, si sentis expedire recte fieri, credas nullam communionem cum improbis esse posse. an, quod adulescens praestiti, cum etiam errare cum excusatione possem, id nunc aetate praecipitata commutem ac me ipse retexam? non faciam neque, quod displiceat, committam, praeterquam quod hominis mihi coniunctissimi ac viri amplissimi doleo gravem casum. quod si aliter essem animatus, numquam, quod facerem, negarem, ne et in peccando improbus et
in dissimulando timidus ac vanus existimarer. 'at ludos, quos 6
Caesaris victoriae Caesar adulescens fecit, curavi.' at id ad privatum officium, non ad statum rei p. pertinet; quod tamen munus et hominis amicissimi memoriae atque honoribus praestare etiam mortui debui et optimae spei adulescenti ac dignissimo Caesare
petenti negare non potui. veni etiam consulis Antonii domum 7
saepe salutandi causa; ad quem, qui me parum patriae amantem esse existimant, rogandi quidem aliquid aut auferendi causa frequentis ventitare reperies. sed quae haec est adrogantia, quod Caesar numquam interpellavit, quin, quibus vellem atque etiam quos ipse non diligebat, tamen eis uterer, eos, qui mihi amicum eripuerunt, carpendo me efficere conari, ne, quos velim, diligam?
sed non vereor, ne aut meae vitae modestia parum valitura sit in 8
posterum contra falsos rumores, aut ne etiam ei, qui me non amant propter meam in Caesarem constantiam, non malint mei quam sui similis amicos habere. mihi quidem si optata contingent, quod reliquum est vitae, in otio Rhodi degam; sin casus aliquis interpellarit, ita ero Romae, ut recte fieri semper cupiam. Trebatio

---

2. ab *(ante* hum.) *om. D* ‖ 4. oppetendam *M*, appetendam *HD* ‖ qui *H* succensent *HD* ‖ 6. at debeo *HD*, addebeo *M* ‖ 8. probant *D* ‖ 12. praecipitata etate *H* ‖ 13. quod ‹tibi› displiceat *Boot l. c.*, *iniuria* ‖ 14. mihi *om. D* ‖ 17. at *H*, ad *M*, ac *D* ‖ 18. at] ad *M*, ac *D*, *om. H* ‖ 21. 22. caesare petenti *H*, caesare repetenti *M*, cesari repente *D* ‖ 22. 23. sepe domum *D* ‖ 23. at quem *M* ‖ amantem *D*, famantem *MH* ‖ 24. esse *om. D* ‖ 24. 25. frequentes repperient uentitare *H* 25. haec est *M*, est hec *HD* ‖ 27. eis] his *Ψ*, iis *ς* ‖ 29. aut *HD*, ad *M* mea *D* ‖ 30. ei] hi *Ψ*, ii *ς* ‖ 32. contigerint *D* ‖ 33. si casus *D*

nostro magnas ago gratias, quod tuum erga me animum simplicem atque amicum aperuit et quod, eum, quem semper lubenter dilexi, quo magis iure colere atque observare deberem, fecit. bene vale et me dilige.

XXIX. (333.)

CICERO OPPIO S. D.

1 Dubitanti mihi — quod scit Atticus noster — de hoc toto
consilio profectionis, quod in utramque partem in mentem multa
veniebant, magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem
iudicium et consilium tuum; nam et scripsisti aperte, quid tibi
videretur, et Atticus ad me sermonem tuum pertulit. semper iudi-
cavi in te et in capiendo consilio prudentiam summam esse et in
dando fidem, maximeque sum expertus, cum initio civilis belli per
litteras te consuluissem, quid mihi faciendum esse censeres, eun-
dumne ad Pompeium an manendum in Italia: suasisti, ut con-
sulerem dignitati meae; ex quo, quid sentires, intellexi et sum
admiratus fidem tuam et in consilio dando religionem, quod, cum
aliud malle amicissimum tuum putares, antiquius tibi officium
2 meum quam illius voluntas fuit. equidem et ante hoc tempus te
dilexi et semper me a te diligi sensi: et, cum abessem atque in
magnis periculis essem, et me absentem et meos praesentis a te
cultos et defensos esse memini et post meum reditum, quam fami-
liariter mecum vixeris, quaeque ego de te et senserim et praedi-
carim, omnes, qui solent haec animadvertere, testis habemus; gra-
vissimum vero iudicium de mea fide et constantia fecisti, cum post
mortem Caesaris totum te ad amicitiam meam contulisti, quod
tuum iudicium nisi mea summa benivolentia erga te omnibusque
3 meritis comprobaro, ipse me hominem non putabo. tu, mi Oppi,
conservabis amorem tuum — etsi more magis hoc quidem scribo,
quam quo te admonendum putem — meaque omnia tuebere: quae
tibi ne ignota essent, Attico mandavi; a me autem cum paulum
otii nacti erimus, uberiores litteras exspectato. Da operam, ut
valeas: hoc mihi gratius facere nihil potes.

2. lubenter *M*, *om. HD* ‖ 5. *hanc ep. om. D. v. praef.* (*habent contaminati*) ‖ 14. quid *M*, quod *H* ‖ 18. aliut mallem *M* ‖ 23. et senserim *M*, senserim *H* ‖ 25. et [de] constantia, de *a m.* 1, *H*, et de constantia *M* ‖ 26. totum] et totum *MH* ‖ 28. ipse me hominem non *M*, ipse hominem me non *H* ‖ 29. etsi morem agis *M*, etsi amore magis *H* ‖ 31. ne *om. H* ‖ 32. uberioris *M* ‖ 33. potes. M. TVLLI CICERONIS EPISTVLARVM AD BRVTVM ET CETEROS EXPL. INC. AD C. CASSIVM ET CET. FELICITER *M, et sic fere H*

XII.

I. (327.)

CICERO CASSIO S.

Finem nullam facio, mihi crede, Cassi, de te et Bruto nostro, 1
id est de tota re p., cogitandi, cuius omnis spes in vobis est et in D. Bruto; quam quidem iam habeo ipse meliorem, re p. a Dolabella meo praeclarissime gesta; manabat enim illud malum urbanum et ita conroborabatur cotidie, ut ego quidem et urbi et otio diffiderem urbano, †sed ita conpressa est, ut mihi videamur omne iam ad tempus ab illo dumtaxat sordidissimo periculo tuti futuri. reliqua magna sunt ac multa, sed posita omnia in vobis: quamquam primum quicque explicemus. nam, ut adhuc quidem actum est, non regno, sed rege liberati videmur; interfecto enim rege regios omnis nutus tuemur. neque vero id solum, sed etiam, quae ipse ille, si viveret, non faceret, ea nos quasi cogitata ab illo probamus. nec eius quidem rei finem video: tabulae figuntur; immunitates dantur; pecuniae maximae discribuntur; exules reducuntur; senatus consulta falsa deferuntur: ut tantummodo odium illud

1. *Libro duodecimo in MH — D caret — hic praemissus est index:* AD C. CASSIVM. 1. CICERO CASSIO SAL. | FINEM NVLLAM (nulum, [1] *a m.* 1, *H*) FACIO || 2. CICERO CASSIO SAL. | VEHEMENTER LAETOR || 3. CICERO CASSIO SAL. | AVGET TVVS AMICVS || 4. CICERO CASSIO SAL. | VELLEM IDIBVS MARTIIS || 5. CICERO CASSIO SAL. | HIEMEM CREDO || 6. CICERO CASSIO SAL. | QVI STATVS RERVM FVERIT 7. CICERO CASSIO SAL. | QVANTO STVDIO || 8. CICERO CASSIO SAL. | SCELVS ADFINIS TVI LEPIDI (*hoc v. om. H*) || 9. CICERO CASSIO SAL. | BREVITAS TVARVM LITTERARVM || 10. CICERO CASSIO SAL. | LEPIDVS TVVS ADFINIS MEVS || 11. C. (*hoc v. om. H*) CASSIVS PROCOS. SAL. M. CICERONI S. V. B. E. E. Q. V. || 12. CASSIVS PROCOS. S. D. | M. CICERONI SVO. S. (*hoc v. om. H*) V. B. E. E. Q. V. || 13. C. CASSIVS Q. S. D. | M. CICERONI S. V. B. E. V. (*haec duo v. om. H*) || 14. LENTVLVS CICERONI SVO SAL. PL. PC. | CVM BRVTVM NOSTRVM || 15. P. LENTVLVS P. F. PRO. Q. PRO | P. (f *H*) R. S. D. CONSS. PR. TR. PL || 16. TREBONIVS CICERONI SAL. | S. V. B. ATHENAS VENI || 17. CICERO S. D. CORNIFICIO COLLEGAE | GRATIA MIHI VEHEMENTER EST || 18. CICERO S. D. CORNIFICIO CONLEG. (*hoc v. om. H*) | QVOD EXTREMVM FVIT || 19. CICERO CORNIFICIO SAL. (S. D. *H*) | LIBENTISSIME LEGI (*hoc v. om. H*) || 20. CICERO CORNIFICIO | GRATAE MIHI TVAE LITTERAE || 21. CICERO CORNIFICIO C. ANICIVS (Caniū *H*) FAMILIARIS MEVS (*hoc v. om. H*) || 22—30. CICERO CORNIFICIO SAL. | NON HIC CVM HOMINE || 3. nullum *H* || et ⟨de⟩ Bruto *alii* || 6. manabat] manebat *Boot (ad Cic. ad Att.* XV, 4ª, 3), *iniuria. cf. Cic. Phil.* I, 2, 5 || 8. conpressa est] conpressum est ς, conpressa ⟨res⟩ est *Ernesti*, ⟨concitatio⟩ conpressa est *Lehmann* (*p.* 96). conpressumst *verum videtur* 9. tuti] tute *Ψ* || 16. discribuntur *M* (*cf. Manut. ad h. l. et Bücheler mus. Rhen.* XIII *p.* 600 *sq.*), describuntur *HD* || 17. deferuntur *Orelli*, referuntur *Ψ*, *quod tenet A. Riese ad Catull.* 28, 8. *ceterum cf. Mommsen 'r. Staatsr.'* II³ *p.* 548

hominis impuri et servitutis dolor depulsus esse videatur, res p.
2 iaceat in eis perturbationibus, in quas eam ille coniecit. haec omnia vobis sunt expedienda, nec hoc cogitandum, satis iam habere rem p. a vobis: habet illa quidem tantum, quantum numquam mihi in mentem venit optare, sed contenta non est et pro magnitudine et animi et beneficii vestri a vobis magna desiderat. adhuc ulta suas iniurias est per vos interitu tyranni — nihil amplius —, ornamenta vero sua quae reciperavit? an quod ei mortuo paret, quem vivum ferre non poterat? cuius aera refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus? 'at enim ita decrevimus.' fecimus id quidem temporibus cedentes, quae valent in re p. plurimum; sed immoderate quidam et ingrate nostra facilitate abutuntur. verum haec propediem et multa alia coram: interim velim sic tibi persuadeas, mihi cum rei p., quam semper habui carissimam, tum amoris nostri causa maximae curae esse tuam dignitatem. da operam, ut valeas. vale.

II. (342.)

CICERO CASSIO S.

1 Vehementer laetor tibi probari sententiam et orationem meam; qua si saepius uti liceret, nihil esset negotii libertatem et rem p. reciperare; sed homo amens et perditus multoque nequior quam ille ipse, quem tu nequissimum occisum esse dixisti, caedis initium quaerit, nullamque aliam ob causam me auctorem fuisse Caesaris interficiendi criminatur, nisi ut in me veterani incitentur: quod ego periculum non extimesco, modo vestri facti gloriam cum mea laude communicet. ita nec Pisoni, qui in eum primus invectus est nullo adsentiente, nec mihi, qui idem tricensimo post die feci, nec P. Servilio, qui me est consecutus, tuto in senatum venire licet; caedem enim gladiator quaerit eiusque initium a. d. XIII K. Octob. a me se facturum putavit, ad quem paratus venerat, cum in villa Metelli complures dies commentatus esset; quae autem in lustris et in vino commentatio potuit esse? itaque omnibus est visus, ut ad te antea

2. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ 3. expedienda sunt *H* ‖ 3. 4. rem p. habere *H* ‖ 4. mihi numquam *H* ‖ 6. magna] maiora *Boot* (*'obs. crit.' p.* 23) ‖ ulta *HD*, ultra *M*. *ceterum post* adhuc, *non post* desiderat, *distinxit Baiter* (*cf. Kleyn p.* 47) ‖ 7. est iniurias *D* ‖ nihil amplius] *cf. Lehmann p.* 29 *sq.* ‖ 8. recuperauit *HD* ‖ 10. cirographa *HD* ‖ 10. 11. quidem id *H* ‖ 13. alia *HD*, alla *M* ‖ 15. maxime *M* curae esse *M*, esse cure *D*, curae *H* ‖ 16. vale *del. Kleyn* ‖ 21. recuperare *HD* ‖ 23. aliam *om.* H^1 ‖ auctorem *ex* aut torem *M* ‖ 24. in me *HD*, inter me *M* ‖ 25. modo *M*, quo modo *HD* ‖ 27. tricesimo *HD* ‖ P. Servilio] *cf. Dittenberger ad syll. inscr. Gr. n.* 266 ‖ 29. XIII *M*, XIIII *HD* ‖ 30. ad quam ς ‖ in villa Metelli] *cf. Dessau ad C. I. L.* XIV 3588 ‖ 31. commendatus *HD* ‖ 32. commendatio *HD*

scripsi, vomere suo more, non dicere. quare, quod scribis te con- 2
fidere auctoritate et eloquentia nostra aliquid profici posse, nonnihil,
ut in tantis malis, est profectum; intellegit enim populus R. tres
esse consulares, qui, quia de re p. bene senserint, libere locuti sint,
tuto in senatum venire non possint. nec est praeterea, quod quic-
quam exspectes; tuus enim necessarius adfinitate nova delectatur:
itaque iam non est studiosus ludorum infinitoque fratris tui plausu
dirumpitur; alter item adfinis novis commentariis Caesaris delenitus
est. sed haec tolerabilia: illud non ferendum, quod est, qui vestro
anno filium suum consulem futurum putet ob eamque causam se
huic latroni deservire prae se ferat. nam L. Cotta, familiaris meus, 3
'fatali quadam desperatione', ut ait, minus in senatum venit; L. Caesar,
optimus et fortissimus civis, valetudine impeditur; Ser. Sulpicius et
summa auctoritate et optime sentiens non adest; reliquos exceptis
designatis ignosce mihi si non numero consularis. habes auctores
consilii publici: qui numerus etiam bonis rebus exiguus esset, quid
censes perditis? quare spes est omnis in vobis, qui si idcirco
abestis, ut sitis in tuto, ne in vobis quidem: sin aliquid dignum
vestra gloria cogitatis, velim salvis nobis; sin id minus, res tamen
publica per vos brevi tempore ius suum reciperabit. ego tuis neque
desum neque dero: qui sive ad me referent ⟨sive non referent⟩,
mea tibi tamen benivolentia fidesque praestabitur. vale.

III. (344.)

CICERO CASSIO S.

Auget tuus amicus furorem in dies: primum in statua, quam 1
posuit in rostris, inscripsit PARENTI OPTIME MERITO, ut non modo
sicarii, sed iam etiam parricidae iudicemini, quid dico, iudicemini?

---

1. uomere suo more *HD*, uomeres uomere (*sic*) *M* ‖ 3. est pro | profectum *M* ‖ 4. quia] quia ⟨quae⟩ ς. *quod contra Lehmann* (*p.* 54) quia de re p. bene senserint ⟨quaeque senserint⟩ libere *commendat. mihi asyndeton bimembre exemplis ab ipso Lehmanno* (*p.* 26 *sq.*) *adlatis satis excusari videtur* ‖ sint *D*, sunt *MH*, *et D corr.* ‖ 8. dirrumpitur *M* (*cf.* VII, 1, 4) ‖ alter item adfinis] *quis sit ignoratur. Dolabellam, ut vid., intellegit Drumann* (I *p.* 133, 94), *L. Aemilium Paullum Kramarczik* (*Philol.* IX. 1854. *p.* 745) ‖ delinitus *HD* ‖ 9. tolerabilia *ex* tolebilia *M*[c] ‖ quod est qui] *L. Marcium Philippum, cos.* 698, *intellegit C. Bardt* (*'quaest. Tull.' diss. Berol.* 1866. *p.* 38 *sq.*) ‖ 9. 10. vestro anno] *cf. Mommsen 'r. Staatsr.'* I[3] *p.* 566 ‖ 15. si] sed *Ψ* ‖ 18. dignum *om. H* ‖ 19. sin *M*, si *HD* ‖ 20. reciperauit *M*, recuperauit *HD* ‖ 21. deero *HD* ‖ qui siue ad me /referent (*ras.* 1—2 *litt.*) *M*, qui si quae ad me referent *HD* ‖ sive non referent *add. Orelli*, sive non *add.* ς ‖ 22. mea tibi tamen beniv.] mea tibi tamen in beniu. *M*, mea tibi beniu. *HD* ‖ 26. optime *M*, optimo *HD* ‖ 27. /iam (*ras.* 1—2 *litt.*, *ex* etiam, *ut vid.*) etiam parricidae iudicemini *M*, iam patricidae etiam iudicemini *H*, iam etiam paricide iudicamini *D* ‖ quid *HD*, quod *M*

iudicemur potius; vestri enim pulcherrimi facti ille furiosus me principem dicit fuisse. utinam quidem fuissem! molestus nobis non esset. sed hoc vestrum est; quod quoniam praeteriit, utinam haberem, quid vobis darem consilii! sed ne mihi quidem ipsi reperio quid faciundum sit; quid enim est, quod contra vim sine vi fieri
2 possit? consilium omne autem hoc est illorum, ut mortem Caesaris persequantur; itaque ante diem VI Non. Oct. productus in contionem a Cannutio turpissime ille quidem discessit, sed tamen ea dixit de conservatoribus patriae, quae dici deberent de proditoribus; de me quidem non dubitanter, quin omnia de meo consilio et vos fecissetis et Cannutius faceret. cetera cuiusmodi sint, ex hoc iudica, quod legato tuo viaticum eripuerunt: quid eos interpretari putas, cum hoc faciunt? ad hostem scilicet portari. o rem miseram! dominum ferre non potuimus, conservo servimus. et tamen, me quidem favente magis quam sperante, etiam nunc residet spes in virtute tua. sed ubi sunt copiae? de reliquo malo te ipsum tecum loqui quam nostra dicta cognoscere. vale.

IV. (360.)

CICERO CASSIO S.

1 Vellem Idibus Martiis me ad cenam invitasses: reliquiarum nihil fuisset. nunc me reliquiae vestrae exercent, et quidem praeter ceteros me: quamquam egregios consules habemus, sed turpissimos consularis, senatum fortem, sed infimo quemque honore fortissimum; populo vero nihil fortius, nihil melius Italiaque universa. nihil autem foedius Philippo et Pisone legatis, nihil flagitiosius; qui cum essent missi, ut Antonio ex senatus sententia certas res ⟨de⟩nuntiarent, cum ille earum rerum nulli paruisset, ultro ab illo ad nos intolerabilia postulata rettulerunt: itaque ad nos concurritur, facti-
2 que iam in re salutari populares sumus. sed, tu quid ageres, quid acturus, ubi denique esses, nesciebam: fama nuntiabat te esse in Syria; auctor erat nemo. de Bruto, quo propius est, eo firmiora videntur esse, quae nuntiantur. Dolabella valde vituperabatur ab

2. nobis *om.* *D* ‖ 5. faciendum *HD* ‖ 6. illorum est *H* ‖ 8. a Cannutio] a fratre Lucio *dubitanter Cobet* (*Mnemos.* VII. 1879. *p.* 136) ‖ 12. viaticum] *cf. Mommsen 'r. Staatsr.'* I^3 *p.* 301 ‖ 20. vellem—21. exercent *adfert Macrob. Sat.* II, 3, 13 ‖ 20. martiis *HD*, mart. (*sic*) his *M* ‖ ⟨profecto⟩ reliquiarum *Macrob.* 20. 21. reliquiarum nihil fuisset *om.* *HD*[1], *sup. scr.* *D*[2] ‖ 22. me *M*, me hercule *HD*, *fort. recte* ‖ 23. infimum *HD* ‖ 25. philippo *M*, ni lippo *H*, Nilippo *D* ‖ legatis nihil *om.* *H* ‖ 26. denuntiarent *I. F. Gronovius*, nuntiarent Ψ. renuntiarent *alii* 28. retulerunt *HD* ‖ concurretur *HD* ‖ 30. 31. esse in Syria] isse in syria *M*, isse in syriam *HD*

hominibus non insulsis, quod tibi tam cito succederet, cum tu vixdum XXX dies in Syria fuisses; itaque constabat eum recipi in Syriam non oportere. summa laus et tua et Bruti est, quod exercitum praeter spem existimamini comparasse. scriberem plura, si rem causamque nossem: nunc, quae scribo, scribo ex opinione hominum atque fama. tuas litteras avide exspecto. vale.

V. (362.)

CICERO CASSIO S.

Hiemem credo adhuc prohibuisse, quo minus de te certum 1
haberemus, quid ageres maximeque ubi esses; loquebantur omnes
tamen — credo, quod volebant — in Syria te esse, habere copias;
id autem eo facilius credebatur, quia simile veri videbatur. Brutus
quidem noster egregiam laudem est consecutus; res enim tantas
gessit tamque inopinatas, ut eae cum per se gratae essent, tum
ornatiores propter celeritatem. quod si tu ea tenes, quae putamus,
magnis subsidiis fulta res p. est; a prima enim ora Graeciae usque
ad Aegyptum optimorum civium imperiis muniti erimus et copiis:
quamquam, nisi me fallebat, res se sic habebat, ut totius belli 2
omne discrimen in D. Bruto positum videretur, qui si, ut sperabamus, erupisset Mutina, nihil belli reliqui fore videbatur. parvis
omnino iam copiis obsidebatur, quod magno praesidio Bononiam
tenebat Antonius; erat autem Claternae noster Hirtius, ad Forum
Cornelium Caesar, uterque cum firmo exercitu, magnasque Romae
Pansa copias ex dilectu Italiae compararat. hiemps adhuc rem geri
prohibuerat; Hirtius nihil nisi considerate, ut mihi crebris litteris
significat, acturus videbatur; praeter Bononiam, Regium Lepidi,
Parmam totam Galliam tenebamus studiosissimam rei p.; tuos etiam
clientis Transpadanos mirifice coniunctos cum causa habebamus;
erat firmissimus senatus exceptis consularibus, ex quibus unus L.
Caesar firmus est et rectus. Ser. Sulpicii morte magnum praesi- 3
dium amisimus; reliqui partim inertes, partim improbi; nonnulli
invident eorum laudi, quos in re p. probari vident; populi vero

1. cito *om.* *H* ‖ 9. quod minus certe de te *H* ‖ 10. ages *M* ‖ 12. simile ueri *D*, s. uere *M*[1], s. uero *M*[c], ueri s. *H* ‖ 14. tanque *M*. *cf. Brambach 'lat. Orthogr.' p.* 265 ‖ eae] hae *Ψ* ‖ 16. res p. fulta est *HD* ‖ enim *om.* *HD* ‖ 20. reliqui] reliquum *alii, fort. recte* ‖ 22. claternae *M*, daterne *HD*. *cf. C. I. L.* XI, 1 *p.* 128 ‖ 22. 23. ad f. cornelium *M*, ad f. cornelii *HD*. Forum Corneli *forma usitata: cf. ibid. p.* 126 ‖ 24. dilectu *MD*, delectu, *alt.* e *ex corr.*, *H* ‖ comparat *D*, comparat *MH*. comparabat *Ernesti* ‖ hiemps *Ψ*, hiems *M*[r]. *cf. Brambach l. c. p.* 249

Romani totiusque Italiae mira consensio est. haec erant fere, quae tibi nota esse vellem; nunc autem opto, ut ab istis Orientis partibus virtutis tuae lumen eluceat. vale.

VI. (376.)

CICERO CASSIO S.

1 Qui status rerum fuerit tum, cum has litteras dedi, scire po-
teris ex C. Titio Strabone, viro bono et optime de re p. sentiente;
nam quid dicam 'cupidissimo tui', qui domo et fortunis relictis ad
te potissimum profectus sit? itaque eum tibi ne commendo qui-
2 dem; adventus ipsius ad te satis eum commendabit. tu velim sic
existimes tibique persuadeas, omne perfugium bonorum in te et
Bruto esse positum, si, quod nolim, adversi quid evenerit. res,
cum haec scribebam, erat in extremum adducta discrimen; Brutus
enim Mutinae vix iam sustinebat: qui si conservatus erit, vicimus;
sin — quod di omen avertant! —, omnis omnium cursus est ad
vos. proinde fac animum tantum habeas tantumque apparatum,
quanto opus est ad universam rem p. recuperandam. vale.

VII. (367.)

CICERO CASSIO S.

1 Quanto studio dignitatem tuam et in senatu et ad populum
defenderim, ex tuis te malo quam ex me cognoscere; quae mea
sententia in senatu facile valuisset, nisi Pansa vehementer opstitisset.
ea sententia dicta productus sum in contionem a tr. pl. M. Servilio:
dixi de te, quae potui, tanta contentione, quantum forum est, tanto
clamore consensuque populi, ut nihil umquam simile viderim. id
velim mihi ignoscas quod invita socru tua fecerim: mulier timida
verebatur, ne Pansae animus offenderetur. in contione quidem Pansa
dixit matrem quoque tuam et fratrem illam a me sententiam no-
luisse dici; sed me haec non movebant, alia † malebam: favebam
2 et rei p., cui semper favi, et dignitati ac gloriae tuae. quod autem
et in senatu pluribus verbis disserui ⟨et⟩ dixi in contione, in eo
velim fidem meam liberes; promisi enim et prope confirmavi te

7. Titio *Manutius*, tidio *Ψ* ‖ 10. commendabit *HD*, -uit *M* ‖ 12. si *HD*, sin *M* ‖ 14. iam vix *H* ‖ sustinebat] *cf. Boot ad Cic. ad Att.* VII, 7, 5 ‖ 15. di *M*, dii *HD* ‖ est] erit *Ernesti* ‖ 17. reciperandam ς ‖ 23. a *D*, ad *MH*, ab *Wesenberg* ‖ 25. nihil umquam *MD*, numquam *H* ‖ 28. a me *om. HD* ‖ 29. malebam] valebant *Krauss* (*'ep. em.' p.* 32), *recte puto*, movebant *Orelli* ‖ 30. ac gloriae] *sic Ψ. cf. C. F. W. Müller Cic. op.* II, 1 *ad p.* 441, 14 ‖ 31. *alt.* et *om. Ψ*

non exspectasse nec exspectaturum decreta nostra, sed te ipsum tuo more rem p. defensurum. et, quamquam nihildum audieramus, nec ubi esses nec quas copias haberes, tamen sic statuebam, omnes, quae in istis partibus essent opes copiaeque, tuas esse, per teque Asiam provinciam confidebam iam rei p. reciperatam. tu fac in augenda gloria te ipsum vincas. vale.

VIII. (419.)

CICERO CASSIO S.

1 Scelus adfinis tui Lepidi summamque levitatem et inconstantiam ex actis, quae ad te mitti certo scio, cognosse te arbitror: itaque nos confecto bello, ut arbitrabamur, renovatum bellum gerimus spemque omnem in D. Bruto et Planco habemus, si verum quaeris, in te et in meo Bruto, non solum ad praesens perfugium, si, quod nolim, adversi quid acciderit, sed etiam ad confirmationem perpetuae libertatis. 2 nos hic de Dolabella audiebamus, quae vellemus, sed certos auctores non habebamus. te quidem magnum hominem et praesenti iudicio et reliqui temporis exspectatione scito esse: hoc tibi proposito fac ut ad summa contendas; nihil est tantum, quod non p. R. a te perfici atque optineri posse iudicet. vale.

IX. (422.)

CICERO CASSIO S.

1 Brevitas tuarum litterarum me quoque breviorem in scribendo facit, et, vere ut dicam, non satis occurrit, quid scribam; nostras enim res in actis perferri ad te certo scio, tuas autem ignoramus; tamquam enim clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos praeter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantis, sed adhuc sine auctore. 2 nos, confectum bellum quom putaremus, repente a Lepido tuo in summam sollicitudinem sumus adducti: itaque tibi persuade maximam rei p. spem in te et in tuis copiis esse. firmos omnino exercitus habemus, sed tamen, ut omnia, ut spero, prospere procedant, multum interest te venire; exigua enim spes est rei p. — nam nullam non libet dicere —, sed, quaecumque est, ea despondetur anno consulatus tui. vale.

---

4. istis *M*, his *HD* ‖ 4. 5. per te quae asiam *M* ‖ 5. recuperatam *HD* 6. ipsum uincas *HD*, ipsuincas *M*. ipse vincas *Ernesti* ‖ 10. certe *D* ‖ 11. ut arbitramur *H* ‖ 13. meo] M. *I. F. Gronovius* ‖ 19. perficiat quae optineri *H*, *et D ante corr.* ‖ 21. CASSIO *ind. MH*, attico *Ψ* ‖ 22. in scribendo breuiorem *D* ‖ 24. certe *H* ‖ 27. quom] quam *M*, cum *H*, cum iam *D* ‖ 29. et in copiis esse tuis *H* ‖ 30. ut spero *del. Kleyn* (*p.* 17)

X. (427.)

CICERO CASSIO S.

1 Lepidus, tuus adfinis, meus familiaris, pr. K. Quinctiles sen-
tentiis omnibus hostis a senatu iudicatus est ceterique, qui una cum
illo a re p. defecerunt; quibus tamen ad sanitatem redeundi ante
K. Sept. potestas facta est. fortis sane senatus, sed maxime spe
subsidii tui. bellum quidem, cum haec scribebam, sane magnum
erat scelere et levitate Lepidi. nos de Dolabella cotidie, quae vo-
lumus, audimus, sed adhuc sine capite, sine auctore, rumore nuntio.
2 quod cum ita esset, tamen litteris tuis, quas Nonis Mais ex castris
datas acceperamus, ita persuasum erat civitati, ut illum iam op-
pressum omnes arbitrarentur, te autem in Italiam venire cum ex-
ercitu, ut, si haec ex sententia confecta essent, consilio atque aucto-
ritate tua, sin quid forte titubatum, ut fit in bello, exercitu tuo
niteremur: quem quidem ego exercitum quibuscumque potuero re-
bus ornabo; cuius rei tum tempus erit, cum, quid opis rei p. latu-
rus is exercitus sit aut quid iam tulerit, notum esse coeperit; nam
adhuc tantum conatus audiuntur, optimi illi quidem et praeclaris-
simi, sed gesta res exspectatur, quam quidem aut iam esse aliquam
3 aut adpropinquare confido. tua virtute magnitudine animi nihil est
nobilius; itaque optamus, ut quam primum te in Italia videamus:
rem p. nos habere arbitrabimur, si vos habebimus. praeclare vice-
ramus, nisi spoliatum, inermem, fugientem Lepidus recepisset An-
tonium; itaque numquam tanto odio civitati Antonius fuit, quanto
est Lepidus; ille enim ex turbulenta re p., hic ex pace et victoria
bellum excitavit. huic oppositos consules designatos habemus, in
quibus est magna illa quidem spes, sed anceps cura propter incertos
4 exitus proeliorum. persuade tibi igitur, in te et in Bruto tuo esse
omnia, vos exspectari, Brutum quidem iam iamque. quod si, ut
spero, victis hostibus nostris veneritis, tamen auctoritate vestra res
p. exsurget et in aliquo statu tolerabili consistet; sunt enim per-
multa, quibus erit medendum, etiamsi res p. satis esse videbitur
sceleribus hostium liberata. vale.

---

3. quintiles *h. l.* Ψ ‖ 6. spe *HD*, spes *M* ‖ 10. mais *H*, maiis *M*, mai *D* ‖ 15. exercitum *M*, exercitu *H*, excitum *D*[1], '*al.* exercitum' *D*[2] ‖ 15. 16. rebus *HD*, quibus rebus *M* ‖ 16. tunc tempus erit *D*, tunc erit tempus *H* ‖ opis *HD*, opus *M* ‖ 16. 17. laturus is] laturus sis *MD*, laturus sit (*sic*) *H* ‖ 17. exercitus *suspectum Manutio* 20. ⟨et⟩ magnitudine ς ‖ 23. 24. Antonium *del. Cobet* (*Mnemos.* II. 1853. *p.* 422), *iniuria* ‖ 27. quidem *M, om. HD* ‖ 28. tuo *del. Cobet* (*Mnemos.* VIII. 1880. *p.* 191), *iniuria* ‖ 29. iam iamque] *cf. Wölfflin Münchener Sitzungsber.* 1882 I *p.* 470 ‖ 30. tamen *non est cur cum Bootio* ('*obs. crit.*' *p.* 23) *suspectetur*

XI. (366.)

C. CASSIVS PROCOS. S. D. M. CICERONI.

S. v. b. e. e. q. v. in Syriam me profectum esse scito ad L. 1
Murcum et Q. Crispum imp.: viri fortes optimique cives, postea
quam audierunt, quae Romae gererentur, exercitus mihi tradiderunt
ipsique mecum una fortissimo animo rem p. administrant. item
legionem, quam Q. Caecilius Bassus habuit, ad me venisse scito,
quattuorque legiones, quas A. Allienus ex Aegypto eduxit, traditas
ab eo mihi esse scito. nunc te cohortatione non puto indigere, ut 2
nos apsentis remque p., quantum est in te, defendas: scire te volo
firma praesidia vobis senatuique non desse, ut optima spe et maximo animo rem p. defendas. reliqua tecum aget L. Carteius, familiaris meus. vale. d. Nonis Martiis ex castris, Taricheis.

XII. (388.)

CASSIVS PROCOS. S. D. M. CICERONI SVO.

S. v. b. e. e. q. v. legi tuas litteras, in quibus mirificum tuum 1
erga me amorem recognovi; videbaris enim non solum favere nobis — id quod et nostra et rei p. causa semper fecisti —, sed etiam gravem curam suscepisse vehementerque esse de nobis sollicitus. itaque, quod te primum existimare putabam nos oppressa re p. quiescere non posse, deinde, cum suspicarere nos moliri, quod te sollicitum esse et de salute nostra et de rerum eventu putabam, simul ac legiones accepi, quas A. Allienus eduxerat ex Aegypto, scripsi ad te tabellariosque compluris Romam misi; scripsi etiam ad senatum litteras, quas reddi vetui prius quam tibi recitatae essent, si forte mei optemperare mihi voluerint. quod si litterae perlatae non sunt, non dubito, quin Dolabella, qui nefarie Trebonio occiso Asiam occupavit, tabellarios meos deprenderit litterasque
interceperit. exercitus omnis, qui in Syria fuerunt, teneo. habui 2

---

4. et q. *M, et D ex corr.*, atque *HD* ‖ 6. fortissimo animo *M*, fortissime *HD* ‖ 7. quamque cecilius *M* ‖ 8. quattuorque—9. scito *om. D* ‖ 8. duxit *H* ‖ 10. quantum est in te *D*, quantum in te est *H*, quantum est *M*. *cf. ep.* 12, 3 ‖ 11. non desse] non deesse *D*, desse *M*, deesse *H*. adesse *Baiter* ‖ 11. 12. optima spe et maximo animo *M*, optimo et maximo animo *D*, optimo maximoque animo *H* ‖ 12. agat *H* ‖ 13. ualde (*sic*) d. nonis martiis ex castris taricheis *M*, uale dilecte ex castris taricheis *HD*. *de ipso loco v. E. Schürer 'neutestamentl. Zeitgesch.'* I² *p.* 515, 44 ‖ 15. Cassius, *omisso* C., *etiam index MH* ‖ 16. e. e. q. v. *om. H* ‖ 17. recognovi] *cf. Boot ad Cic. ad Att.* VIII, 11 C (*Pomp.*) ‖ 18. nostra et *HD* (*M*¹), nostrae *M* ‖ fecisti semper *H* ‖ 21. cum suspicarere ⟨res novas⟩ nos moliri *H. A. Koch.* (*mus. Rhen.* XII. 1857. *p.* 269), *contra quem v. Klotz praef.*² *p.* LXII ‖ 26. voluerunt *alii* ‖ 27. nefario *HD*

pollulum morae, dum promissa militibus persolvo: nunc iam sum expeditus. a te peto, ut dignitatem meam commendatam tibi habeas, si me intellegis nullum neque periculum neque laborem patriae denegasse, si contra inportunissimos latrones arma cepi te hortante et auctore, si non solum exercitum ad rem p. libertatemque defendendam comparavi, sed etiam crudelissimis tyrannis eripui; quos si occupasset Dolabella, non solum adventu, sed etiam opinione et
3 exspectatione exercitus sui Antonium confirmasset. quas ob res milites tuere, si eos mirifice de re p. meritos esse animadvertis, et effice, ne quem paeniteat rem p. quam spem praedae et rapinarum sequi maluisse. item Murci et Crispi imperatorum dignitatem, quantum est in te, tuere; nam Bassus misere noluit mihi legionem tradere; quod nisi milites invito eo legatos ad me misissent, clausam Apameam tenuisset, quoad vi esset expugnata. haec a te peto non solum rei p., quae tibi semper fuit carissima, sed etiam amicitiae nostrae nomine, quam confido apud te plurimum posse.
4 crede mihi hunc exercitum, quem habeo, senatus atque optimi cuiusque esse maximeque tuum, de cuius voluntate adsidue audiendo mirifice te diligit carumque habet: qui si intellexerit commoda sua curae tibi esse, debere etiam se tibi omnia putabit.

5 litteris scriptis audii Dolabellam in Ciliciam venisse cum suis copiis: proficiscar in Ciliciam. quid egerim, celeriter ut scias, dabo operam; ac velim, ut meremur de re p., sic felices simus. fac valeas meque ames. Nonis Mais ex castris.

XIII. (421.)

C. CASSIVS Q. S. D. M. CICERONI.

1 S. v. b. e. v. cum rei p. vel salute vel victoria gaudemus, tum instauratione tuarum laudum, quod maximus consularis maximum consulem te ipse vicisti, et laetamur et mirari satis non possumus. fatale nescio quid tuae virtuti datum — id quod saepe iam experti

1. pollulum more *M*, pollutum morem *HD*. paululum more *D*^{2} *in mg.* || 5. exercitum *HD*, exercitu *M*. exercitus *alii* || 6. quos *MD*^{2}, quod *HD*^{1} || 8. quas ob res] *cf. Nipperdey-Lupus ad Nep. Con.* 1, 1 || 12. inte etuere *M* || misere *M*, miser *HD* || 18. adsidue *M*, assidue *HD*. *cf. Mommsen* '*r. Staatsr.*' III, 1, *p.* 237, 3 || 20. se tibi *M*, tibi se *HD* || 21. audii] audi *MH*, audiui *D*. *cf. Neue* II^2 *p.* 520 || 24. mais *M*, maiis *HD* || in castris *D* || 26. C. CASSIVS (cassium *M*)] L. CASSIVS *cum Schützio Krauss* ('*Cic. ep. em.*' *p.* 38 *sq.*). *sed Cassius Parmensis cum Drumanno* (II *p.* 153. 162) *et Ruetio* ('*Corresp. Cic.*' *p.* 56) *intellegendus est* || Q. *M et ind. MH, om. HD* || 29. ipsum ipse, *sed* ipsum *del.*, *D* || possimus *M* || 30. id quod Ψ, idque ς. *cf. Becher* '*Sprachgebr. d. Caelius*' *p.* 23 *sq.*

sumus —; est enim tua toga omnium armis felicior, quae nunc quoque nobis paene victam rem p. ex manibus hostium eripuit ac reddidit. nunc ergo vivemus liberi; nunc te, omnium maxime civis et mihi carissime — id quod maximis rei p. tenebris comperisti —, nunc te habebimus testem nostri et in te et in coniunctissimam tibi rem p. amoris, et, quae saepe pollicitus es te et taciturum, dum serviremus, et dicturum de me tum, cum mihi profutura essent, nunc illa non ego quidem dici tantopere desiderabo quam sentiri a te ipso; neque enim omnium iudicio malim me a te commendari quam ipse tuo iudicio digne ac mereor commendatus esse, ut haec novissima nostra facta non subita nec convenientia, sed similia illis cogitationibus, quarum tu testis es, fuisse iudices meque ad optimam spem patriae non minimum tibi ipsi producendum putes. sunt tibi, M. Tulli, liberi propinquique digni quidem te et 2
merito tibi carissimi; esse etiam debent in re p. proxume hos cari, qui studiorum tuorum sunt aemuli, quorum esse cupio tibi copiam; sed tamen non maxima me turba puto excludi, quo minus tibi vacet me excipere et ad omnia, quae velis et probes, producere. animum tibi nostrum fortasse probavimus; ingenium diutina servitus certe, qualecumque est, minus tamen, quam erat, passast videri. nos ex 3
ora maritima Asiae provinciae et ex insulis quas potuimus naves deduximus; dilectum remigum magna contumacia civitatium tamen satis celeriter habuimus; secuti sumus classem Dolabellae, cui L. Figulus praeerat, qui spem saepe transitionis praebendo neque unquam non decedendo novissime Corycum se contulit et clauso portu se tenere coepit; nos illa relicta, quod et in castra pervenire satius esse putabamus et sequebatur classis altera — quam anno priore in Bithynia Tillius Cimber compararat, Turullius quaestor praeerat —, Cyprum petivimus; ibi quae cognovimus, scribere ad vos quam celerrime voluimus. Dolabellam ut Tarsenses, pessimi socii, 4

---

2. uictam rep. *M* ‖ 4. maximis *Graevius*, maxime *Ψ* ‖ 5. habebimus *M*, habemus *HD* ‖ 6. es//, 1—2 *litt. eras.*, *M* ‖ 7. serviremus] seruis eremus *M*, seruis heremus *DH*[2], seruis haberemus *H*[1]. servi essemus *alii* ‖ 8. tanto opere ς ‖ 10. ipse] ipsi *Ernesti*, *non recte* ‖ ac mereor *iniuria a quibusdam suspectata* ‖ 11. nouissime *D* ‖ nec conuenientia (couenientia *M*, *nimis puto antique*)] nec inconu. (*vel* nec disconu.) ς, *non credo iure* ‖ 13. ipsi *om. HD*. ad optimam spem patriae, non minimam tibi ipsi *Boot* ('*obs. crit.*' *p.* 24, *cf. I. F. Gronovius ad h. l.*), *fort. recte* ‖ 15. proxume *HD*, proxime *M* ‖ hos *om. HD* ‖ 16. tibi cupio *HD* ‖ 17. maximam e turba *M* ‖ 17. 18. uacet me tibi *HD* 19. probavimus] probabimus *Ψ* ‖ 20. passa est *HD* ‖ 22. delectum ς ‖ ⟨in⟩ magna *Wesenberg* ‖ ciuitatum *H* ‖ 24. L. Figulus *Schütz*, lucilius *Ψ*. *cf. Appiani b. c.* IV 60 ‖ 25. decedendo] recedendo *I. F. Gronovius*, *fort. recte* ‖ 26. et in *M*, in *HD* ‖ 27. quam *HD*, qui *M* ‖ 28. tillius *M*, tullius *HD* ‖ ⟨cui⟩ Turullius ς. **classis altera, cui — anno priore . . . . compararat — Turullius *Lehmann* (*p.* 120)**

ita Laudiceni multo amentiores ultro arcessierunt; ex quibus utrisque civitatibus Graecorum militum numero speciem exercitus effecit. castra habet ante oppidum Laodiceam posita et partem muri demolitus est et castra oppido coniunxit. Cassius noster cum decem legionibus et cohortibus XX auxiliaris et quattuor millium equitatu a milibus passuum XX castra habet posita Πάλτῳ et existimat se sine proelio posse vincere; nam iam ternis tetrachmis triticum apud Dolabellam est: nisi quid navibus Laudicenorum supportarit, cito fame pereat necesse est; ne supportare possit, et Cassii classis bene magna, cui praeest Sextilius Rufus, et tres, quas nos adduximus, ego, Turullius, Patiscus, facile praestabunt. te volo bene sperare et rem p., ut vos istic expedistis, ita pro nostra parte celeriter nobis expediri posse confidere. vale. d. Idib. Iun. Cypro, †acromamyacride.

XIV. (410.)

LENTVLVS CICERONI SVO S. P. D.

1 Cum Brutum nostrum convenissem eumque tardius in Asiam venturum animadverterem, in Asiam redii, ut reliquias mei laboris colligerem et pecuniam quam primum Romam mitterem. interim cognovi in Lycia esse classem Dolabellae ampliusque centum navis onerarias, in quas exercitus eius imponi posset, idque Dolabellam ea mente comparasse, ut, si Syriae spes eum frustrata esset, conscenderet in navis et Italiam peteret seque cum Antoniis et reliquis latronibus coniungeret: cuius rei tanto in timore fui, ut omnibus rebus relictis cum paucioribus et minoribus navibus ad illas
2 ire conatus sim. quae res, si a Rhodiis non essem interpellatus,

1. Laudiceni *Graevius*, lauidiceni (laui diceni *H*) *Ψ*. Laodiceni *alii* ‖ ex quibus *M*, ultro (*sic*) *HD* ‖ 2. *numerum ante* numero *excidisse putavit Orelli* 3. laodiceam *M*, laudiceam *HD* ‖ 5. auxiliaris *M*, -iis *HD* ‖ millium *M*, milium *HD* ‖ 6. *Πάλτῳ*] *ΠΑΛΤΩΙ M*, *ΠΑΝΤΩΙ H*, *ΠΑΜΤΩΙ D*. *Πάλτῳ potest defendi* (*cf. Krueger gr. Gr.* 46, 1, 4), *potest item suscipi Manutii Παλτοῖ. ἐν Πάλτῳ aut ad Πάλτω* (*sic*) *Wesenberg. de ipso loco v. C. Müller ad geogr. Gr. min.* I *p.* 473 ‖ 7. tetracmhmis, m *exp.* M^r, *M*, tetrachinis *D*, te trachiis *H*. tetradrachmis ς. *de forma illa v. Hultsch metrol. script.* II *p.* 220. 259, *Liv.* XXXIV, 52, 6. *Dittenberger syll. inscr. Gr.* 367, 14. 40. 215 ‖ 8. est. ninisi *M* laudicenorum (laudi cenorum *H*) *Ψ*, Laodicenorum *alii* ‖ 9. possit] posset *Ψ* ‖ 11. turullius *M*, tululius *D*, tullius *H* ‖ te volo] et uolo *Ψ* ‖ 12. ut vos] et uos *Ψ* ‖ celeriter] celeriter iter *Ψ* ‖ 13. nobis] ⟨a⟩ nobis *alii. cf. Tillmann act. sem. Erlang.* II. 1881. *p.* 77 *sq. ceterum* expediri nobis *HD* ‖ 13. 14. acromamyacride (ac roma myacride *HD*)] *qua forma nominis* (*cf. C. Müller l. c. p.* 486) *usus sit Cassius incertum.* a Crommyoacride *Wesenberg*, a Crommyuacride *alii* ‖ 16. *de P. Lentuli genere dicendi accurate disseruit A. Köhler 'über d. Sprache d. Briefe d. P. Cornelius Lentulus Spinther' progr. Norimberg.* 1890 ‖ 22. frutrata, s *a* M^c, *M*, frustata *H* ‖ 23. seque *ex* sique M^c

fortasse tota sublata esset, tamen magna ex parte profligata est, quoniam quidem classis dissipatast adventus nostri timore, milites ducesque effugerunt, onerariae omnes ad unam a nobis sunt exceptae. certe — quod maxime timui — videor esse consecutus, ut non possit Dolabella in Italiam pervenire nec suis sociis firmatis durius vobis efficere negotium. Rhodii nos et rem p. quam valde desperaverint, 3 ex litteris, quas publice misi, cognosces. et quidem multo parcius scripsi, quam revera furere eos inveni: quod vero aliquid de eis scripsi, mirari noli: mirast eorum amentia. †nec me meae ullae privatim iniuriae umquam: malus animus eorum in nostra salute, cupiditas partium aliarum, perseverantia in contemptione optumi cuiusque ferenda mihi non fuit. nec tamen omnis perditos esse puto; sed idem illi, qui tum fugientem patrem meum, qui L. Lentulum, qui Pompeium, qui ceteros viros clarissimos non receperunt, idem tamquam aliquo fato et nunc aut magistratum gerunt aut eos, qui sunt in magistratu, in sua habent potestate: itaque eadem superbia in pravitate utuntur; quorum improbitatem aliquando retundi et non pati impunitate augeri non solum utilest rei p. nostrae, sed etiam necessarium. de nostra dignitate, velim tibi, ut semper, 4 curae sit et, quocumque tempore occasionem habueris, et in senatu et ceteris rebus laudi nostrae suffragere. quoniam consulibus decreta est Asia et permissum est eis, ut, dum ipsi venirent, darent negotium, qui Asiam optineant, rogo te, petas ab eis, ut hanc dignitatem potissimum nobis tribuant et mihi dent negotium, ut Asiam optineam, dum ipsorum alteruter venit; nam, quod hoc properent in magistratu venire aut exercitum mittere, causam non habent: Dolabella enim in Syria est, et, ut tu divina tua mente prospexisti et praedicasti, dum isti veniunt, Cassius eum opprimet; exclusus

2. dissipata est *HD* ‖ 5. nobis *H* ‖ 6. rodii *h. l.* *Ψ* ‖ quam valde spreverint *Kleyn* (*p.* 48), *quod, etiamsi probent Boot* ('*obs. crit.*' *p.* 24) *et Köhler* (*p.* 18, 1), *necessarium non videtur* ‖ 8. quam revera — 9. scripsi *HD* (*praeterea Cratander, cod. Paris.* 7783 *et* 14761, *Canonic.* 210, *alii*), *om. M* ‖ 8. eos *om. H* eos furere *hab. hoc ordine Canonic.* 210 ‖ de eis] de his *HD* ‖ 9. mira est *HD* nec me meae *MH*, nec memet *D*, nec meae *alii* ‖ 9. 10. mouerunt *a m. quad. rec. adscriptum in M*, *unde* nec ⟨moverunt⟩ me meae *Wesenberg.* umquam ⟨pepulerunt⟩ *Köhler* (*p.* 23). *mihi in ipso v.* umquam *latere videtur* movendi *verbum* 10. in nostram salutem *alii. cf. Köhler l. c.* ‖ 11. optumi *HD*, optimi *M* ‖ 12. mihi *om. D* ‖ tamen *M*, tam *D*, *et H sed cum ras. sup.* m ‖ esse | esse, *pr. exp. M*[c], *M* ‖ 16. potestate habent *D* ‖ 18. pati *ex* putati *M*[c], putari *HD*. pari *Bengel, fort. recte* ‖ utile est *HD* ‖ 20. habueri (*sic*) et in *M*, habuerit in *HD* 21. ceteris ⟨in⟩ rebus *alii. cf. Köhler p.* 26 ‖ 22. eis] his *Ψ*, iis *ς* ‖ 23. asiam *M*, si iam *H*, si asiam *D* ‖ optineant] obtineat *Cobet* (*Mnemos.* VIII. 1880. *p.* 191), *inutiliter*, *nec magis commendandum Kayseri* obtinerent. *cf. Köhler p.* 31 ‖ eis] his *Ψ*, iis *ς* ‖ 24. et mihi *M*, ut mihi *HD* ‖ 25. venit] venerit *Ernesti*, veniat *Wesenberg. cf. Köhler l. c.* ‖ hoc *Ψ*, huc *ς* ‖ 26. in magistratu *D*, imagistratu *M*, in magistratum *H*

enim ab Antiochia Dolabella et in oppugnando male acceptus, nulla alia confisus urbe, Laodiceam, quae est in Syria ad mare, se contulit: ibi spero celeriter eum poenas daturum; nam neque, quo refugiat, habet neque diutius ibi poterit tantum exercitum Cassii sustinere: spero etiam confectum esse iam et oppressum Dolabellam.

5 quare non puto Pansam et Hirtium in consulatu properaturos in provincias exire, sed Romae acturos consulatum: itaque, si ab eis petieris, ut interea nobis procurationem Asiae dent, spero te posse impetrare. praeterea mihi promiserunt Pansa et Hirtius coram et apsenti mihi scripserunt Verrioque nostro Pansa adfirmavit se daturum operam, ne in suo consulatu mihi succedatur. ego porro non medius fidius cupiditate provinciae produci longius spatium mihi volo; nam mihi fuit ista provincia plena laboris, periculi, detrimenti, quae ego ne frustra subierim nive, prius quam reliquias meae diligentiae consequar, decedere cogar, valde laboro; nam, si potuissem, quam exegeram pecuniam, universam mittere, postularem, ut mihi succederetur: nunc, quod Cassio dedi, quod Trebonii morte amisimus, quod etiam crudelitate Dolabellae aut perfidia eorum, qui fidem mihi reique publicae non praestiterunt, id consequi et reficere volo, quod aliter non potest fieri, nisi spatium habuero: id

6 ut per te consequar, velim, ut solet, tibi curae sit. ego me de re p. puto esse meritum, ut non provinciae istius beneficium exspectare debeam, sed tantum, quantum Cassius et Bruti, non solum illius facti periculique societate, sed etiam huius temporis studio et virtute; primus enim ego leges Antonias fregi, primus equitatum Dolabellae ad rem p. traduxi Cassioque tradidi, primus dilectus habui pro salute omnium contra coniurationem sceleratissimam, solus Cassio et rei p. Syriam exercitusque, qui ibi erant, coniunxi, nam, nisi ego tantam pecuniam tantaque praesidia et tam celeriter Cassio dedissem, ne ausus quidem esset ire in Syriam, et nunc non minora pericula rei p. a Dolabella instarent quam ab Antonio.

7 atque haec omnia is feci, qui sodalis et familiarissimus Dolabellae eram, coniunctissimus sanguine Antoniis, provinciam quoque illorum beneficio habebam, sed *πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν* omnibus meis

---

1. antiochia *H*, anthiocia *M*, anthiochia *D*. Antiochea *alii* ‖ pugnando H^1 ‖ 2. confessus *M* ‖ laodiceam *M*, laudiceam *HD* ‖ 4. poterit ibi *H* ‖ 5. spero etiam iam confectum esse et *HD* ‖ Dolabellam *a multis deletum tenui cum Köhlero* (*p.* 13) ‖ 7. acturos *M*, peracturos *HD quod potest defendi* ‖ eis] his *Ψ*, iis ς ‖ 9. coram] horam *Ψ* ‖ 11. opera *M* ‖ 14. niue *M*, neue *HD*. *cf. Ritschl opusc.* II *p.* 622 *sq.* ‖ reliquias] reliquiae *Ψ* ‖ 15. meae diligentiam *HD* ‖ 18. perdia *M* (perfidia M^r) ‖ 20. nisi] nisi ⟨si⟩ *Ernesti. cf. Krebs-Schmalz 'Antibarbari' t.* I^6 *p.* 539 ‖ 21. *pr.* ut *om.* *H* ‖ 22. meritum esse *H* ‖ 23. brutus *D* ‖ 26. dilectus *Ψ*, delectus ς ‖ 32. omnia *om.* *D* ‖ 34. *πατρίδα* (*πατρίδ' Klotz*) *cet.*]

bellum primus indixi. haec etsi adhuc non magno opere mihi tulisse fructum animadverto, tamen non despero nec defetigabor permanere non solum in studio libertatis, sed etiam in labore et periculis. ac tamen, si etiam aliqua gloria iusta et merita provocabimur senatus et optimi cuiusque officiis, maiore cum auctoritate apud ceteros erimus et eo plus prodesse rei p. poterimus. filium 8 tuum, ad Brutum cum veni, videre non potui ideo, quod iam in hiberna cum equitibus erat profectus, sed medius fidius ea esse eum opinione et tua et ipsius et in primis mea causa gaudeo; fratris enim loco mihi est, qui ex te natus teque dignus est. vale. d. IIII K. Iun. Pergae.

XV. (411.)

P. LENTVLVS P. F. PROQ. PROPR. S. D. COS. PR. TR. PL. SENATVI POPVLO PLEBIQVE ROMANAE.

S. v. l. v. v. b. e. v. scelere Dolabellae oppressa Asia in pro- 1 ximam provinciam Macedoniam praesidiaque rei p., quae M. Brutus, v. c., tenebat, me contuli et id egi, ut, per quos celerrime possent, Asia provincia vectigaliaque in vestram potestatem redigerentur: quod cum pertimuisset Dolabella vastata provincia, correptis vectigalibus, praecipue civibus Romanis omnibus crudelissime denudatis ac divenditis, celeriusque Asia excessisset, quam eo praesidium adduci potuisset, diutius morari aut exspectare praesidium non necesse habui et quam primum ad meum officium revertendum mihi esse existimavi, ut et reliqua vectigalia exigerem et quam deposui pecuniam colligerem, quicquid ex ea correptum esset aut quorum id culpa accidisset, cognoscerem quam primum et vos de omni re facerem certiores. interim cum per insulas in Asiam naviganti 2 mihi nuntiatum esset classem Dolabellae in Lycia esse Rhodiosque navis conpluris instructas et paratas in aqua habere, cum eis navibus, quas aut mecum adduxeram aut comparaverat Patiscus proq.,

---

*Nauck fr. trag. Gr.*² *p.* 918 ‖ 1. ind(i)uxi, i *a m.* 1, *D*, induxi *MH* ‖ etsi adhuc non magno opere] magnopere *H*) *MH*, etsi non adhuc magnopere *D* ‖ 2. defetigabor *M*¹, defatigabor *M*ᶜ*HD*. *de ipsa constructione cf. Köhler p.* 35 ‖ 4. ac tamen *Wesenberg*, adtamen *M*, attamen *HD* ‖ 5. cum *om. D* ‖ 7. ideo quod *M*, ideoque *HD* ‖ 7. 8. in hiberna] *cf. Gurlitt Philol. suppl.* IV. 1883. *p.* 561 ‖ 10. enim mihi loco est *H* ‖ K. *Ψ*, Non. *Stroth. cf. Ruete 'Corresp. Cic.' p.* 54 ‖ 11. pergae *M*, pergas *HD*, Perga *Orelli. cf. Kohler p.* 26 ‖ 13. PROQ. PROPR.] *cf. Mommsen 'r. Staatsr.'* I³ *p.* 683. 693 ‖ cos. *D*, coss. *H*, conss. *M* ‖ 15. l. v.] l. q. v. *Lambinus, bene* ‖ b. e. v. *MH*, b. e. e. q. v. *D* ‖ 19. uastata *ex* uestata, *ut vid.*, *M*ᶜ. vastataque .... 21. celerius *Wesenberg*, ‹et› vastata .... celerius *alii*, *praeter necessitatem puto* ‖ 20. omnibus *M*, *om. HD* ‖ 21. divenditis] divexatis *Lambinus* 25. quicquid] quidque *Wesenberg*, *iniuria* ‖ 27. certioris *M* ‖ 28. esset *HD*, est *M* ‖ 29. instructa *M* ‖ eis] his *Ψ*, iis ς

homo mihi cum familiaritate, tum etiam sensibus in re p. coniunctissimus, Rhodum deverti confisus auctoritate vestra senatusque consulto, quo hostem Dolabellam iudicaratis, foedere quoque, quod cum eis M. Marcello Ser. Sulpicio ⟨cos.⟩ renovatum erat, quo iuraverant Rhodii eosdem hostes se habituros, quos senatus populusque R.: quae res nos vehementer fefellit; tantum enim afuit, ut illorum praesidio nostram firmaremus classem, ut etiam a Rhodiis urbe, portu, statione, quae extra urbem est, commeatu, aqua denique prohiberentur nostri milites, nos vix ipsi singulis cum navigiolis reciperemur. † quam indignitatem deminutionemque maiestatis non solum iuris nostri, sed etiam imperii populique Romani idcirco tulimus, quod interceptis litteris cognoramus Dolabellam, si desperasset de Syria Aegyptoque, quod necesse erat fieri, in navis cum omnibus suis latronibus atque omni pecunia conscendere esse paratum Italiamque petere; idcirco etiam naves onerarias, quarum minor nulla erat duum milium amphorum, contractas in Lycia a

3 classe eius opsideri. huius rei timore, p. c., percitus iniurias perpeti et cum contumelia etiam nostra omnia prius experiri malui: itaque ad illorum voluntatem introductus in urbem et in senatum eorum quam diligentissime potui causam rei p. egi periculumque omne, quod instaret, si ille latro cum suis omnibus navis conscendisset, exposui; Rhodios autem tanta in pravitate animadverti, ut omnes firmiores putarent quam bonos, ut hanc concordiam et conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propense non crederent esse factam, ut patientiam senatus et optimi cuiusque manere etiam nunc confiderent nec potuisse audere quemquam Dolabellam hostem iudicare, ut denique omnia, quae improbi fingebant, magis vera existimarent, quam quae vere facta erant et a

4 nobis docebantur. qua mente etiam ante nostrum adventum post Trebonii indignissimam caedem ceteraque tot tamque nefaria facinora binae profectae erant ad Dolabellam legationes eorum, et quidem novo exemplo, contra leges ipsorum, prohibentibus eis, qui tum magistratus gerebant. † haec sive timore, ut dictitant, de agris,

1. sensibus ς, senibus *MH*, a senibus *D* ‖ 2. rhodium *D*, rodium *H* ‖ deverti *Wesenberg*, reuerti *Ψ* ‖ 3. iudicar^a^etis, a *a m.* 1, *H* ‖ 4. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ cos. *om.* *Ψ* ‖ quo *M*, quod *HD* ‖ 10. diminutionemque *HD*. *proxima turbata:* d. non solum iuris nostri, sed etiam maiestatis imperiique populi Romani *post alios Ernesti, fort. recte. traditum verborum ordinem retinuit Orelli et* populi[que] *scripsit* ‖ 11. nostri *HD*, nostris *M* ‖ 13. aegyptioque *M* ‖ 16. minor nulla *M*, nulla minor *HD* ‖ amphorum] *cf. Köhler l. c. p.* 15 ‖ 19. et senatum *H*[1] ‖ 23. omnes] latrones *C. F. W. Müller* (*Philol.* XIX *p.* 326) ‖ 26. etiannunc *M. cf. Vel. Long. GLK.* VII *p.* 78, 19 ‖ 31. binae//, 1—2 *litt. ras.*, *M* ‖ 32. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ 32. 33. qui tum (cum *H*) magistratus gerebant] *i. e. qui*

quos in continenti habent, sive furore, sive patientia paucorum, qui et antea pari contumelia viros clarissimos adfecerant et nunc maximos magistratus gerentes, nullo exemplo neque nostra ex parte neque nostro praesentium neque imminenti Italiae urbique nostrae periculo, si ille parricida cum suis latronibus navibus ex Asia Syriaque expulsus Italiam petisset, mederi, cum facile possent, noluerunt. nonnullis etiam ipsi magistratus veniebant in suspicionem 5 detinuisse nos et demorati esse, dum classis Dolabellae certior fieret de adventu nostro; quam suspicionem consecutae res aliquot auxerunt, maxime quod subito ex Lycia Sex. Marius et C. Titius, legati Dolabellae, a classe discesserunt navique longa profugerunt onerariis relictis, in quibus colligendis non minimum temporis laborisque consumpserant. itaque, cum ab Rhodo cum eis, quas habueramus, navibus in Lyciam venissemus, navis onerarias recepimus dominisque restituimus, idemque, quod maxime verebamur, ne posset Dolabella cum suis latronibus in Italiam venire, timere desiimus: classem fugientem persecuti sumus usque Sidam, quae extrema regio est provinciae meae. ibi cognovi partem navium Dolabellae diffugisse, 6 reliquas Syriam Cyprumque petisse: quibus disiectis, cum

tum prytanes erant. significantur autem sex prioris anni partis prytanes, i. e. ei qui summum magistratum inde a Thesmophorio (Octobri) mense a. 44 usque ad Artemisium (Martium) mensem a. 43 gesserant. Rhodiorum enim annus coepit ab aequinoctio autumnali (v. Bischoff Leipz. Stud. VII. 1884. *p.* 368. 383, *A. Mommsen in Bursiani Iahresber.* 1889 III *p.* 425 *sq.*), *Trebonii autem caedes 'intra finem anni vertentis' facta erat* (*Cic. Phil.* XIII, 10, 22), *i. e. m. Februario a.* 43. *missae autem erant legationes illae a senatu Rhodiorum, idque praeter ius: prytanibus enim, non senatui res exterae administrandae erant* ‖ haec cet.] *corrupta. scripserim:* hic (*cum Orellio*[1], *vel etiam* nunc) sive . . . . potentia (*hoc cum Egnatio*) . . . . et nunc maximos magistratus gerunt (*hoc cum Madvigio*), **nullo exemplo [neque] nostra ex parte neque . . . . voluerunt** (*hoc cum* ς). 'pauci, qui . . . . et nunc maximos magistratus gerunt' *sunt novi prytanes sex qui inde a Sminthio (Aprili) mense a.* 43 *per semestre spatium summum magistratum gerebant. casu autem acciderat ut ex parte saltem eidem tum essent homines qui a.* 48 *summo magistratu functi erant Pompeiumque iniuria adfecerant* (*ep.* 14, 3). *v. quae de toto loco exposui ann. phil.* 1891 *p.* 345 *sq. coniecerunt Wesenberg:* **hic . . . . sive potentia . . . . affecerant [et nunc max. mag. gerentes]**, nullo exemplo neque nostra ex parte ⟨lacessiti⟩ (*vel* ⟨provocati⟩) neque nostro . . . voluerunt; *Madvig* ('*adv. crit.*' II *p.* 234): ac . . . sive impotentia (*cum* ς) . . . . max. mag. gerunt, nullo exemplo neque nos accipere portu **neque nostro . . . voluerunt**; *Lehmann* (*p.* **117** *sq.*): **hac** (*sc.* **mente**) . . . . sive patientia . . . et nunc maximos magistratus gerentes nullo exemplo neque nostra ex parte ⟨neque ipsorum contemnunt *vel sim.*⟩, neque nostro . . . voluerunt timorem *M* ‖ de agris, quos in continenti habent] *cf. bull. de corr. hell.* X *p.* 245 *sq.* ‖ 7. ipsi magistratus] *priore in enuntiato de senatu sermo fuerat* ('noluerunt', *i. e. Rhodiorum* βουλευταί), *nunc ad quorundam de ipsis prytanibus suspicionem transit. fallitur Lehmann p.* 118 ‖ 8. detenuisse *MH* ‖ demorati *M*, demoratos (*ex* -tus *H*[1]) *HD*. *cf. Köhler p.* 34 ‖ 13. consumpserunt Ψ eis] his *HD*, iis ς, *om. M* ‖ 14. naues *h. l. M* ‖ 17. sumus *M*, fuimus *HD* usque *MD*, usque ad, *sed* ad *eraso*, *H*. *cf. Wölfflin 'Arch. f. lat. Lexicogr.'* IV *p.* **52** *sq.* ‖ **19. reliquias** *D* ‖ **19.** *p.* **322, 1 cum iscirem** *M*

scirem C. Cassii, singularis civis et ducis, classem maximam fore praesto in Syria, ad meum officium reverti, daboque operam, ut meum studium diligentiam vobis, p. c., reique p. praestem, pecuniamque quam maximam potero et quam celerrime cogam omnibusque rationibus ad vos mittam. si percurrero provinciam et cognovero, qui nobis et rei p. fidem praestiterunt in conservanda pecunia a me deposita, quique scelere ultro deferentes pecuniam publicam hoc munere societatem facinorum cum Dolabella inierunt, faciam vos certiores. de quibus, si vobis videbitur, si, ut meriti sunt, graviter constitueritis nosque vestra auctoritate firmaveritis, facilius et reliqua exigere vectigalia et exacta servare poterimus. interea quo commodius vectigalia tueri provinciamque ab iniuria defendere possim, praesidium voluntarium necessariumque comparavi.

7 his litteris scriptis milites circiter XXX, quos Dolabella ex Asia conscripserat, ex Syria fugientes in Pamphyliam venerunt: hi nuntiaverunt Dolabellam Antiocheam, quae in Syria est, venisse; non receptum conatum esse aliquotiens vi introire; repulsum semper esse cum magno suo detrimento; itaque DC circiter amissis, aegris relictis noctu Antiochea profugisse Laodiceam versus; ea nocte omnes fere Asiaticos milites ab eo discessisse; ex his ad octingentos Antiocheam redisse et se eis tradidisse, qui a Cassio relicti urbi illi praeerant, ceteros per Amanum in Ciliciam descendisse, quo ex numero se quoque esse dicebant; Cassium autem cum suis omnibus copiis nuntiatum esse quadridui iter Laodicea afuisse tum, cum Dolabella eo tenderet; quamobrem opinione celerius confido sceleratissimum latronem poenas daturum. IIII N. Iun. Pergae.

XVI. (329.)

TREBONIVS CICERONI S.

1 S. v. b. Athenas veni a. d. XI K. Iun. atque ibi, quod maxime optabam, vidi filium tuum, deditum optumis studiis summaque

1. classem *HD*, clas *M* ‖ 3. studium diligentiam *M*, st. et dil. *HD*. st. fidem dil. *coni. Köhler* (*p.* 20), *iniuria* ‖ 4. 5. omnibusque ⟨cum⟩ rationibus ς, *estque sane mirus nudus ablativus* ‖ 6. praestiterint *et* 8. inierint *Wesenberg. cf. Köhler p.* 32 ‖ 7. scelere] scelerate *Lambinus* ‖ 10. constitueretis *M* ‖ 13. possim] *cf. Köhler p.* 32 ‖ 15. ex Syria] et syria Ψ, e syria ς ‖ pamphiliam (panph. *HD*) Ψ ‖ hi] ii ς ‖ 16. antiochiam *HD*. *et sic porro* ‖ 17. ui introire *M*, ut introiret *HD* ‖ 18. itaque d. c. *HD*, itaque c. *M*. ita DC *Wesenberg* 19. ⟨ab⟩ Antiochea *olim* (*'em. prior.' p.* 62) *Wesenberg* ‖ laodicheam (*sic*) *M*, laudiceam *HD* ‖ 21. eis] his Ψ, iis ς ‖ 22. per Amanum] per manum *MHD*[2], per mare *D*[1] ‖ 24. quadridui *M*, quatridui *HD* ‖ laodicea afuisse *M*, laudicia (-ea *D*) fuisse *HD*. ⟨a⟩ Laodicea afuisse *alii* ‖ 25. tenderet] contenderet *dubitanter Köhler* (*p.* 42) ‖ 26. Perga *Orelli* ‖ 29. b. *MH*, b. e. *D* ‖ 30. optumis *HD*, optimis *M*

modestiae fama: qua ex re quantam voluptatem ceperim, scire potes etiam me tacente: non enim nescis, quanti te faciam et quam pro nostro veterrimo verissimoque amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modo tanto bono gaudeam. noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare: nihil adulescente tuo atque adeo nostro — nihil enim mihi a te potest esse seiunctum — aut amabilius omnibus eis, qui Athenis sunt, est aut studiosius earum artium, quas tu maxime amas, hoc est optimarum. itaque tibi, quod vere facere possum, libenter quoque gratulor nec minus etiam nobis, quod eum, quem necesse erat diligere, qualiscumque esset, talem habemus, ut lubenter quoque diligamus. qui cum mihi in sermone iniecisset se 2
velle Asiam visere, non modo invitatus, sed etiam rogatus est a me, ut id potissimum nobis optinentibus provinciam faceret; cui nos et caritate et amore tuum officium praestaturos non debes dubitare. illud quoque erit nobis curae, ut Cratippus una cum eo sit, ne putes in Asia feriatum illum ab eis studiis, in quae tua cohortatione incitatur, futurum: nam illum paratum, ut video, et ingressum pleno gradu cohortari non intermittemus, quo in dies longius discendo exercendoque se procedat. vos quid ageretis in 3
re p., cum has litteras dabam, non sciebam: audiebam quaedam turbulenta, quae scilicet cupio esse falsa, ut aliquando otiosa libertate fruamur; quod vel minime mihi adhuc contigit. ego tamen nactus in navigatione nostra pusillum laxamenti concinnavi tibi munusculum ex instituto meo, et dictum cum magno nostro honore a te dictum conclusi et tibi infra subscripsi: in quibus versiculis si tibi quibusdam verbis εὐθυρρημονέστερος videbor, turpitudo personae eius, in quam liberius invehimur, nos vindicabit; ignosces etiam iracundiae nostrae, quae iustast in eiusmodi et homines et cives; deinde qui magis hoc Lucilio licuerit adsumere libertatis quam nobis? cum, etiamsi odio pari fuerit in eos, quos laesit, tamen certe non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret. tu, sicut mihi pollicitus es, adiunges me quam primum 4
ad tuos sermones: namque illud non dubito, quin, si quid de interitu Caesaris scribas, non patiaris me minimam partem et rei et amoris tui ferre. vale et matrem meosque tibi commendatos habe. d. VIII K. Iun. Athenis.

3. etiam *HD*, et tam *M* ‖ 5. adulescenti *HD* ‖ 6. aut *om.* *H*^{1} ‖ 6. 7. omnibus eis] omnibus his *M*, his omnibus *HD*, o. iis ς ‖ 8. facere uere *H* ‖ 9. libenter *Ψ*, lubenter ς ‖ 10. deligere *M* ‖ 11. libenter *HD* ‖ 14. officium *om.* *H* ‖ 15. gratippus *Ψ* ‖ 16. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ 26. εὐθυρημονεστερος *M*. *HD quoque corrupti* 28. iustast *M*, iusta est *HD* ‖ 29. qui magis *M*, cui magis *HD* ‖ 30. pari *Lambinus*, par *Ψ* ‖ 32. sicut pollicitus es mihi *HD* ‖ 33. nam *D*

XVII. (224.)

CICERO S. D. CORNIFICIO COLLEGAE.

1 Grata mihi vehementer est memoria nostri tua, quam signifi-
casti litteris; quam ut conserves, non quo de tua constantia dubitem,
sed quia mos est ita rogandi, rogo. ex Syria nobis tumultuosiora
quaedam nuntiata sunt, quae, quia tibi sunt propiora quam nobis,
tua me causa magis movent quam mea. Romae summum otium
est, sed ita, ut malis salubre aliquod et honestum negotium: quod
2 spero fore; video id curae esse Caesari. me scito, dum tu apsis,
quasi occasionem quandam et licentiam nactum scribere audacius,
et cetera quidem fortasse, quae etiam tu concederes, sed proxime
scripsi de optimo genere dicendi, in quo saepe suspicatus sum te
a iudicio nostro, sic scilicet, ut doctum hominem ab non indocto,
paulum dissidere: huic tu libro maxime velim ex animo, si minus,
gratiae causa suffragere. dicam tuis, ut eum, si velint, describant
ad teque mittant; puto enim, etiamsi rem minus probabis, tamen
in ista solitudine, quicquid a me profectum sit, iucundum tibi fore.
3 quod mihi existimationem tuam dignitatemque commendas, facis tu
quidem omnium more, sed velim sic existimes, me cum amori, quem
inter nos mutuum esse intellegam, plurimum tribuam, tum de summo
ingenio et de studiis tuis optimis et de spe amplissimae dignitatis
ita iudicare, ut neminem tibi anteponam, comparem paucos.

XVIII. (227.)

CICERO S. D. CORNIFICIO COLLEGAE.

1 Quod extremum fuit in ea epistula, quam a te proxime accepi, ad id primum respondebo; animum advorti enim hoc vos magnos oratores facere nonnumquam: epistulas requiris meas; ego autem numquam, cum mihi denuntiatum esset a tuis ire aliquem, non dedi. quod mihi videor ex tuis litteris intellegere, te nihil commissurum esse temere nec ante, quam scisses, quo iste nescio qui Caecilius Bassus erumperet, quicquam certi constituturum, id ego

2. carnificio *H. et sic porro* ‖ 6. tibi sunt *M*, sunt tibi *HD* ‖ 8. et honestum *HD*, exhonestum *M* ‖ 9. curae esse Caesari. me scito] curae esse caesa. me cito *M*, curae esse caesari merito *HD* ‖ abes *Lambinus* ‖ 13. a iudicio *M*, iudicio *HD* ‖ 15. suffragere *M*, suffragare *HD* ‖ 16. probabis] probaris *Ernesti. cf. C. F. W. Müller Cic. op.* II, 1 *ad p.* 71, 1 ‖ 17. sit] est *Wesenberg* ‖ 19. me cum amori *D*, me cum amore *H*, mecum mori *M* ‖ 20. intelligo ς ‖ tribuam] tribuere *Lambinus* ‖ 26. respondeo *H* ‖ animum (-mo *H*) aduerti *HD* ‖ vos *del. A. Cima (riv. di filol. class.* XVI. 1888. *p.* 302), *iniuria* ‖ 28. esset] est *Wesenberg* ‖ 30. scires *H*

et speraram prudentia tua fretus et ut confiderem fecerunt tuae gratissimae mihi litterae. idque ut facias quam saepissime, ut et quid tu agas et quid agatur scire possim et etiam quid acturus sis, valde te rogo. etsi periniquo patiebar animo te a me digredi, tamen eo tempore me consolabar, quod et in summum otium te ire arbitrabar et ab impendentibus magnis negotiis discedere: utrumque 2
contra accidit; istic enim bellum est exortum, hic pax consecuta, sed tamen eiusmodi pax, in qua, si adesses, multa te non delectarent, ea tamen, quae ne ipsum Caesarem quidem delectant: bellorum enim civilium ei semper exitus sunt, ut non ea solum fiant, quae velit victor, sed etiam, ut eis mos gerendus sit, quibus adiutoribus sit parta victoria. equidem sic iam obdurui, ut ludis Caesaris nostri animo aequissimo viderem T. Plancum, audirem Laberii et Publilii poemata. nihil mihi tam desse scito quam quicum haec familiariter docteque rideam: is tu eris, si quam primum veneris: quod ut facias, non mea solum, sed etiam tua interesse arbitror.

XIX. (245.)

CICERO CORNIFICIO S.

Libentissime legi tuas litteras, in quibus iucundissimum mihi 1
fuit, quod cognovi meas tibi redditas esse: non enim dubitabam, quin eas lubenter lecturus esses, verebar, ut redderentur. bellum, quod est in Syria, Syriamque provinciam tibi tributam esse a Caesare ex tuis litteris cognovi: eandem rem tibi volo bene et feliciter evenire; quod ita fore confido fretus et industria et prudentia tua. sed, de Parthici belli suspicione quod scribis, sane 2
me commovit; quid enim copiarum haberes, cum ipse coniectura consequi poteram, tum ex tuis litteris cognovi: itaque opto, ne se illa gens moveat hoc tempore, dum ad te legiones eae perducantur, quas audio duci; quod si paris copias ad confligendum non habebis, non te fugiet uti consilio M. Bibuli, qui se oppido munitissimo et copiosissimo tamdiu tenuit, quamdiu in provincia Parthi fuerunt.

1. *pr.* et *om.* *D* ‖ 1. 2. tuae gratissimae litterae mihi *HD* ‖ 2. ut facias *M*, ut feceras *HD* ‖ 5. tempore *del. Cobet* (*Mnemos.* VIII. 1880. *p.* 192), *iniuria* ‖ et in *MD*, in *H* ‖ 6. impedentibus *M* ‖ 7. pax est consecuta *D* ‖ 9. ne *M*, nec ***HD*** ‖ 10. ei] hi ***Ψ***, ii ***ς*** ‖ 11. eis] his ***Ψ***, iis ***ς*** ‖ 12. ludos ***D***, ***et fort. H***[1] ‖ 14. Publilii *Sillig et Wölfflin*, publii *Ψ*. *cf.* *W. Meyer Publilii Syri* (*Lips.* 1880) *p.* 1 *sq.* ‖ deesse *HD* ‖ 21. lubenter *M*, libenter *HD* ‖ 22. tributam] *incipit fragmentum Heilbronnense, cf. Finckh ann. phil.* LXXV. 1857. *p.* 725 *sq.* (*L*) ‖ 23. eandem *HDL*, eadem *M*. eam *vel* eam quidem *alii, placetque* eam ‖ bene] et bene *L* ‖ 26. quid enim copiarum *HD*, quantum copiarum *L*, copiarum *M* ‖ 27. ex litteris tuis *H* ‖ ita opto *L* ‖ 28. eae] hae *ΨL* ‖ 29. fugiet //, 2 *litt. ras.*, ***M*** ‖ 31. pharti ***M***

3 sed haec melius ex re et ex tempore constitues: mihi quidem usque curae erit, quid agas, dum, quid egeris, sciero. litteras ad te numquam habui cui darem, quin dederim: a te, ut idem facias, peto, in primisque ut ita ad tuos scribas, ut me tuum sciant esse.

XX. (201.)

CICERO CORNIFICIO.

Gratae mihi tuae litterae, nisi quod Sinuessanum deversoriolum contempsisti; quam quidem contumeliam villa pusilla iniquo animo feret, nisi in Cumano et Pompeiano reddideris *πάντα περὶ πάντων*. sic igitur facies meque amabis et scripto aliquo lacesses; ego enim respondere facilius possum quam provocare. quod si, ut es, cessabis, lacessam, nec tua ignavia etiam inertiam adferet. plura otiosus; haec, cum essem in senatu, exaravi.

XXI. (320.)

CICERO CORNIFICIO.

C. Anicius, familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus, negotiorum suorum causa legatus est in Africam legatione libera: eum velim rebus omnibus adiues operamque des, ut quam commodissime sua negotia conficiat, in primisque, quod ei carissimum est, dignitatem eius tibi commendo, idque a te peto, quod ipse in provincia facere sum solitus non rogatus, ut omnibus senatoribus lictores darem; quod idem acceperam et id cognoveram a summis viris factitatum. hoc igitur, mi Cornifici, facies ceterisque rebus omnibus eius dignitati reique, si me amas, consules: erit id mihi gratissimum. da operam, ut valeas.

1. haec ⟨tu⟩ melius *Wesenberg* ‖ usque] usque ⟨eo⟩ *Cobet* (*Mnemos.* VIII. 1880. *p.* 192) ‖ 2. erit *ML*, eris *HD* ‖ 7. litterae fuerunt nisi *D* ‖ deversoriolum] deuersiolum *M*, diuersiolum *HDL* ‖ 8. contumelia *M* ‖ iniquo *HDL*, inquo *M* 9. ferret *L* ‖ *Graeca om. L cum spatio* ‖ 11. ut es *MHL*, ut es delicatus *D*. diutius *coni. C. F. W. Müller 'coni. Tull.' p.* 16 (*praeterea, sed ita ut ipse improbaret*, ut soles *aut* ut es cessator). *cf. Lehmann p.* 83 ‖ 12. nec *ML*, ne *HD* (ne .... afferat ς) ‖ etiam] etiam ⟨mihi⟩ (⟨mi⟩ *Gulielmius*) *Lambinus* ‖ 13. exaraui. uale *L* ‖ 15. *alterum huius epistulae exemplum in MH extat post* XIII 77 (*mh*). *praeterea habet eam F* (*i. e. cod. Berol. lat. fol.* 252, *olim Erfurtensis*) ‖ cornificio (carn. *H*) *MHDL*, cornificio sal. *F*, q. cornificio *m*, q. cornificio sal. *h* ‖ 16. C. anicius *Mm*, Canicius *H*, C. anitius *D*, Canitius *Fh*, c. antonius *L* ‖ 17. legatione libera FLD^2hm, legione libera MD^1, legiones liberare (*sic*) *H* 18. omnibus rebus *h* ‖ adiues *M*, adiuues *ceteri* ‖ 21. sum *om. Fh. de re v. Mommsen 'r. Staatsr.'* I³ *p.* 387 ‖ 22. id *ML*, *om. HDFmh* ‖ 23. factitatem h^1, factitantem Fh^2 ‖ 24. me ames *h*, *et ex* a me ames *F* ‖ consules *Lm*, consulis *MHD*, consuleris *Fh* ‖ erit id *Fmh*, erit *MHD*, erat *L* ‖ 25. da] ad m^1 ‖ ut ualeas. uale *L*

XXII. (353.)

CICERO CORNIFICIO S.

Nos hic cum homine gladiatore omnium nequissimo, conlega 1
nostro, Antonio, bellum gerimus, sed non pari condicione, contra
arma verbis. at etiam de te contionatur, nec impune; nam sentiet,
quos lacessierit. ego autem acta ad te omnia arbitror perscribi
ab aliis; a me futura debes cognoscere, quorum quidem non est
difficilis coniectura: oppressa omnia sunt, nec habent ducem boni, 2
nostrique tyrannoctoni longe gentium absunt. Pansa et sentit bene
et loquitur fortiter: Hirtius noster tardius convalescit. quid futurum sit, plane nescio; spes tamen unast aliquando p. R. maiorum
similem fore. ego certe rei p. non dero et, quicquid acciderit, a
quo mea culpa apsit, animo forti feram; illud profecto, quoad
potero: tuam famam et dignitatem tuebor. a. d. XIII K. Ian. sena- 3
tus frequens mihi est adsensus cum de ceteris rebus magnis et
necessariis, tum de provinciis ab eis, qui optinerent, retinendis
neque cuiquam tradendis, nisi qui ex s. c. successisset: hoc ego cum
rei p. causa censui, tum mercule in primis retinendae dignitatis
tuae; quamobrem te amoris nostri causa rogo, rei p. causa hortor,
ut ne cui quicquam iuris in tua provincia esse patiare atque ut
omnia referas ad dignitatem, qua nihil esse potest praestantius.
vere tecum agam, ut necessitudo nostra postulat: in Sempronio, si 4
meis litteris optemperasses, maximam ab omnibus laudem adeptus
esses; sed illud et praeteriit et levius est, haec magna res est: fac,
ut provinciam retineas in potestate rei p. plura scripsissem, nisi
tui festinarent: itaque Chaerippo nostro me velim excuses.

XXIII. (345.)

⟨CICERO CORNIFICIO S.⟩

Omnem condicionem imperii tui statumque provinciae mihi 1
demonstravit Tratorius. o multa intolerabilia locis omnibus! sed,

3. nos *HDL*, non *M* ‖ gladiatorum *Kayser* ‖ 4. nostro] uostro *L*, *ut vid.*, uestro *Ψ* ‖ 5. at *HDL*, ad *M* ‖ 6. arbitror *ML*, arbitrabor *HD* ‖ 9. tyrannoctoni *ML* (*in L tamen evanidum*), tyranni octoni *HD*. *τυραννοκτόνοι alii, fort. recte. cf. Boot ad Cic. ad Att.* XIV, 6, 2 ‖ 11. unast *M*, una est *HD*, est una *L* ‖ r. p. maiorum *H* ‖ 12. dero *M*, deero *HDL* ‖ 14. 15. senatus frequens] senatus aut frequens *Ψ*, s. autem fr. *L*. s. sat fr. *Orelli*, s. haud infrequens *Baiter*. *cf. Cic. Phil.* V, 1, 2: 'recordamini, qui dies nudius tertius decimus fuerit, quantus consensus vestrum' ‖ 16. eis] his *ΨL*, iis ς ‖ qui, i *a M*[r], *M* ‖ 17. cum *Ψ*, tum *L* ‖ 18. mercule *M*, mehercule *HDL* ‖ 19. nostri causa hortor *L*, *mediis omissis* ‖ 21. potest esse *H* ‖ 23. adeptus *MHL*, consecutus *D* ‖ 26. cherippo *ΨL*. *cf. ep.* 30, 3 ‖ 28. *inscriptionem om. ΨL. in Ψ haec et reliquae huius libri epistulae uno tenore cum ep.* 22 *coniunctae*

quo tua maior dignitas, eo, quae tibi acciderunt, minus ferenda;
neque enim, quae tu propter magnitudinem et animi ⟨et⟩ ingenii
moderate fers, ea non ulciscenda sunt, etiamsi non sunt dolenda.
2 sed haec posterius. rerum urbanarum acta tibi mitti certo scio;
quod ni ita putarem, ipse perscriberem, in primisque Caesaris
Octaviani conatum; de quo multitudini fictum ab Antonio crimen
videtur, ut in pecuniam adulescentis impetum faceret, prudentes
autem et boni viri et credunt factum et probant. quid quaeris?
magna spes est in eo: nihil est, quod non existimetur laudis et
gloriae causa facturus. Antonius autem, noster familiaris, tanto se
odio esse intellegit, ut, cum interfectores suos domi comprenderit,
rem proferre non audeat. a. d. VII Id. Oct. Brundisium erat profectus obviam legionibus Macedonicis quattuor, quas sibi conciliare
pecunia cogitabat easque ad urbem adducere et in cervicibus nostris
3 conlocare. habes formam rei p., si in castris potest esse res p.; in
quo tuam vicem saepe doleo, quod nullam partem per aetatem sanae
et salvae rei p. gustare potuisti. atque antehac quidem sperare
saltem licebat; nunc etiam id ereptum est; quae enim est spes,
cum in contione dicere ausus sit Antonius Cannutium apud eos
locum sibi quaerere, quibus se salvo locus in civitate esse non
4 posset? equidem et haec et omnia, quae homini accidere possunt,
sic fero, ut philosophiae magnam habeam gratiam, quae me non
modo ab sollicitudine abducit, sed etiam contra omnis fortunae
impetus armat, tibique idem censeo faciundum nec, a quo culpa
absit, quicquam in malis numerandum. sed haec tu melius. Tratorium nostrum cum semper probassem, tum maxime in tuis rebus
summam eius fidem, diligentiam prudentiamque cognovi. da operam,
ut valeas: hoc mihi gratius facere nihil potes.

1. dignitas ⟨est⟩ *alii* ‖ eo quae *HDL*, eoque *M* ‖ 2. propter tu *H* ‖ magn. et animi et ingenii] magn. et animi ingenii *MH*, magn. et animi ingenui *D*, magn. animi et ingenii *L* ‖ 3. fers, ea non *Victorius*, ferstea non *M*, fers (fere *L*) a te non *HDL*, *quod displicet non quidem a parte grammatica* (*v. Haase et Landgraf ad Reisigii schol. synt. Lat. p.* 748 *adn.* 581), *sed propter sensum: universe enim haec dicta sunt* ‖ ulciscenda non sunt *D* ‖ 4. *in* posterius *desinit L* ‖ 10. autem *om. H* ‖ 10. 11. se esse odio *D* ‖ 11. suos] suae *C. F. Hermann* (*Philol.* X *p.* 239) ‖ 12. audeat. itaque a. d. *HD* ‖ 13. ///conciliare, 2 *litt. eras.*, *M* 15. 16. in quo *Ernesti,* in qua *Ψ* ‖ 19. dicerem HD^1 ‖ 21. posse tequidem *M* (posset equidem M^r) ‖ 27. prudentiam diligentiamque *D* ‖ 28. mihi facere gratius nihil potest *H*

XXIV. (358.)

⟨CICERO CORNIFICIO S.⟩

Ego nullum locum praetermitto — nec enim debeo — non 1 modo laudandi tui, sed ne ornandi quidem: sed mea studia erga te et officia malo tibi ex tuorum litteris quam ex meis esse nota. te tamen hortor, ut omni cura in rem p. incumbas: hoc est animi, hoc est ingenii tui, hoc eius spei, quam habere debes, amplificandae dignitatis tuae. sed hac de re alias ad te pluribus; cum enim haec 2 scribebam, in expectatione erant omnia: nondum legati redierant, quos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad denuntiandum bellum miserat, nisi legatorum nuntio paruisset. ego tamen, ut primum occasio data est, meo pristino more rem p. defendi: me principem senatui populoque R. professus sum, nec postea, quam suscepi causam libertatis, minimum tempus amisi tuendae salutis libertatisque communis. sed haec quoque te ex aliis malo. T. Pina- 3 rium, familiarissimum meum, tanto tibi studio commendo, ut maiore non possim; cui cum propter omnes virtutes, tum etiam propter studia communia sum amicissumus. is procurat rationes negotiaque Dionysii nostri, quem et tu multum amas et ego omnium plurimum: ea tibi ego non debeo commendare, sed commendo tamen. facies igitur, ut ex Pinarii, gratissimi hominis, litteris tuum et erga illum et erga Dionysium studium perspiciamus.

XXV. (371.)

CICERO CORNIFICIO S.

Liberalibus litteras accepi tuas, quas mihi Cornificius altero 1 vicensumo die, ut dicebat, reddidit: eo die non fuit senatus neque postero. Quinquatribus frequenti senatu causam tuam egi non invita Minerva; etenim eo ipso die senatus decrevit, ut Minerva nostra, custos urbis, quam turbo deiecerat, restitueretur. Pansa tuas litteras recitavit: †magna senatus adprobatio consecutast cum summo gaudio

3. 4. non modo ornandi tui, sed ne laudandi quidem *I. F. Gronovius* ‖ 6. hoc est animi *M*, *om.* *HD* (*praeterea plures contaminati*) ‖ 9. erant] eram *H* ‖ 12. defendi] defendendi *Ernesti* ‖ 18. amicissimus *HD* ‖ pro curata rationes *M* ‖ 19. 20. plurimum ea tibi commendo tamen sed non debeo commendare facies *H* ‖ 25. accepi litteras *D* ‖ 25. 26. altero uicensumo] altero uicem sum hodie *M*, altera uice summo die *H*, altero uicesimo *D*. *de collocatione cf. Hellmuth progr. Wirceburg.* 1888. *p.* 12 ‖ 30. consecutast (-ta est *H*) *MH*, secuta est *D* ‖ summo gaudio] summo ⟨meo⟩ gaudio *Baiter*, summo gaudio ⟨omnium⟩ (*vel* ⟨nostro⟩ *vel sim.*) *Klotz*. summo odio *Schütz*

et offensione Minotauri, id est Calvisi et Tauri; factum de te s. c. honorificum. postulabatur, ut etiam illi notarentur; sed Pansa
2 clementior. ego, mi Cornifici, quo die primum in spem libertatis ingressus sum et cunctantibus ceteris a. d. XIII K. Ian. fundamenta ieci rei p., eo ipso die providi multum atque habui rationem dignitatis tuae; mihi enim est adsensus senatus de optinendis provinciis; nec vero postea destiti labefactare eum, qui summa cum tua iniuria contumeliaque rei p. provinciam apsens obtinebat; itaque crebras vel potius cotidianas compellationes meas non tulit seque in urbem recepit invitus; neque solum spe, sed certa re iam et possessione deturbatus est meo iustissimo honestissimoque convicio. te tuam dignitatem summa tua virtute tenuisse provinciaeque honoribus amplissimis adfectum vementer gaudeo.

3 quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem; fuit enim illud quoddam caecum tempus servitutis. ego, tuorum consiliorum auctor dignitatique fautor, iratus temporibus in Graeciam desperata libertate rapiebar, cum me etesiae quasi boni cives relinquentem rem p. prosequi noluerunt, austerque adversus maximo flatu me ad tribulis tuos Regium rettulit, atque inde ventis remis in patriam omni festinatione properavi postridieque in summa reli-
4 quorum servitute liber unus fui. sic sum in Antonium invectus, ut ille non ferret omnemque suum vinulentum furorem in me unum effunderet meque tum elicere vellet ad caedis causam, tum temptaret insidiis; quem ego ructantem et nauseantem conieci in Caesaris Octaviani plagas; puer enim egregius praesidium sibi primum et nobis, deinde summae rei p. comparavit; qui nisi fuisset, Antonii reditus a Brundisio pestis patriae fuisset. quae deinceps acta sint,
5 scire te arbitror. sed redeamus illuc, unde devertimus: accipio ex-

1. caluisi *D*, *et radendo ex* caluisii *H*, clauis *M*. id est Calvisi et Tauri *del. Manutius, fort. recte; non tamen M. Antonium* Minotaurum *cum Bootio* (*'obs. crit.' p.* 24) *intellegere licet* ‖ 2. ut *HD*, aut *M* ‖ 3. clementior *M*, dementior *HD* ‖ spem libem libertatis *M* ‖ 4. a. d. XIII K. Ian. *del. Cobet* (*Mnemos.* VIII. 1880. *p.* 192) ‖ 5. ieci r. p. *MH* ‖ 7. eum cum summa qui *H* ‖ 9. meas *om. D* ‖ 10. spem *M* ‖ 12. prouinciaeque *M*, prouinciae *HD* ‖ 13. uementer *M*, uehementer *HD* ‖ 15. quoddam caecum tempus ς, quoddam graecum tempus *M*, caecum tempus quoddam *HD*. quoddam ingratum tempus *Georges* (*Philol.* XXXII *p.* 540), q. tetrum t. *Orelli*, quoddam δούλιον ἦμαρ *Cobet* (*l. c.*) ‖ 16. dignitatique *MH*, dignitatisque *D*. *cf. Landgraf ad Cic. p. Rosc. Am. p.* 158 ‖ 19. rettulit *M*, attulit *HD* ‖ ventis remis (remisque *D*)] *cf. Otto 'Sprichw. d. R.' p.* 297 ‖ 20. omni festinatione *del. Ruhnken* (*Mnemos.* II. 1853. *p.* 422) ‖ postrideque *M*[1], *corr. M*[c] ‖ 21. liber unus fui *M*, liber fui unus *H*, liber fuimus *D* ‖ 22. uinulentum *M*, uinolentum *HD*. *cf. C. F. W. Müller Cic. op.* IV, 1 *ad p.* 44, 20 ‖ 23. tum (cum ς) . . . . tum] *cf. Wölfflin 'Arch. f. lat. Lexicogr.'* II *p.* 240 ‖ 24. inausenantem, *sed* i *erasa*, *M*, nausieantem *H* ‖ conieci] confeci *Ψ* ‖ 26. comp(a)rauit, a *a M*[c], *M*, comp(ra)auit, ra *a m.* 1, *H* ‖ 27. reditus //, *ras.* 3—4 *litt. in fine vs.*, *M* ‖ 28. deuertimus *M*, diuertimus *HD*

cusationem tuam de Sempronio; neque enim statuti quid in tanta perturbatione habere potuisti.

nunc hic dies aliam vitam defert, alios mores postulat,

ut ait Terentius; quamobrem, mi Quinte, conscende nobiscum, et quidem ad puppim: una navis est iam bonorum omnium. quam quidem nos damus operam ut rectam teneamus; utinam prospero cursu! sed, quicumque venti erunt, ars nostra certe non aberit: quid enim praestare aliud virtus potest? tu fac ut magno animo sis et excelso cogitesque omnem dignitatem tuam cum re p. coniunctam esse debere.

⟨XXVª. (403.)

CICERO CORNIFICIO S.⟩

P. Lucceium mihi meum commendas, quem, quibuscumque 6 rebus potero, diligenter tuebor. Hirtium quidem et Pansam, conlegas nostros, homines in consulatu rei p. salutaris, alieno sane tempore amisimus, re p. Antoniano quidem latrocinio liberata, sed nondum omnino explicata; quam nos, si licebit, more nostro tuebimur, quamquam admodum sumus iam defetigati; sed nulla lassitudo impedire officium et fidem debet. verum haec hactenus: ab aliis 7 te de me quam a me ipso malo cognoscere. de te audiebamus ea, quae maxime vellemus. de Cn. Minucio, quem tu quibusdam litteris ad caelum laudibus extulisti, rumores duriores erant: id quale sit omninoque quid istic agatur facias me velim certiorem.

XXVI. (363.)

⟨CICERO CORNIFICIO S.⟩

Q. Turius, qui in Africa negotiatus est, vir bonus et honestus, 1 heredes fecit similes sui, Cn. Saturninum, Sex. Aufidium, C. Anneum, Q. Considium Gallum, L. Servilium Postumum, C. Rubellium: ex eorum oratione intellexi gratiarum actione eos magis egere quam commendatione: tanta enim liberalitate se tua usos praedicabant,

3. defert] differt *H* | adfert *codd. Terentii* (*Andr.* 189), *recte* (*cf. A. Spengel ed. Andriae a.* 1875 *p.* 151), *nec tamen Ciceronem illinc corrigere licet* ‖ 4. ut ait Terentius *suspecta Orellio* ‖ 4. 5. et quidem *M*, equidem *HD* ‖ 6. ut rectam teneamus] *cf. Otto 'Sprichw. d. R.' p.* 85 ‖ 11. *novam epistulam incipere Corradus et Manutius viderunt* ‖ 13. Lucceium] luccium *M*, luctium *H*, lutium *D* ‖ 16. amisimus re p.] amici simus rep. *M*, amicissimos r. p. reip. *D*) *HD* ‖ antonio *H* ‖ 18. defatigati *HD* ‖ 21. de c. n. *M* ‖ 27. saturninum *M*, saturnium *HD* ‖ anneum *Ψ*, anneium ς. *cf. Ritschl opusc.* IV *p.* 262 *sq.* ‖ 28. L. *om. H* ‖ Rubellium] rubellinum (rubelinum *D*) *Ψ* ‖ 30. liberalitate se] liberalitatest *M*, liberalitate esse *HD*, *quod recipi potest*

ut eis plus a te tributum intellegerem, quam ego te auderem rogare;
2 audebo tamen, scio enim, quantum ponderis mea commendatio sit habitura. quare a te peto, ut ad eam liberalitatem, qua sine meis litteris usus es, quam maximus his litteris cumulus accedat; caput autem est meae commendationis, ne patiare Erotem Turium, Q. Turii libertum, ut adhuc fecit, hereditatem Turianam avertere ceterisque omnibus rebus habeas eos a me commendatissimos. magnam ex eorum splendore et observantia capies voluptatem: quod ut velis, te vementer etiam atque etiam rogo.

XXVII. (364.)

<CICERO CORNIFICIO S.>

Sex. Aufidius et opservantia, qua me colit, accedit ad proximos et splendore equiti Romano nemini cedit; est autem ita temperatis moderatisque moribus, ut summa severitas summa cum humanitate iungatur: cuius tibi negotia, quae sunt in Africa, ita commendo, ut maiore studio magisve ex animo commendare non possim. pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intellegat meas apud te litteras maximum pondus habuisse: hoc te vehementer, mi Cornifici, rogo.

XXVIII. (374.)

<CICERO CORNIFICIO S.>

1 Adsentior tibi eos, quos scribis Lilybaeo minari, istic poenas dare debuisse, sed metuisti, ut ais, ne nimis liber in ulciscendo viderere; metuisti igitur, ne gravis civis, ne nimis fortis, ne nimis
2 te dignus viderere. quod societatem rei p. conservandae tibi mecum a patre acceptam renovas, gratum est, quae societas inter nos semper, mi Cornifici, manebit; gratum etiam illud, quod mihi tuo nomine gratias agendas non putas, nec enim id inter nos facere debemus. senatus saepius pro dignitate tua appellaretur, si apsentibus consulibus unquam nisi ad rem novam cogeretur. itaque nec de HS $\overline{\text{XX}}$ nec de HS $\overline{\text{DCC}}$ quicquam agi nunc per senatum potest; tibi autem

1. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ 2. 3. habitura sit *D* ‖ 4. es *HD*, est *M* ‖ maximis *M* ‖ 5. turium q. *M*, *et D*[1] *ex corr.*, turiumque *HD*[1] ‖ 6. turianam hereditatem *H* ‖ 7. a me *M*, *om. HD* ‖ 8. quod — 9. rogo *om. HD* ‖ 9. uehementer ς ‖ etiam/// atque etiam (*ras. 2 litt.*) *M* ‖ 12. coluit *H* ‖ 13. splendore *HD*, splendere *M* equitis romani *Ψ*. *ceterum cf. Mommsen 'r. Staatsr.'* III, 1 *p.* 563, 1 ‖ autem *om. H* ‖ 17. aput *H* ‖ 23. 24. ne minus fortis ne minus te *Ψ* ‖ 26. mihi quod tuo nomine *H* ‖ 27. id *om. H* ‖ 28. appellaretur *HD*, appellaret *M*. *ceterum cf. Mommsen l. c.* III, 2 *p.* 911, 4 ‖ 29. de *om. HD* ‖ $\overline{\text{XX}}$ *scripsi*, $\overline{\text{xx}}$ *Ψ*. *offendit iam Manutius* ‖ 30. tibi autem *bis scripta in M*

ex s. c. imperandum mutuumve sumendum censeo. in re p. quid 3 agatur, credo te ex eorum litteris cognoscere, qui ad te acta debent perscribere. ego sum spe bona; consilio, cura, labore non desum; omnibus inimicis rei p. esse me acerrimum hostem prae me fero. res neque nunc difficili loco mihi videtur esse et fuisset facillimo, si culpa a quibusdam afuisset.

XXIX. (365.)

CICERO CORNIFICIO S.

Non modo tibi, cui nostra omnia notissima sunt, sed neminem 1 in populo R. arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas, quae mihi cum L. Lamiast; etenim magno theatro spectatast tum, cum est ab A. Gabinio consule relegatus, quod libere et fortiter salutem meam defendisset; nec ex eo amor inter nos natus est, sed, quod erat vetus et magnus, propterea nullum periculum pro me adire dubitavit. ad haec officia vel merita potius iucundissima consuetudo accedit, ut nullo prorsus plus homine delecter. non puto te iam exspectare, quibus eum tibi verbis commendem; causa enim tanti amoris intellegis quae verba desideret: eis me omnibus usum putato. tamtum velim existimes, si negotia Lamiae, procuratores, libertos, 2 familiam quibuscumque rebus opus erit defenderis, gratius mihi futurum, quam si ea tua liberalitas pertinuisset ad rem familiarem meam, nec dubito, quin sine mea commendatione, quod tuum est iudicium de hominibus, ipsius Lamiae causa studiose omnia facturus sis: quamquam erat nobis dictum te existimare alicui s. c., quod contra dignitatem tuam fieret, scribendo Lamiam adfuisse, qui omnino consulibus illis numquam fuit ad scribendum; deinde omnia

1. mutuumve *Orelli*, mutuumque *Ψ* ‖ in re quidem p. quid *D* ‖ 3. non *om. H* ‖ 4. inimis *M* (*corr. M*[1]) ‖ agerrimum *M* ‖ 5. res mihi nunc neque difficili loco uidetur esse *D* ‖ facillimo] facillima *Ψ* ‖ 6. afuisset *M*, fuisset *HD* 8 *alterum huius epistulae exemplum in MH extat post* XIII, 77 (*mh*). *praeterea habet eam inde a verbis* deinde omnia (*vs.* 26) *F* ‖ *inscriptionem om. Ψ* ‖ 9. cui omnia nostra *H* ‖ 11. lamiast *M*, lamia (famia *H*) est *ceteri* ‖ spectatast *M*, spectata est *ceteri* ‖ tum *Ψ*, tunc *mh* ‖ 12. a. *mh*, aulo *Ψ* ‖ consule relegatus (-tur *h*) *Mmh*, consulare legatus *HD* ‖ 16. delectetur *H* ‖ non puto te iam *Ψ*, nonto iam te *m*, non dubito iam te *h* ‖ 17. eum *Ψ*, hunc *mh* ‖ commendem *mh*, commendarim (-dauerim *H*) *Ψ*. *cf.* XIII, 33 ‖ causam *m, et h ex corr.* ‖ 18. eis] his *Ψmh*, iis ς ‖ 19. tamtum] tam tum *M*, tantum *ceteri*. *cf. ad* IV, 7, 6 extimes *m* ‖ liberos *H* ‖ 20. rebus] rus *m* ‖ erit] fuerit *mh* ‖ 21. pertinuisse *m* 22. 23. est iudicium de hominibus (omnibus *HD*) *Ψ*, iudicium est de hominibus *mh* ‖ 24. sis et quamquam *H* ‖ 25. dignitatem tuam *Ψ*, tuam dignitatem *mh* ‖ fieret *Dmh*, fleret *MH* ‖ 26. consulibus illis *M*, illis consulibus *HDmh* fuit ad scribendum] adfuit scribendo *Manutius*. *cf. Boot ad Cic. ad Att.* I, 19, 9

tum falsa s. c. deferebantur; nisi forte etiam illi Semproniano s. c. me censes adfuisse, qui ne Romae quidem fui, ut tum de eo ad
3 te scripsi, re recenti. sed haec hactenus. te, mi Cornifici, etiam atque etiam rogo, ut omnia Lamiae negotia mea putes esse curesque, ut intellegat hanc commendationem maximo sibi usui fuisse: hoc mihi gratius facere nihil potes. cura, ut valeas.

XXX. (420.)

⟨CICERO CORNIFICIO S.⟩

1 Itane? praeter litigatores nemo ad te meas litteras? multae istae quidem; tu enim perfecisti, ut nemo sine litteris meis tibi se commendatum putaret; sed quis umquam tuorum mihi dixit esse, cui darem, quin dederim? aut quid mi iucundius quam, cum coram tecum loqui non possim, aut scribere ad te aut tuas legere litteras? illud magis mihi solet esse molestum, tantis me impediri occupationibus, ut ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla detur; non enim te epistulis, sed voluminibus lacesserem, quibus quidem me a te provocari oportebat; quamvis enim occupatus sis, otii tamen plus habes; aut, si ne tu quidem vacas, noli impudens esse nec mihi molestiam exhibere et a me litteras crebriores, cum tu mihi
2 raro mittas, flagitare. nam, cum antea distinebar maximis occupationibus, propterea quod omnibus curis ⟨rem p.⟩ mihi tuendam putabam, tum hoc tempore multo distineor vementius; ut enim gravius aegrotant ei, qui, cum levati morbo videntur, in eum de integro inciderunt, sic vementius nos laboramus, qui profligato bello ac paene sublato renovatum bellum gerere conamur. sed haec
3 hactenus. tu tibi, mi Cornifici, fac ut persuadeas non esse me tam inbecillo animo, ne dicam inhumano, ut a te vinci possim aut officiis aut amore. non dubitabam equidem, verumtamen multo mihi notio-

1. tum] tam *H* ‖ 1. 2. forte etiam illi (illo *M*) semproniano s. c. me censes adfuisse *Mm*, *et HD nisi quod* etiam *omittunt*, forte illi semproniano etiam s. c. metenses (me tenses *h*) adfuisse *Fh* ‖ Semproniano s. c.] *cf. Mommsen 'r. Staatsr.'* III, 2 *p.* 997, 2 ‖ 2. fui *Ψ*, tum fui *Fmh* ‖ 2. 3. ut tum de eo (*haec duo voc. in ras. a M*[c], *ut vid., sine ras. in P*) ad te scripsi re recenti *M*, ut tum de eo scripsi re recenti *D*, *et H nisi quod* scripsi recenti, r *in* recenti *in ras. a m.* 2 *ex* d, deque eo scripsi ad te recenti *Fmh* ‖ 3. actenus *Hmh* ‖ 4. cures *F* ‖ 5. usui sibi *Fh* ‖ 6. facere gratius *D* ‖ cura ut ualeas *Ψ*, *om. Fmh* 9. itane *M*, ita ut *HD* ‖ 11. esse *om. H* ‖ 12. mihi ς ‖ 13. tuas *HD*, quas *M* ‖ 14. solet mihi esse *D* ‖ 15. ad te *HD*, ad me *M* ‖ 16. 17. me a te] a me te *Ψ* 20. distinebar *M*, destinebar *D*, detinebar *H* ‖ 21. rem p. *om. Ψ* ‖ 22. destineor *D*, detineor *H* ‖ uehementius *HD* ‖ 23. aegrotant ei (ii *M*)] aegrotantur *HD* ‖ videntur] viderentur *alii* ‖ 24. uementius (uehementius *D*) nos *MD*, nos uehementius *H* ‖ 25. conamur] cogamur *alii* ‖ 26. persuadeas me non esse tam (tamen *H*) i. *HD*

rem amorem tuum effecit Chaerippus. o hominem semper illum
quidem mihi aptum, nunc vero etiam suavem! vultus mercule tuos
mihi expressit omnis, non solum animum ac verba pertulit: itaque
noli vereri, ne tibi suscensuerim, quod eodem exemplo ad me, quo
ad ceteros: requisivi equidem proprias ad me unum litteras, sed
neque vementer et amanter. de sumptu, quem te in rem militarem 4
facere et fecisse dicis, nihil sane possum tibi opitulari, propterea
quod et orbus senatus consulibus amissis et incredibiles angustiae
pecuniae publicae, quae conquiritur undique, ut optime meritis
militibus promissa solvantur, quod quidem fieri sine tributo posse
non arbitror. de Attio Dionysio, nihil puto esse, quoniam mihi 5
nihil dixit Tratorius. de P. Lucceio, nihil tibi concedo, quo studio-
sior eius sis, quam ego sum: est enim nobis necessarius; sed, a
magistris cum contenderem de proferendo die, probarunt mihi sese,
quo minus id facerent, et compromisso et iure iurando impediri:
quare veniendum arbitror Lucceio: quamquam, si meis litteris
optemperavit, cum tu haec leges, illum Romae esse oportebit.
ceteris de rebus maximeque de pecunia, cum Pansae mortem igno- 6
rares, scripsisti, quae per nos ab eo consequi te posse arbitrarere:
quae te non fefellissent, si viveret, nam te diligebat: post mortem
autem eius quid fieri posset non videbamus. de Venuleio, Latino, 7
Horatio, valde laudo: illud non nimium probo, quod scribis, quo
illi animo aequiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademisse —
honore enim cum ignominia dignis non erant comparandi —, eosque,
ex s. c. si non decedunt, cogendos, ut decedant, existimo. haec fere
ad eas litteras, quas eodem exemplo binas accepi: de reliquo, velim
tibi persuadeas non esse mihi meam dignitatem tua cariorem.

1. effecit *H*, efficit *MD* || caerippus *Ψ* || 2. mihi quidem *H* || mercule *M*, mehercule *HD* || 4. succensuerim *HD* || 5. litteras *HD*, ad litteras *M*, a te litteras ς || 6. uehementer *HD* || 8. orbus ⟨est⟩ *alii* || 9. conquiruntur *HD* || 11. attio *M*, actio *HD*. Attico *Corradus* || 12. tratorius *M*, tractorius *HD* || de *MD*, et de *H* || Lucceio] luccio *M*, luctio *H*, lutio *D*. *et sic vs.* 16 || 13. eius sis] iussis *M*, tu sis *HD*. *fort. recte: de* studiosus *adiectivo absolute posito v. ad ep.* XIII, 61 || sim *D* || necessarius nobis *H* || 14. contenderem *M*, *et D*¹ *corr.*, conderem *HD*² || 15. compromisso *M*, cum promisso *HD* || 19. te posse *om. H* || arbitrare *H* || 20. uiueret *D*, uiuerent *MH* || 21. eius autem *M*¹, *transponenda significavit M*² || 21. 22 uenuleio latino hortatio *H* || 23. lictores *om. H* || 24. enim ⟨digni⟩ ς, enim ⟨cum digni sint⟩ *Lehmann* (*p.* 107) || erat *H* || comparandi *HD*, compamerandi *M* || 27. cariorem. M. TVLLI CICERONIS EPISTVLARVM AD CASSIVM EXPL. INC. AD MEMMIVM ET CETEROS FELICITER *MH*

XIII.

I. (81.)

M. CICERO S. D. C. MEMMIO.

1 Etsi non satis mihi constiterat, cum aliquane animi mei molestia an potius lubenter te Athenis visurus essem, quod iniuria, quam

1. *Libro tertio decimo in MH — D caret — hic praemissus est index* (*leviores quaedam H discrepantiae omissae sunt*): AD C. MEMMIVM (*haec om. H*). 1. M. CICERO S. D. C. MEMMIO | ETSI NON SATIS MIHI ‖ 2. CICERO MEMMIO SAL. | C. AVIANO (Cauiano *H*) EVANDRO ‖ 3. CICERO MEMMIO SAL. (Salutem *H*) | A FVFIVM (Ad Fufium *H*) VNVM EX MEIS ‖ 4. M. CICERO S. D. Q. VALERIO | Q. F. ORCAE LEGATO ‖ 5. CICERO S. D. Q. VALERIO LEG. P. R. P. R. (Le. G. PR *H*) NON MOLESTE FERO ‖ 6. M. CICERO Q. VALERIO | Q. F. ORCAE PROCOS. S. V. B. E. V. ‖ 7. CICERO CLVVIO (Cliuio *H*) SAL. | CVM IN GALLIAM PROFICISCENS ‖ 8. M. CICERO M. RVTILIO SAL. | CVM ET MIHI CONSCIVS ESSEM ‖ 9. CICERO CRASSIPEDI SAL. | QVAMQVAM TIBI (mihi *H*) PRAESENS ‖ 10. CICERO BRVTO SAL. | CVM AD TE TVVS QVAESTOR ‖ 11. CICERO BRVTO SAL. | QVIA SEMPER ANIMADVERTI ‖ 12. CICERO BRVTO SAL. | ALIA EPISTVLA COMMVNITER ‖ 13. CICERO BRVTO SAL. | L. CASTRONIVS PAETVS 14. CICERO BRVTO SAL. | L. TITIO STRABONE ‖ 15. CICERO CAESARI IMP. SAL. | PRECILIVM TIBI COMMENDO ‖ 16. CICERO CAESARI SAL. P. CRASSVM EX OMNI ‖ 17. CICERO S. D. SER. SVLPICIO | M. MARIVS QVI PATRIS ‖ 18. CICERO SERVIO SAL. | NON CONCEDAM ‖ 19. CICERO SERVIO SAL. | CVM LYSONE PATRENSI ‖ 20. CICERO SERVIO SAL. ASCLAPONE PATRENSI ‖ 21. CICERO OCTAVIO (Octauiano *H*) SAL. M. AEMILIVS (Marcus F. *H*) AVIANVS ‖ 22. CICERO SERVIO SAL. T. MANLIVM (Mallium *H*) QVI NEGOTIATVR ‖ 23. CICERO SERVIO SAL. L. COSSINIO AMICO (*ceterum in H lemmata hoc ordine se excipiunt: ep.* 21. 23. 22) 24. CICERO SERVIO SAL. | CVM ANTEA CAPIEBAM ‖ 25. CICERO SERVIO SAL. | HAGESARETVS LARISAEVS ‖ 26. CICERO SERVIO SAL | L. MESCINIVS ‖ 27. CICERO SERVIO SAL. | LICET EODEM EXEMPLO ‖ 28. CICERO SERVIO SAL. | ETSI LIBENTER PETERE A TE ‖ 29. M. CICERO L. PLANCO SAL. | NON DVBITO QVIN SCIAS (nescias *H*) ‖ 30. CICERO ACILIO PROCOS. SAL. | L. MANLIVS EST SOSIS (Solis *H*) ‖ 31. CICERO ACILIO PROCOS. SAL. | C. FLAVIO HONESTO ‖ 32—34. CICERO (*om. H*) ACILIO PROCOS. SAL. | IN HALESINA (Haselina *H*) CIVITATE ‖ 35—39. CICERO ACILIO PROCOS. SAL. | C. AVIANVS PHILOXENVS ‖ 40. M. CICERO S. D. Q. ANCHARIO | Q. F. PROCOS. ‖ 41. CICERO CVLLEOLO SAL. | QVAE (Qui *H*) FECISTI L. LVCCEII (Luce *H*) ‖ 42. M. CICERO S. D. L. LVCCEIO | PROCOS. L. LVCCEIVS (Luceius *H*) ‖ 43. M. CICERO QVINTIO | GALLIO ETSI PLVRIMIS REBVS ‖ 44. CICERO GALLIO SAL. | ETSI EX TVIS ET EX L. OPPII 45. CICERO APPVLEIO | PROQVAESTORI ‖ 46. CICERO APPVLEIO SAL. L. NOSTIVS ZOILVS (Zolius *H*) EST ‖ 47. CICERO SILIO SAL. | QVID EGO TIBI COMMENDEM EVM ‖ 48. CICERO C. SEXTILIO RVFO QVAESTORI SAL. | D. OMNIS TIBI COMMENDO ‖ 49. CICERO CVRIO PROCOS. (*haec om. H*) | Q. POMPEIVS SEX. ‖ *lib.* II *ep.* 14. CICERO CAELIO AED. CVRVLI M. FABIO VIRO OPTIMO ‖ 50. CICERO S. D. AVCIO (Auio *H*) | SVMPSI HOC MIHI ‖ 51. CICERO P. CAESIO S. D. | P. MESSIENVM EQVITEM R. 52. CICERO REGI SAL. | A LICINIVS (Alicinius *H*) ARISTOTELES 53. CICERO THERMO PROPRAETORE S. (-tores *H*) | L. GENVCILIO CVRVO 54. CICERO THERMO PRO. PR. SAL. | CVM MVLTA MIHI GRATA SVNT 55. CICERO THERMO PRO. PR. SAL. | ETSI (Et *H*) MIHI VIDEOR 56. CICERO THERMO PRO. PR. SAL. (*hoc c. om. H*) | CLVVIVS PVTEOLA-

accepisti, dolore me adficeret, sapientia tua, qua fers iniuriam, laetitia, tamen vidisse te mallem: nam, quod est molestiae, non sane multo levius est, cum te non video, quod esse potuit voluptatis, certe, si vidissem te, plus fuisset. itaque non dubitabo dare operam, ut te videam, cum id satis commode facere potero: interea, quod per litteras et agi tecum et, ut arbitror, confici potest, agam. nunc a te illud primum rogabo, ne quid invitus mea causa facias, 2
sed id, quod mea intelleges multum, tua nullam in partem interesse, ita mihi des, si tibi, ut id lubenter facias, ante persuaseris. cum Patrone Epicurio mihi omnia sunt, nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissentio; sed et initio Romae, cum te quoque et tuos omnes opservabat, me coluit in primis et nuper, cum ea, quae voluit, de suis commodis et praemiis consecutus est, meme habuit suorum defensorum et amicorum fere principem et iam a Phaedro, qui nobis, cum pueri essemus, ante quam Philonem cognovimus,

NVS ‖ 57. CICERO THERMO PRO PR. SAL. | QVO MAGIS COTIDIE 58. M. CICERO C. TITIO L. F. RVFO PR. VRB. SAL. | L. CVSTVDIVS 59. M. CICERO C. CVRTIO PEDVCEANO PR. SAL. | M. FABIVM VNICE DILIGO ‖ 60. M. CICERO C. MVNATIO C. F. SAL. | L. LIVINEIVS ‖ 61. M. CICERO S. D. | P. SILIO PRO. PR. T. ‖ 62. M. CICERO S. D. | P. SILIO PROPR. ET IN ATILI (*haec tria v. om. H*) ‖ 63. M. CICERO S. D. | P. SILIO PRO. PR. (*haec omnia om. H*) NON PVTAVI ‖ 64. M. CICERO S. D. | P. SILIO PRO. PR. NERO MEVS ‖ 65. M. CICERO S. D. | P. SILIO PRO. PR. CVM P. TERENTIO ‖ 66. M. CICERO P. (D. *H*) SERVILIO SAL. | A. CAECINAM MAXIME ‖ 67. M. CICERO P. (D. *H*) SERVILIO PRO. (*hoc v. om. H*) PR. SAL. | EX PROVINCIA MEA CILICIENSI ‖ 68. M. TVLLIVS CICERO P. SERVILIO ISAVRICO | PROCOS. COLLEGAE SAL. PLVRIMAM. GRATAE MIHI | 69. CICERO P. SERVILIO COLLEG. SAL. | PLVRIMAM. GAIVS CVRTIVS | 70. M. CICERO P. SERVILIO COLLEG. SAL. | PLVRIM. QVIA NON EST | 71. M. CICERO S. D. P. (*hoc v. om. H*) SERVILIO COLLEG. | MVLTOS TIBI COMMENDEM ‖ 72. M. CICERO P. SERVILIO COLLEG. SAL. | CAERELLIAE NECESSARIAE ‖ 73. M. CICERO Q. PHILIPPO PROCOS. SAL. | GRATVLOR TIBI ‖ 74. M. CICERO Q. PHILIPPO PROCOS. S. | ETSI NON DVBITO 75. M. CICERO T. TITIO T. F. LEG. S. D. | ETSI NON DVBITO ‖ 76. M. CICERO · IIII · VIRIS ET DECVRIOSIVS (Curionius *H*) S. D. | TANTAE MIHI CVMQ' (cumque *H*) HIPPIO ‖ 77. M. CICERO S. D. P. SVLPICIO IMP. | CVM HIS TEMPORIBVS ‖ *lib.* XII *ep.* 29. CICERO CORNIFICIO SAL. | NON MODO TIBI ‖ *lib.* XII *ep.* 21. CICERO Q. CORNIFICIO SAL. ‖ C. ANICIVS (Canicius *H*) FAMILIARIS ‖ 78. M. CICERO ALLIENO (Alieno *H*) SAL. | DEMOCRITVS SICYONIVS ‖ 79. M. CICERO S. D. ALLIENO PROCOS. (*hoc v. om. H*) | ET TE SCIRE ARBITROR. *add. H:* EXPLICIVNT BREVIARIA ‖ *p.* 336, 2. *de toto hoc genere epistularum commendaticiarum v. Gurlitt Philol. suppl.* IV. 1883. *p.* 593 *sq.; hanc ipsam ep. commemorat Cic. ad Att.* V, 11, 6 ‖ M. *om. H* ‖ 3. animi *ex* amici *D*[1], amici *H* ‖ 4. an potius *HD*, andotius *M* ‖ libenter *HD* ‖ 1. dolore *HD*, dolere *M* ‖ 2. tamen *MD*, tantum *H* ‖ te uidisse mallem (*ex* uellem *m.* 1) *D*. *ceterum* vidissem *Baiter, iniuria* ‖ 4. dubito *H* ‖ 5. potero *M*, potuero *HD* ‖ 7. nunc a te *HD*, nunc ac te *M*. agam nunc. a (*om. alii*) te *alii*. agam. ac te *Schütz*, *haud male* ‖ 8. multum *in Ψ post* partem *collocatum transposuit Aldus* ‖ 9. ut id *MD*, ut *H* ‖ 10. patrone *D*, patronae *M*, patro no *H* ‖ epicurio *M*, epicuro *HD* (epicureo *corr. D*) omnia ⟨communia⟩ ς, *male* ‖ 12. 13. nuper ea quae (eaque *H*) uoluit *HD* ‖ 13. meme] me me *M*, me *HD*. *cf. Schmalz progr. Mannheim.* 1881 *p.* 9 *sq.* ‖ 14. amicorum et defensorum *H* ‖ et iam *M*, etiam *HD*

valde ut philosophus, postea tamen ut vir bonus et suavis et offi-
3 ciosus probabatur, traditus mihi commendatusque est: is igitur Patro cum ad me Romam litteras misisset, uti te sibi placarem peteremque, ut nescio quid illud Epicuri parietinarum sibi concederes, nihil scripsi ad te ob eam rem, quod aedificationis tuae consilium commendatione mea nolebam impediri; eidem, ut veni Athenas, cum, idem ad te scriberem, rogasset, ob eam causam impetravit, quod te abiecisse illam aedificationem constabat inter
4 omnes amicos tuos. quod si ita est et si iam tua plane nihil interest, velim, si qua offensiuncula facta est animi tui perversitate aliquorum — novi enim gentem illam —, des te ad lenitatem vel propter summam humanitatem vel etiam honoris mei causa. equidem, si, quid ipse sentiam, quaeris, nec cur ille tantopere contendat video nec cur tu repugnes, nisi tamen multo minus tibi concedi potest quam illi laborare sine causa; quamquam Patronis et orationem et causam tibi cognitam esse certo scio: honorem, officium, testamentorum ius, Epicuri auctoritatem, Phaedri optestationem, sedem, domicilium, vestigia summorum hominum sibi tuenda esse dicit. totam hominis vitam rationemque, quam sequitur in philosophia, derideamus licet, si hanc eius contentionem volumus reprehendere; sed mehercules, quoniam illi ceterisque, quos illa delectant, non valde inimici sumus, nescio an ignoscendum sit huic, si tantopere laborat; in quo etiamsi peccat, magis ineptiis quam improbitate
5 peccat. sed, ne plura — dicendum enim aliquando est —, Pomponium Atticum sic amo, ut alterum fratrem; nihil est illo mihi nec carius nec iucundius: is — non quo sit ex istis; est enim omni liberali doctrina politissimus, sed valde diligit Patronem, valde Phaedrum amavit — sic a me hoc contendit, homo minime ambitiosus, minime in rogando molestus, ut nihil umquam magis, nec dubitat, quin ego a te nutu hoc consequi possem, etiamsi aedificaturus esses; nunc vero, si audierit te aedificationem deposuisse neque tamen me a te impetrasse, non te in me inliberalem, sed

1. valde *om.* *H* ‖ tamen] etiam *Cobet* (*Mnemos.* VIII. 1880. *p.* 193), *iniuria* ‖ 2. probabatur *M*, probatur *HD* ‖ traditus mihi commendatusque est *D*, tr. mihique commendatusque est *M*, tr. mihique est commendatus *H* ‖ 4. ut *om.* *H* 5. ad te *M*, tibi *HD* ‖ 6. impedire *D* ‖ eidem ut *M*, eidem cum *D*, ut *H* ‖ 7. idem *M*, idem ut *HD* ‖ 10. offensicula *D*, offensacula *H* ‖ 11. des te ad *M*, deesse (de esse *H*) ad *HD* ‖ uel *M*, idem *H*, id *D* ‖ 12. tuam *ante vel post* summam *alii inserunt* ‖ 13. ipse *om.* *H* ‖ tanto opere ς ‖ 14. 15. potest ⟨facere nolle quod potes⟩ quam *Lehmann* ('*Iahresber. d. phil. Ver.*' XIV. 1888. *p.* 256) 15. patroni *H* ‖ 16. certe *H* ‖ 19. vitam] viam *Wesenberg* ‖ 22. tanto opere ς ‖ 27. patronum *H* ‖ 28. 29. homo minime ambitiosus *M*, homine ambitiosus *D*, ambitiosus *H* ‖ 29. ut *M*, *om.* *HD* ‖ 30. dubitat *M*, dubitabat *HD* ‖ 32. in meliberalem, *ĭ a* M^1 *vel* M^c, *M*

me in se neglegentem putabit. quamobrem peto a te, ut scribas
ad tuos posse tua voluntate decretum illud Areopagitarum, quem
ὑπομνηματισμὸν illi vocant, tolli. sed redeo ad prima: prius velim 6
tibi persuadeas, ut hoc mea causa libenter facias, quam ut facias: sic
tamen habeto, si feceris, quod rogo, fore mihi gratissimum. vale.

II. (71.)

CICERO MEMMIO S.

C. Avianio Evandro, qui habitat in tuo sacrario, et ipso multum utor et patrono eius M. Aemilio familiarissime: peto igitur a te in maiorem modum, quod sine tua molestia fiat, ut ei de habitatione accommodes; nam propter opera instituta multa multorum subitum est ei remigrare K. Quinctilibus. impedior verecundia, ne te pluribus verbis rogem: neque tamen dubito, quin, si tua nihil aut non multum intersit, eo sis animo, quo ego essem, si quid tu me rogares: mihi certe gratissimum feceris.

III. (72.)

CICERO MEMMIO S.

A. Fufium, unum ex meis intimis, opservantissimum studiosissimumque nostri, eruditum hominem et summa humanitate tuaque amicitia dignissimum, velim ita tractes, ut mihi coram recepisti: tam gratum mihi id erit, quam quod gratissimum; ipsum praeterea summo officio et summa observantia tibi in perpetuum devinxeris.

IV. (308.)

M. CICERO S. D. Q. VALERIO Q. F. ORCAE LEGATO PROPR.

Cum municipibus Volaterraneis mihi summa necessitudo est: 1
magno enim meo beneficio adfecti cumulatissime mihi gratiam rettulerunt; nam nec in honoribus meis nec in laboribus umquam defuerunt: cum quibus si mihi nulla causa intercederet, tamen, quod te vehementissime diligo quodque me a te plurimi fieri sentio, et monerem

2. ariopagitarum *HD*. ceterum *cf. Philippi 'd. Areopag u. d. Epheten' p.* 309 ‖ 4. hoc mea *M*, mea hoc *HD* ‖ 8. C. auianio *MD*, Cauiano *H* ‖ sacrario (sacratario *H*)] *cf. Iordan 'Top. d. St. Rom'* II *p.* 271 ‖ 10. tua *HD*, tu *M* 11. accommodes] commodes ς ‖ 12. remigrare *M*, *et ex* remigare *D*, remigare *H*. demigrare *alii* ‖ quintilibus *Ψ* ‖ 12. 13. plurimis *H* ‖ 17. 18. memmio sal. d. (*sive* a.) fusium *H*, memmio s. d. a. fufium *D* ‖ 19. 20. humanitate dignissimum tuaque amicitia *H* ‖ 20. ita te tractes *H* ‖ 21. mihi *T*, *ras.* 1—2 *litt.*, *M* ‖ 25. uolaterranis ς. *ceterum cf. C. I. L.* XI, 1 *p.* 325 ‖ 26. 27. retulerunt *HD* ‖ meis nec in lab. *Victorius*, meis nec meis lab *HD*, meis (*fin. vs. cum spat.* 4 *litt.*) lab. *M*

te et hortarer, ut eorum fortunis consuleres, praesertim cum prope
praecipuam causam haberent ad ius optinendum: primum quod
Sullani temporis acerbitatem deorum immortalium benignitate supter-
fugerunt, deinde quod summo studio p. R. a me in consulatu meo
2 defensi sunt: cum tribuni plebi legem iniquissimam de eorum agris
promulgavissent, facile senatui populoque R. persuasi, ut eos civis,
quibus fortuna pepercisset, salvos esse vellent. hanc actionem meam
C. Caesar primo suo consulatu lege agraria comprobavit agrumque
Volaterranum et oppidum omni periculo in perpetuum liberavit, ut
mihi dubium non sit, quin is, qui novas necessitudines adiungat,
vetera sua beneficia conservari velit. quamobrem est tuae prudentiae
aut sequi eius auctoritatem, cuius sectam atque imperium summa
cum tua dignitate secutus es, aut certe illi integram omnem causam
reservare; illud vero dubitare non debes, quin tam grave, tam fir-
mum, tam honestum municipium tibi tuo summo beneficio in per-
3 petuum obligari velis. set haec, quae supra scripta sunt, eo spectant,
ut te horter et suadeam: reliqua sunt, quae pertinent ad rogandum,
ut non solum tua causa tibi consilium me dare putes, sed etiam,
quod mihi opus sit, me a te petere et rogare. gratissimum igitur
mihi feceris, si Volaterranos omnibus rebus integros incolumisque
esse volueris: eorum ego domicilia sedes, rem fortunas, quae et a
diis immortalibus et a praestantissimis in nostra re p. civibus summo
senatus populique R. studio conservatae sunt, tuae fidei, iustitiae
4 bonitatique commendo. si pro meis pristinis opibus facultatem mihi
res hoc tempore daret, ut ita defendere possem Volaterranos, quem-
admodum consuevi tueri meos, nullum officium, nullum denique
certamen, in quo illis prodesse possem, praetermitterem; sed, quo-
niam apud te nihilo minus hoc tempore valere me confido, quam
valuerim semper apud omnes, pro nostra summa necessitudine
parique inter nos et mutua benivolentia aps te peto, ut ita de
Volaterranis mereare, ut existiment eum quasi divino consilio isti
negotio praepositum esse, apud quem unum nos, eorum perpetui
defensores, plurimum valere possemus.

---

3. syllani *MD*, scyllani *H* ‖ 4. p. R.] ⟨senatus⟩ populi⟨que⟩ Romani *Kleyn* (*p.* 49) ‖ 5. defensi *ex* defendsi *M*[1] ‖ cum] cum ⟨enim⟩ *Victorius*, ⟨qui⟩, cum *Wesenberg* ‖ 8. primo *M*, *om.* *HD* ‖ legem agraria *M*, legem agrariam *HD* ‖ 9. uolaterrarum *HD* ‖ 15. tuo *M*, *om.* *HD* ‖ 15. 16. in pertuum *M* ‖ 16. uelis set *M*, uelisset *H*, uoluisset *D* ‖ 17. ut te] ut et *Baiter* ‖ et ⟨tibi⟩ suadeam *Lambinus* ‖ 21. sedes rem *M*, si desererem *HD* ‖ 21. 22. quae et a diis *HD*, etidis *M* ‖ 22. civibus *om.* *HD* ‖ 25. dare *M* ‖ 29. apud ⟨bonos⟩ omnes *Orelli*

V. (309.)

CICERO S. D. Q. VALERIO LEG. PR. PR.

Non moleste fero eam necessitudinem, quae mihi tecum est, 1 notam esse quam plurimis, neque tamen ob eam causam — quod tu optime existimare potes — te impedio, quo minus susceptum negotium pro tua fide et diligentia ex voluntate Caesaris, qui tibi rem magnam difficilemque commisit, gerere possis; nam, cum multi a me petant multa, quod de tua erga me voluntate non dubitent, non committo, ut ambitione mea conturbem officium tuum. C. Curtio 2 ab ineunte aetate familiarissime sum usus: eius et Sullani temporis iniustissima calamitate dolui et, cum eis, qui similem iniuriam acceperant, amissis omnibus fortunis reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur, adiutor incolumitatis fui: is habet in Volaterrano possessionem, cum in eam tamquam e naufragio reliquias contulisset: hoc autem tempore eum Caesar in senatum legit, quem ordinem ille ista possessione amissa tueri vix potest; gravissimum autem est, cum superior factus sit ordine, inferiorem esse fortuna, minimeque convenit ex eo agro, qui Caesaris iussu dividatur, eum moveri, qui Caesaris beneficio senator sit. sed mihi 3 minus libet multa de aequitate rei scribere, ne causa potius apud te valuisse videar quam gratia; quamobrem te in maiorem modum rogo, ut C. Curtii rem meam putes esse: quicquid mea causa faceres, ut, id C. Curtii causa cum feceris, existimes, quod ille per me habuerit, id me habere aps te. hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

VI. (33.)

M. CICERO Q. VALERIO Q. F. ORCAE PROCOS.

S. v. b. e. v. credo te memoria tenere me et coram P. Cuspio 1 tecum locutum esse, cum te prosequerer paludatum, et item postea pluribus verbis tecum egisse, ut, quoscumque tibi eius necessarios commendarem, haberes eos in numero meorum necessariorum: id tu pro tua summa erga me benivolentia perpetuaque observantia mihi liberalissime atque humanissime recepisti. Cuspius, homo in 2

5. impedi *M*, -diri *HD* ‖ 10. sum *l'*, 1—2 *litt.*, us?, *eras.*, *M* ‖ eius et *M*, et *HD* ‖ sillani *H*, syllani *D* ‖ 11. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ 12. in *M*, *om.* *HD* 13. habet] habebat *Kayser*, *iniuria* ‖ 15. caesari in *M* ‖ 16. tueri vix potest] *cf. Willems 'le sénat'* I *p.* 189 *sq.* ‖ 18. eo *om.* *H* ‖ 19. amoueri *D* ‖ mihi *M*, *om.* *HD* ‖ 23. quod *HD*, quid *M* *unde* quicquid *coni.* *Baiter* ‖ 27. 28. coram ⟨cum⟩ P. Cuspio ⟨et⟩ tecum *dubitanter Tyrrell* ‖ 30. necessariorum meórum *HD* ‖ 31. tua *om.* *D*[1]

omnes suos officiosissimus, mirifice quosdam homines ex ista provincia tuetur et diligit propterea, quod fuit in Africa bis, cum maximis societatis negotiis praesset; itaque hoc eius officium, quod adhibetur erga illos, ego mea facultate et gratia soleo, quantum possum, adiuvare; quare Cuspianorum omnium commendationis causam hac tibi epistula exponendam putavi, relicuis epistulis tantum faciam ut notam apponam eam, quae mihi tecum convenit, et
3 simul significem de numero esse Cuspii amicorum; sed hanc commendationem, quam his litteris consignare volui, scito esse omnium gravissimam: nam P. Cuspius singulari studio contendit a me, ut tibi quam diligentissime L. Iulium commendarem. eius ego studio vix videor mihi satis facere posse, si utar verbis eis, quibus, cum diligentissime quid agimus, uti solemus; nova quaedam postulat et putat me eius generis artificium quoddam tenere: ei ego pollicitus sum me ex intima nostra arte depromptarum mirificum genus commendationis. id quoniam adsequi non possum, tu re velim efficias, ut ille genere mearum litterarum incredibili quiddam per-
4 fectum arbitretur: id facies, si omne genus liberalitatis, quod et ab humanitate et potestate tua proficisci poterit, non modo re, sed etiam verbis, vultu denique exprompseris; quae quantum in provincia valeant, vellem expertus esse, sed tamen suspicor. ipsum hominem, quem tibi commendo, perdignum esse tua amicitia, non solum, quia mihi Cuspius dicit, credo — tametsi id satis esse debebat —, sed
5 quia novi eius iudicium in hominibus et amicis diligendis. harum litterarum vis quanta fuerit, propediem iudicabo, tibique, ut confido, gratias agam: ego, quae te velle quaeque ad te pertinere arbitrabor, omnia studiose diligenterque curabo. cura, ut valeas.

⟨VI[a]. (34.)

M. CICERO Q. VALERIO Q. F. ORCAE PROCOS.⟩

P. Cornelius, qui tibi litteras dedit, est mihi a P. Cuspio commendatus, cuius causa quanto opere cuperem deberemque, pro-

1. officiossimus *M* ‖ 3. praesset (*cf. Lachmann ad Lucr.* II 1061), praeesset *HD* ‖ 4. adhibetur erga *HD*, adhibeturga *M*. adhibet erga *alii* ‖ 6. hac t. epistola *HD*, ac tibi epistulam *M* ‖ relicuis ep. *M*, reliquis in ep. *HD* ‖ 7. eam *HD*, ea *M* ‖ tecum *M*, *om. HD* ‖ 11. L. Iulium] *cf. Nipperdey ad Nep. Att.* 12, 4 ‖ 12. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ 13. quid *MH*, aliquid *D* ‖ postulat////, 2—3 *litt. eras.*, *M* ‖ 17. 18. perfectum] profectum *Wesenberg* ‖ 19. et ⟨a⟩ potestate *Wesenberg* ‖ 20. expropseris *M*, expromseris *HD* ‖ 21. esse sed *Madvig* (*opusc. ac.* I *p.* 186 *sive p.* 151 [2]), essem sed *Orelli* (*cf. ad* V, 20, 5), esses sed *Ψ* (esses/// sed, *ras.* 1—2 *litt.*, *H*) ‖ 22. 23. quia mihi cuspius dicit *M*, qui (quia *D*) amicus pius dicitur *HD* ‖ 24. diligendis *MH* (*ut* dilectu X, 33, 5 *al.*), deligendis *D* ‖ 26. pertinere arbitrabor *M*, arbitror pertinere *HD* ‖ 29. *inscriptionem epistolii huius*

fecto ex me facile cognosti. vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuspius quam maximas quam primum quam saepissime gratias agat. vale.

VII. (310.)

CICERO CLVVIO S.

Cum in Galliam proficiscens pro nostra necessitudine tuaque 1
summa in me observantia ad me domum venisses, locutus sum
tecum de agro vectigali municipii Atellani, qui esset in Gallia,
quantoque opere eius municipii causa laborarem, tibi ostendi: post
tuam autem profectionem cum et maxima res municipii honestissimi
mihique coniunctissimi et summum meum officium ageretur, pro
tuo animo in me singulari existimavi me oportere ad te accuratius
scribere. etsi non sum nescius, et quae temporum ratio et quae
tua potestas sit, tibique negotium datum esse a C. Caesare, non
iudicium, praeclare intellego: quare a te tantum peto, quantum et
te facere posse et libenter mea causa facturum esse arbitror. et 2
primum velim existimes, quod res est, municipii fortunas omnes in
isto vectigali consistere, his autem temporibus hoc municipium,
maximis oneribus pressum, summis adfectum esse difficultatibus.
hoc etsi commune videtur esse cum multis, tamen mihi crede singularis huic municipio calamitates accidisse, quas idcirco non commemoro, ne de miseriis meorum necessariorum conquerens homines,
quos nolo, videar offendere. itaque, nisi magnam spem haberem 3
C. Caesari nos causam municipii probaturos, non erat causa, cur a
te hoc tempore aliquid contenderem: sed, quia confido mihique
persuasi illum et dignitatis municipii et aequitatis et etiam voluntatis erga se habiturum esse rationem, ideo a te non dubitavi contendere, ut hanc causam illi integram conservares: quod etsi nihilo 4
minus a te peterem, si nihil audivissem te tale fecisse, tamen
maiorem spem impetrandi nactus sum, postea quam mihi dictum
est, hoc idem a te Regiensis impetravisse, qui etsi te aliqua ne-

om. Ψ (*D*[1] *tamen in mg. adscripsit:* C. Valerio S.) ‖ 30. litteras ⟨has⟩ *Orelli, fort. recte.* ⟨has⟩ litteras *alii* ‖ 31. quanto opere *M*, quantopere *HD* ‖ 1. cognosti *M*, cognouisti *HD* ‖ te *M*, *om. HD* ‖ 5. Cluvio] *cf. Mommsen Abhandl. d. Berl. Akad.* 1863 *p.* 166 *sq.* ‖ 6. necessitudine tuaque *HD*, necessitudineque tua *M*. necessitudine proque tua *Orelli* ‖ 8. municipii Atellani] *cf. Mommsen ad C. I. L.* X *p.* 359 ‖ qui esset in Gallia] *cf. Marquardt Röm. Staatsverw.*[2] II[2] *p.* 99 ‖ 11. mihique coniunctissimi *M*, *om. HD* ‖ et meum summum officium *HD* ‖ 12. existimari *M*, -rim *HD* ‖ 15. 16. et te] te et *H. A. Koch* (*Philol. Anz.* V *p.* 161) ‖ 20. commune ⟨ei⟩ *Lambinus* ‖ 21. calamitiatis (*sic*) *M* ‖ 26. et etiam *M*. etiam (*vel* et iam *H*) *HD*. *cf.* IX, 25, 3 ‖ 28. etsi *MD*, et *H*

cessitudine attingunt, tamen tuus amor in me sperare me cogit te, quod tuis necessariis tribueris, idem esse tributurum meis, praesertim cum ego pro his unis petam, habeam autem, qui simili causa laborent, compluris necessarios. hoc me non sine causa facere neque aliqua levi ambitione commotum a te contendere etsi te existimare arbitror, tamen mihi adfirmanti credas velim, me huic municipio debere plurimum, nullum umquam fuisse tempus neque honorum nec laborum meorum, in quo non huius municipii studium
5 in me exstiterit singulare. quapropter a te etiam atque etiam pro nostra summa coniunctione proque tua in me perpetua et maxima benevolentia maiorem in modum peto atque contendo, ut, cum fortunas agi eius municipii intellegas, quod sit mihi necessitudine, officiis, benevolentia coniunctissimum, id mihi des, quod erit huiusmodi, ut, si a Caesare, quod speramus, impetrarimus, tuo beneficio nos id consecutos esse iudicemus, sin minus, pro eo tamen id habeamus, quoniam a te data sit opera, ut impetraremus. hoc cum mihi gratissimum feceris, tum viros optimos, homines honestissimos eosdemque gratissimos et tua necessitudine dignissimos summo beneficio in perpetuum tibi tuisque devinxeris.

VIII. (311.)

M. CICERO M. RVTILIO S.

1 Cum et mihi conscius essem, quanti te facerem, et tuam erga me benevolentiam expertus essem, non dubitavi a te petere, quod mihi petendum esset. P. Sestium quanti faciam, ipse optime scio, quanti autem facere debeam, et tu et omnes homines sciunt: is cum ex aliis te mei studiosissimum esse cognosset, petivit a me, ut ad te quam accuratissime scriberem de re C. Albinii senatoris, cuius ex filia natus est L. Sestius, optimus adulescens, filius P. Sestii. hoc idcirco scripsi, ut intellegeres non solum me pro P. Sestio
2 laborare debere, sed Sestium etiam pro Albinio. res autem est haec: a M. Laberio C. Albinius praedia in aestimationem accepit, quae praedia Laberius emerat a Caesare de bonis Plotianis. ea si

1. *alt.* me *D*, me//, 1 *litt. eras.*, *M*, *om.* *H* ‖ 2. 3. praesertis *M* ‖ 6. mihi arbitranti adfirmanti credas *Ψ* ‖ 7. 8. neque honorum nec laborum *M*, neque laborum *HD* ‖ 10. summa/ // coniunctione, *ras.* 2 *litt.*, *M* ‖ 12. eius municipii agi *D* 13. coniuctissimum *M* ‖ 14. impetrarimus *M*, impetramus *HD* ‖ 16. cum *sup. vs. add.* *M*[c] (*habet* *P*) ‖ 18. eosdem *H* ‖ dignissimo *M* ‖ 26. te me| stud. *M*, te erga me stud. *HD* ‖ cognosset *M*, cognoscet *HD* ‖ 27. ad te *D*, a[d] te, d *a m.* 1, *H*, ad me *M* ‖ c. albinii *M*, galbinii *HD* ‖ 28. filia] familia *Ψ* ‖ sestius *M*, sestimus (*sic*) *HD* ‖ 30. albanio *MD*, abbanio *H* ‖ 31. G. albinius *H*, c. (g. *D*) albanius *MD* ‖ in estimatione *H*

dicam non esse e re p. dividi, docere te videar, non rogare: sed tamen, cum Caesar Sullanas venditiones et adsignationes ratas esse velit, quo firmiores existimentur suae, si ea praedia dividentur, quae ipse Caesar vendidit, quae tandem in eius venditionibus esse poterit auctoritas? sed, hoc quale sit, tu pro tua prudentia considerabis. ego te plane rogo atque ita, ut maiore studio, iustiore de causa, 3
magis ex animo rogare nihil possim, ut Albinio parcas, praedia Laberiana ne attingas. magna me adfeceris non modo laetitia, sed etiam quodammodo gloria, si P. Sestius homini maxime necessario satis fecerit per me, ut ego illi uni plurimum debeo; quod ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo: maius mihi dare beneficium nullum potes: id mihi intelleges esse gratissimum.

IX. (113.)

CICERO CRASSIPEDI S.

Quamquam tibi praesens commendavi, ut potui diligentissime, 1
socios Bithyniae teque cum mea commendatione, tum etiam tua sponte intellexi cupere ei societati quibuscumque rebus posses commodare, tamen, cum ei, quorum res agitur, magni sua interesse arbitrarentur me etiam per litteras declarare tibi, qua essem erga ipsos voluntate, non dubitavi haec ad te scribere. volo enim te 2
existimare me, cum universo ordini publicanorum semper libentissime tribuerim idque magnis eius ordinis erga me meritis facere debuerim, tum in primis amicum esse huic Bithynicae societati, quae societas ordine, ipso hominum genere pars est maxima civitatis — constat enim ex ceteris societatibus —, et casu permulti sunt in ea societate valde mihi familiares, in primisque is, cuius praecipuum officium agitur hoc tempore, P. Rupilius P. f. Men., qui est magister in ea societate. quae cum ita sint, in maiorem modum 3

3. suae si ea *M*, sua est ea H^1, sua tes ea H^2, sua etsi ea *D* ‖ 4. poterit esse *D* ‖ 5. actoritas *M* ‖ 7. albanio *Ψ* ‖ 8. laberiana ne attingas *M*, liberiana ne *ex* non D^1 tangas *HD* ‖ 9. quoddam modo *M* ‖ 9. 10. p. sestio h. m. n. satis feceris *H* ‖ 10. per *HD*, pro *M* ‖ ut . . . debeo *Ernesti*, ut . . . debeam *Ψ*. cum . . . debeam ς ‖ 12. gratissimum esse *H* ‖ 14. crassipedi *ex* crassi M^c ‖ 16. socios Bithyniae] *eadem constructione Graeci: Ποῦλχερ κοινωνῶν λιμένων Ἀσίας οἰκονόμος* (*'P. sociorum portuum* (*portoriorum*) *Asiae villicus'*) *bull. de corr. hell.* X. 1886. *p.* 267 ‖ 17. 18. posses commodare] posse commendare *Ψ* ‖ 18. ei] hi *Ψ*, ii ς ‖ 20. ipsos *MD*, illos *H* ‖ 20. 21. enim existimare *H* ‖ 21. 22. ⟨multum⟩ s. l. tribuerim ς, s. l. tribuerim ⟨plurimum⟩ *Kayser, iniuria. cf. Nipperdey ad Tac. ann.* I 7, *Nägelsbach-Müller 'lat. Stil.' p.* 460[8] ‖ 22. id quae m. *M* ‖ 24. ordine ipso *M*, *videturque asyndeton h. quoque l. posse ferri*, ordine ipso et *HD*. ordine *del. Ernesti* ‖ pars est maxima] prorsus est maxima *vel* prima est ⟨et⟩ maxima *Schütz* ‖ 27. P. Rupilius P. f. Men.] *cf. Dessau ad C. I. L.* XIV *p.* 289 ‖ 27. 28. qui est magister in ea societate *praeeunte ex parte Kleynio del. Boot* (*'obs. crit.'*

a te peto, Cn. Pupium, qui est in operis eius societatis, omnibus tuis officiis atque omni liberalitate tueare curesque, ut eius operae, quod tibi facile factu est, quam gratissimae sint sociis, remque et utilitatem sociorum — cuius rei quantam potestatem quaestor habeat, non sum ignarus — per te quam maxime defensam et auctam velis. id cum mihi gratissimum feceris, tum illud tibi expertus promitto et spondeo, te socios Bithyniae, si eis commodaris, memores esse et gratos cogniturum.

X. (196.)

CICERO BRVTO S.

1 Cum ad te tuus quaestor, M. Varro, proficisceretur, commendatione egere eum non putabam; satis enim commendatum tibi eum arbitrabar ab ipso more maiorum, qui, ut te non fugit, hanc quaesturae coniunctionem liberorum necessitudini proximam voluit esse; sed, cum sibi ita persuasisset ipse, meas de se accurate scriptas litteras maximum apud te pondus habituras, a meque contenderet, ut quam diligentissime scriberem, malui facere, quod meus familiaris
2 tanti sua interesse arbitraretur. ut igitur debere me facere hoc intellegas, cum primum M. Terentius in forum venit, ad amicitiam se meam contulit; deinde, ut se conroboravit, duae causae accesserunt, quae meam in illum benevolentiam augerent: una, quod versabatur in hoc studio nostro, quo etiam nunc maxime delectamur, et cum ingenio, ut nosti, nec sine industria; deinde, quod mature se contulit in societates publicorum, quod quidem nollem — maximis enim damnis adfectus est —, sed tamen causa communis ordinis mihi commendatissimi fecit amicitiam nostram firmiorem; deinde versatus in utrisque supselliis optima et fide et fama iam ante hanc commutationem rei p. petitioni sese dedit honoremque honestissi-
3 mum existimavit fructum laboris sui; his autem temporibus a me Brundisio cum litteris et mandatis profectus ad Caesarem est, qua in re et amorem eius in suscipiendo negotio perspexi et in conficiendo ac renuntiando fidem. videor mihi, cum separatim de probitate eius et moribus dicturus fuissem, si prius causam, cur eum

p. 24), *iniuria. de* magistri *v. hoc usu cf. Marquardt 'r. Staatsverw.'* II^2 *p.* 300, 12 ‖ 28. in maioremodum *M* ‖ 1. in operis] *cf. Marquardt p.* 301, 3 3. facile factu est *D*, f. factus est *M*, factum facile est *H*. facile factust *fuisse videtur nec vero cum Kleynio* (*p.* 49) f. factu sit ‖ 5. te quem m. *M* ‖ 7. eis] his *Ψ*, iis *ς* ‖ 21. in illum *M*, *om. HD* ‖ 22. etian nunc *M* (*cf.* XII, 15, 3; XIII, 15, 2), etiam *H* ‖ 24. societate *HD* ‖ publicorum *MH*, publicanorum *D*. *cf. Gronovius 'observ.' p.* 789 *sq. ed. Platner, Marquardt 'r. Staatsr.'* II^2 *p.* 300, 2 ‖ 25. causa *HD*, *om. M* ‖ 31. 32. et conficiendo *H*

tantopere diligerem, tibi exposuissem, in ipsa causa exponenda satis etiam de probitate dixisse; sed tamen separatim promitto in meque recipio fore eum tibi et voluptati et usui: nam et modestum hominem cognosces et prudentem et a cupiditate omni remotissimum, praeterea magni laboris summaeque industriae. neque ego haec 4
polliceri debeo, quae tibi ipsi, cum bene cognoris, iudicanda sunt; sed tamen in omnibus novis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit et qua commendatione quasi amicitiae fores aperiantur: quod ego his litteris efficere volui; etsi id ipsa per se necessitudo quaesturae effecisse debet; sed tamen nihilo infirmius illud hoc addito. cura igitur, si me tanti facis, quanti et Varro existimat et ipse sentio, ut quam primum intellegam hanc meam commendationem tantum illi utilitatis attulisse, quantum et ipse sperarit nec ego dubitarim.

XI. (197.)

CICERO BRVTO S.

Quia semper animadverti studiose te operam dare, ut ne quid 1
meorum tibi esset ignotum, propterea non dubito, quin scias, non solum cuius municipii sim, sed etiam quam diligenter soleam meos municipes Arpinatis tueri: quorum quidem omnia commoda omnesque facultates, quibus et sacra conficere et sarta tecta aedium sacrarum locorumque communium tueri possint, consistunt in eis vectigalibus, quae habent in provincia Gallia; ad ea visenda pecuniasque, quae a colonis debentur, exigendas totamque rem et cognoscendam et administrandam legatos equites Romanos misimus, Q. Fufidium Q. f., M. Faucium M. f., Q. Mamercium Q. f. peto a 2
te in maiorem modum pro nostra necessitudine, ut tibi ea res curae sit operamque des, ut per te quam commodissime negotium municipii administretur quam primumque conficiatur, ipsosque, quorum nomina scripsi, ut quam honorificentissime pro tua natura et quam liberalissime tractes. bonos viros ad tuam necessitudinem adiunxeris 3
municipiumque gratissimum beneficio tuo devinxeris, mihi vero etiam gratius feceris, quod cum semper tueri municipes meos con-

1. tanto opere ς ‖ 3. et usui nam *HD*, eius uinam *M* ‖ 3. 4. homines *M* ‖ 4. prudentem] pudentem *Corradus, inutiliter.* prudentem *pro aliorum* pudentem *etiam ap. Cic. ad Att.* II, 22. 7 *recte retinuit Boot* ‖ 5. summe *H* ‖ ego haec *M*, haec ego *HD* ‖ 9. quod ego *ex* quid ego *M*[c] ‖ 10. addito hoc *H* ‖ 13. nec *HD*, ne *M* ‖ dubitauerim *HD* ‖ 19. Arpinatis *del. Bake* (*Mnemos.* II. 1853. *p.* 422) *posteaque Cobet* ‖ 21. communium] *cf. Mommsen* 'r. Staatsr.' II[2] *p.* 450, 3. III *p.* 782, 1 ‖ possint] possit *Ψ* ‖ eis] his *Ψ*, iis ς ‖ 23. 24. rem cognoscendam *H* ‖ 24. 25. misimusque fufidium *M* ‖ 25. faucium *M*, lucium *HD* ‖ mamercium *Ψ*, mamercum ς. *cf. C. I. L.* X 69. 1137. 1138 ‖ 29. ut qua h. *M* ‖ 32. etiam eo gratius *D*

suevi, tum hic annus praecipue ad meam curam officiumque pertinet: nam constituendi municipii causa hoc anno aedilem filium meum fieri volui et fratris filium et M. Caesium, hominem mihi maxime necessarium — is enim magistratus in nostro municipio nec alius ullus creari solet —; quos cohonestaris in primisque me, si res p. municipii tuo studio diligentia bene administrata erit: quod ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo.

XII. (198.)

CICERO BRVTO S.

1 Alia epistula communiter commendavi tibi legatos Arpinatium ut potui diligentissime, hac separatim Q. Fufidium, quocum mihi omnes necessitudines sunt, diligentius commendo, non ut aliquid de illa commendatione deminuam, sed ut ad hanc addam: nam et privignus est M. Caesii, mei maxime et familiaris et necessarii, et fuit in Cilicia mecum tribunus militum, quo in munere ita se
2 tractavit, ut accepisse ab eo beneficium viderer, non dedisse; est praeterea — quod apud te valet plurimum — a nostris studiis non abhorrens. quare velim eum quam liberalissime complectare operamque des, ut in ea legatione, quam suscepit contra suum commodum secutus auctoritatem meam, quam maxime eius excellat industria; vult enim, id quod optimo cuique natura tributum est, quam maximam laudem cum a nobis, qui eum impulimus, tum a municipio consequi, quod ei continget, si hac mea commendatione tuum erga se studium erit consecutus.

XIII. (199.)

CICERO BRVTO S.

L. Castronius Paetus, longe princeps municipii Lucensis, est honestus, gravis, plenus officii, bonus plane vir et cum virtutibus, tum etiam fortuna, si quid hoc ad rem pertinet, ornatus; meus autem est familiarissimus, sic prosus, ut nostri ordinis opservet neminem diligentius; quare ut et meum amicum et tua dignum

---

4. is enim] *cf. Mommsen C. I. L.* X *p.* 556 || 6. studio diligentia] *in asyndeto olim offensum est* || 10. communiter *om. H*[1] || 13. deminuam *MH*, comminuam *D* || ut ad hanc *MD*, ut hanc *H*, ut ad ⟨illam⟩ hanc *Baiter* || 19. ut in *M*, in *HD* || suum commodum *M*, commodum suum *HD* || 27. $\overset{c}{\text{lucensis}}$, c *a m.* 1, *H* || 29. tum *HD*, tam *M* || 30. est *MD*, est quam *H* || sic prosus (prorsus *HD*)] *cf. Wölfflin 'Arch. f. lat. Lexicogr.'* IV *p.* 619

amicitia tibi commendo: cui quibuscumque rebus commodaveris, tibi profecto iucundum, mihi certe erit gratum. vale.

XIV. (200.)

CICERO BRVTO S.

L. Titio Strabone, equite R. in primis honesto et ornato, 1
familiarissime utor; omnia mihi cum eo intercedunt iura summae
necessitudinis: huic in tua provincia pecuniam debet P. Cornelius;
ea res a Volcacio, qui Romae ius dicit, reiecta in Galliam est.
peto a te hoc diligentius, quam si mea res esset, quo est honestius 2
de amicorum pecunia laborare quam de sua, ut negotium conficiendum cures, ipse suscipias, transigas operamque des, quoad tibi aecum et rectum videbitur, ut quam commodissima condicione libertus Strabonis, qui eius rei causa missus est, negotium conficiat ad nummosque perveniat. id et mihi gratissimum erit et tu ipse L. Titium cognosces amicitia tua dignissimum. quod ut tibi curae sit, ut omnia solent esse, quae me velle scis, te vehementer etiam atque etiam rogo.

XV. (279.)

CICERO CAESARI IMP. S.

Precilium tibi commendo unice, tui necessarii, mei familiaris- 1
simi, viri optimi, filium; quem cum adulescentem ipsum propter eius modestiam, humanitatem, animum et amorem erga me singularem mirifice diligo, tum patrem eius re doctus intellexi et didici mihi fuisse semper amicissimum. em hic ille est de illis, maxime qui inridere atque obiurgare me solitus est, quod me non tecum, praesertim cum aps te honorificentissime invitarer, coniungerem:

ἀλλ᾽ ἐμὸν οὔ ποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν·

audiebam enim nostros proceres clamitantis:

ἄλκιμος ἔσσ᾽, ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ.
ὣς φάτο, τὸν δ᾽ ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα.

1. commodaueris *HD*, commendaueris *M* ‖ 2. //iucundum, 2 *litt. ras.*, *M*, *unde* erit iuc. *Klotz* ‖ 2. uale *MD*, ualde *H* ‖ 5. titio *D*, ticio *H*, titione *M* (titio *ind. MH*) ‖ 7. P.] pupillus Ψ ‖ 8. uulcacio *M*, uulcatio *HD*. *cf.* 1, 1, 3 ‖ 9. quo *M*, quod *HD* ‖ 12. aequum *HD* ‖ 13. libertus *M*, liberius *HD* ‖ causa rei *H* ‖ 20. precilium *MH et ind.* (*cf. C. I. L.* V 35), praecilium *D*. *praenomen* (*'fort.* P.') *desiderarit Kleyn* ‖ 24. em *M*, *om. HD*. en ς. *cf. A. Köhler 'Arch. f. lat. Lexicogr.'* VI *p.* 28 *sq.* ‖ de illis *M*, *om. HD*. de tuis *Wesenberg* ‖ 25. soliti sunt ς. *cf. Reisigii schol. synt. Lat. p.* 32 *sq. ed. Schmalz et Vahlen ind. lect. Berol.* 1891/92 *p.* 11 ‖ 27. ἀλλ᾽] *Hom.* η 258. *ceterum HD monstra adferre inutile* ‖ 28. audiebat *H* ‖ 29. ἄλκιμος] α 302 ‖ εσσα Ψ ‖ 30. ὣς] ω 315. *plenus versus est in HD, in M*: ως φελη εκαλυψε μελαινα

2 sed tamen idem me consolantur etiam: hominem perustum etiamnum gloria volunt incendere atque ita locuntur:

μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

sed me minus iam movent, ut vides. itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera praecepta *Εὐριπίδου*·

μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός·

quem versum senex Precilius laudat egregie et ait posse eundem et *ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω* videre et tamen nihilo minus

αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

3 sed, ut redeam ad id, unde coepi, vehementer mihi gratum feceris, si hunc adulescentem humanitate tua, quae est singularis, comprenderis et ad id, quod ipsorum Preciliorum causa te velle arbitror, addideris cumulum commendationis meae. genere novo sum litterarum ad te usus, ut intellegeres non vulgarem esse commendationem.

XVI. (280.)

CICERO CAESARI S.

1 P. Crassum ex omni nobilitate adulescentem dilexi plurimum, et ex eo cum ab ineunte eius aetate bene speravissem, tum † per me existimare coepi ex his iudiciis, quae de eo feceram, cognitis. eius libertum Apollonium iam tum equidem, cum ille viveret, et magni faciebam et probabam; erat enim et studiosus Crassi et ad eius optima studia vehementer aptus; itaque ab eo admodum dili-
2 gebatur. post mortem autem Crassi eo mihi etiam dignior visus est, quem in fidem atque amicitiam meam reciperem, quod eos a se observandos et colendos putabat, quos ille dilexisset et quibus carus fuisset; itaque et ad me in Ciliciam venit multisque in rebus mihi magno usui fuit et fides eius et prudentia, et, ut opinor, tibi

1. consolantur ς, consolatur *Ψ* ‖ 1. 2. etiamnum] etian num *M* (*cf.* XII, 15, 3; XIII, 10, 2), etiam unum *H*, et ina (*sed hoc v. del.*) inanum *D* (*in mg. D*²: al. inanissimum) ‖ 2. loquuntur *MH* ‖ 3. *μὴ* (*με M, μι HD*)] *X* 304 ‖ *απολοιμεν M* ‖ 4. *εσομεvοισσι πυθεσται M* ‖ 5. me minus *HD*, miminus *M*. minus *alii* ‖ 6. *ευρειπιδου M* 7. *μισω* (*μεισω M*)] *Eur. fr.* 905 (*fr. trag. Gr. p.* 652 *N.*²) ‖ 8. praecilius *h. l. Ψ* 9. *ἅμα πρόσσω* (*προσσι M*)] *Α* 343, *ω* 452 ‖ 10. *αἰὲν*] Z 208, *Λ* 784 ‖ *αριστευειιν M* ‖ *εμμεναααλων M* ‖ 11. cepi *HD* ‖ 12. 13. comprehenderis *HD* 13. praeciliorum (pciliorum *H*) *HD* ‖ 14. commendationi meae *HD* ‖ 17. C. *ante* caesari *in M erasum* (*om. P*) ‖ 19. ex eo] de eo *alii* ‖ 19. 20. per me] perbene *Schütz*, optime *Lambinus*, praeclare *Klotz*, nuper optime *Krauss* ('*em. Cic. ep.*' *p.* 32) | 20. ex his *item corruptum.* eximiis *Klotz et Krauss*, iis *Ernesti* ‖ feceram] feceras *Madvig, recte ut vid. cf. tamen Wielandii transl.* ‖ 21. libertum *HD*, liberum *M* ‖ 24. etiam mihi *H* ‖ 25. quod *HD*, quos, s *a m.* 1 *ex c, ut vid., M* (quo *P*) 27. itaque ad *H*

in Alexandrino bello, quantum studio et fidelitate consequi potuit,
non defuit: quod cum speraret te quoque ita existimare, in Hispa- 3
niam ad te maxime ille quidem suo consilio, sed etiam me auctore
est profectus. cui ego commendationem non sum pollicitus, non
quin eam valituram apud te arbitrarer, sed neque egere mihi
commendatione videbatur, qui et in bello tecum fuisset et propter
memoriam Crassi de tuis unus esset, et, si uti commendationibus
vellet, etiam per alios eum videbam id consequi posse: testimonium
mei de eo iudicii, quod et ipse magni aestimabat et ego apud te
valere eram expertus, ei lubenter dedi. doctum igitur hominem 4
cognovi et studiis optimis deditum, idque a puero: nam domi meae
cum Diodoto Stoico, homine meo iudicio eruditissimo, multum a
puero fuit; nunc autem, incensus studio rerum tuarum, eas litteris
Graecis mandare cupiebat. posse arbitror: valet ingenio; habet
usum; iampridem in eo genere studii litterarumque versatur; satis
facere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. habes opinionis meae testimonium, sed tu hoc facilius multo pro tua singulari prudentia iudicabis. et tamen, quod negaveram, commendo tibi eum: quidquid ei commodaveris, erit id mihi maiorem in modum gratum.

XVII. (251.)

CICERO S. D. SER. SVLPICIO.

M'. Curius, qui Patris negotiatur, multis et magnis de causis 1
a me diligitur: nam et amicitia pervetus mihi cum eo est, ut primum in forum venit, instituta, et Patris cum aliquotiens antea, tum proxime hoc miserrimo bello domus eius tota mihi patuit, qua, si opus fuisset, tam essem usus quam mea; maximum autem mihi vinculum cum eo est quasi sanctioris cuiusdam necessitudinis, quod est Attici nostri familiarissimus eumque unum praeter ceteros
opservat ac diligit. quem si tu iam forte cognosti, puto me hoc, 2
quod facio, facere serius; ea est enim humanitate et observantia, ut eum tibi iam ipsum per se commendatum putem; quod tamen si ita est, magno opere a te quaeso, ut ad eam voluntatem, si quam

2. te speraret quoque *H* ‖ 5. arbitrarer *M*, arbitrer *HD* ‖ 7. unus *sup. vs.* *H*[1]. unus de tuis *D* ‖ 9. mei] meum *Ψ* ‖ quod ipse *H* ‖ 10. ei *MD*, et *H* libenter *HD* ‖ 14. cupiebat] cupit *Ernesti* ‖ 15. iam diu pridem *H* ‖ 16. 17. opiniones *M* ‖ 19. mihi *HD*, *om.* *M* ‖ 23. M'.] m. *Ψ* ‖ negotiatur patris *H* 25. uenit *HD*, ueni *M* ‖ 26. proxime hoc mis. bello] *cf. W. Iudeich 'Caesar im Orient' (Lips.* 1885) *p.* 168 ‖ 27. 28. uinculum mihi *H* ‖ 30. cognosti *M*, cognouisti *HD* ‖ 31. obseruantia et humanitate *H* ‖ 32. per se ipsum *H* ‖ 33. magnopere *H*

in illum ante has meas litteras contulisti, quam maximus potest 3 mea commendatione cumulus accedat: sin autem propter verecundiam suam minus se tibi optulit aut nondum eum satis habes cognitum aut quae causa est, cur maioris commendationis indigeat, sic tibi eum commendo, ut neque maiore studio quemquam neque iustioribus de causis commendare possim, faciamque id, quod debent facere ei, qui religiose et sine ambitione commendant: spondebo enim tibi vel potius spondeo in meque recipio eos esse M'. Curii mores eamque cum probitatem, tum etiam humanitatem, ut eum et amicitia tua et tam accurata commendatione, si tibi sit cognitus, dignum sis existimaturus. mihi certe gratissimum feceris, si intellexero has litteras tantum, quantum scribens confidebam, apud te pondus habuisse.

XVIII. (252.)

CICERO SERVIO S.

1 Non concedam, ut Attico nostro, quem elatum laetitia vidi, iucundiores tuae suavissime ad eum et humanissime scriptae litterae fuerint quam mihi; † nam, etsi utrique nostrum prope aeque gratae erant, tamen ego admirabar magis te, qui, si rogatus aut certe admonitus liberaliter Attico respondisses — quod tamen dubium nobis, quin ita futurum fuerit, non erat —, ultro ad eum scripsisse eique nec opinanti voluntatem tuam tantam per litteras detulisse. de quo non modo rogare te, ut eo studiosius mea quoque causa facias, non debeo — nihil enim cumulatius fieri potest, quam polliceris —, sed ne gratias quidem agere, quod tu et ipsius causa et 2 tua sponte feceris: illud tamen dicam, mihi id, quod fecisti, esse gratissimum; tale enim tuum iudicium de homine eo, quem ego unice diligo, non potest mihi non summe esse iucundum, quod cum ita sit, esse gratum necesse est. sed tamen, quoniam mihi pro coniunctione nostra vel peccare aput te in scribendo licet, utrumque eorum, quae negavi mihi faciunda esse, faciam: nam et ad id, quod Attici causa te ostendisti esse facturum, tantum velim addas, quantum ex nostro amore accessionis fieri potest, et, quod modo verebar,

1. 2. potest mea *Manutius*, postea *Ψ* ‖ 4. aut quae *M*, aut qua *D*, atque *H* ‖ 7. ei] hi *Ψ*, ii ς ‖ 8. eos esse m. *M*, esse eos m. *HD* ‖ 9. tum etiam humanitatem *bis scripta in M* ‖ 10. sit cognitus] *cf. F. Hartmann 'Arch. f. lat. Lexicogr.'* III *p.* 346 ‖ 15. seruo *M* ‖ 18. nam *cet.*] *hiat oratio.* quasi *pro* qui si ς. *probabilius ab aliis lacuna statuitur:* non erat, ⟨nobis satis fecisses⟩ *Baiter,* respondisses, ⟨nobis gratum fecisses⟩ *Lehmann* (*p.* 61), *melius, nisi quod supplementum post* non erat *insertum mallem* ‖ 22. eique nec *MD*, atque quae nec *H* ‖ 27. ego *M*, *om. HD* ‖ 29. gratum esse *H*

tibi gratias agere, nunc plane ago teque ita existimare volo, quibuscumque officiis in Epiroticis reliquisque rebus Atticum opstrinxeris, eisdem me tibi obligatum fore.

XIX. (253.)

CICERO SERVIO S.

Cum Lysone Patrensi est mihi quidem hospitium vetus, quam ego necessitudinem sancte colendam puto; sed ea causa etiam cum aliis compluribus, familiaritas tanta nullo cum hospite, et ea cum officiis eius multis, tum etiam consuetudine cotidiana sic est aucta, ut nihil sit familiaritate nostra coniunctius. is cum Romae annum prope ita fuisset, ut mecum viveret, etsi eramus in magna spe te meis litteris commendationeque diligentissime facturum — id quod fecisti —, ut eius rem et fortunas apsentis tuerere, tamen, quod in unius potestate erant omnia et quod Lyso fuerat in nostra causa nostrisque praesidiis, cotidie aliquid timebamus; effectum tamen est et ipsius splendore et nostro reliquorumque hospitum studio, ut omnia, quae vellemus, a Caesare impetrarentur, quod intelleges ex eis litteris, quas Caesar ad te dedit. 1

nunc non modo non remittimus tibi aliquid ex nostra commendatione, quasi adepti iam omnia, sed eo vehementius a te contendimus, ut Lysonem in fidem necessitudinemque tuam recipias: cuius dubia fortuna timidius tecum agebamus, verentes ne quid accideret eiusmodi, ut ne tu quidem mederi posses; explorata vero eius incolumitate omnia a te †studia summo cura peto. quae ne singula enumerem, totam tibi domum commendo, in his adulescentem filium eius, quem C. Maenius Gemellus, cliens meus, cum in calamitate exilii sui Patrensis civis factus esset, Patrensium legibus adoptavit, ut eius ipsius hereditatis ius causamque tueare. 2

caput illud est, ut Lysonem, quem ego virum optimum gratissimumque cognovi, recipias in necessitudinem tuam; quod si feceris, non dubito, quin in eo diligendo ceterisque postea commen- 3

3. eisdem] iisdem *M*, hisdem *HD* ‖ 6. patrensi est *HD*, patrem si est *M* 7. causa ⟨est⟩ etiam *alii* ‖ 8. familiaritas//, 1 *litt. er.*, s, *ut vid.*, *corr. a m.* 1, *M* 12. commendatione *H* ‖ 13. apsentis *M*, praesentis (p̄sentis *H*) *HD* ‖ tuerere *HD*, uerere *M* ‖ 15. 16. est et *M*, est *D*, et *H* ‖ 16. reliquorumque *M*, reliquorum *HD* 18. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ 21. 22. fortunatim id iuste cum agebamus *M*, fortuna tum id iuste cum agebamus (ageba- *H*) *HD* ‖ 22. quid///, *ras.* 2 *litt. in fine vs.*, *M* 23. 24. studia summo cura *M*, summo studio et cura *HD*. studia summa cura *vel* studio summo curaque *vel* summo studio summaque cura ς, summo studio, summa cura *vel* s. st. et s. c. *Wesenberg*. *emendatio incerta: fort. subest asyndeton bimembre eius formae quae extat* XIII, 11, 3: tuo studio diligentia ‖ 25. maenius *M*, menius *HD*, memmius ς ‖ 28. est ut] est et *Ψ* ‖ 30. feceris *MD*, legeris *H* (*D*² *in mg.:* al. legeris)

dando idem, quod ego, sis iudicii et voluntatis habiturus. quod cum fieri vehementer studeo, tum etiam illud vereor, ne, si minus cumulate videbere fecisse aliquid eius causa, me ille neglegenter scripsisse putet, non te oblitum mei; quanti enim me faceres, cum ex sermonibus cotidianis meis, tum ex epistulis etiam tuis potuit cognoscere.

XX. (254.)

CICERO SERVIO S.

Asclapone Patrensi, medico, utor familiariter eiusque cum consuetudo mihi iucunda fuit, tum ars etiam, quam sum expertus in valetudine meorum; in qua mihi cum ipsa scientia, tum etiam fidelitate benivolentiaque satis fecit. hunc igitur tibi commendo et a te peto, ut des operam, ut intellegat diligenter me scripsisse de sese meamque commendationem usui magno sibi fuisse: erit id mihi vehementer gratum.

XXI. (255.)

CICERO SERVIO S.

1 M. Aemilius Avianius ab ineunte adulescentia me opservavit semperque dilexit, vir cum bonus, tum perhumanus et in omni genere officii diligendus: quem si arbitrarer esse Sicyone et nisi audirem ibi eum etiam nunc, ubi ego reliqui, Cibyrae commorari, nihil esset necesse plura me ad te de eo scribere; perficeret enim ipse profecto suis moribus suaque humanitate, ut sine cuiusquam commendatione diligeretur aps te non minus quam et a me et a
2 ceteris suis familiaribus; sed, cum illum abesse putem, commendo tibi in maiorem modum domum eius, quae est Sicyone, remque familiarem, maxime C. Avianium Hammonium, libertum eius, quem quidem tibi etiam suo nomine commendo; nam cum propterea mihi est probatus, quod est in patronum suum officio et fide singulari, tum etiam in me ipsum magna officia contulit mihique molestissimis temporibus ita fideliter benivoleque praesto fuit, ut si a me manumissus esset. itaque peto a te, ut eum Hammonium et in

3. uidebere *M*, uiderere *H*, uiderer (efficisse) *D* ‖ 4. pute *M* ‖ 12. 13. de se *D* 13. usui sibi magno *Wesenberg* ‖ 16. SERVIO] octauio *Ψ et ind. M* (octauiano *ind. H*) ‖ 17. Avianius *Klotz*, auianus *M*, auinianus *HD* ‖ 19. diligendus *Ψ* (*cf. Nägelsbach-Müller 'lat. Stil.' p. 274*[8]), diligens *vel* diligentissimus *corrigunt* arbitrer *H* ‖ 20. eum *M*, *om. HD* ‖ 24. putem *ex* puto *M*[1] ‖ 26. auinianum *H* hamonium *HD* ‖ 27. etiam *om. H* ‖ 29. 30. molestissimus *H*[1], *et D ante corr.* ‖ 31. Hammonium (hamonium *D*, ammonium *ex* iam monium *H*[1]) *suspectum Manutio*

patroni eius negotio sic tueare, ut eius procuratorem, quem tibi
commendo, et ipsum suo nomine diligas habeasque in numero
tuorum: hominem pudentem et officiosum cognosces et dignum, qui
a te diligatur. vale.

XXII. (256.)

CICERO SERVIO S.

T. Manlium, qui negotiatur Thespiis, vehementer diligo; nam 1
et semper me coluit diligentissimeque observavit et a studiis nostris
non abhorret; accedit eo, quod Varro Murena magno opere eius
causa vult omnia; qui tamen existimavit, etsi suis litteris, quibus
tibi Manlium commendabat, valde confideret, tamen mea commen-
datione aliquid accessionis fore. me quidem cum Manli familiaritas,
tum Varronis studium commovit, ut ad te quam accuratissime
scriberem. gratissimum igitur mihi feceris, si huic commendationi 2
meae tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum, id est, si
T. Manlium quam maxime, quibuscumque rebus honeste ac pro tua
dignitate poteris, iueris atque ornaveris, ex ipsiusque praeterea gra-
tissimis et humanissimis moribus confirmo tibi te eum, quem soles
fructum a bonorum virorum officiis exspectare, esse capturum.

XXIII. (257.)

CICERO SERVIO S.

L. Cossinio, amico et tribuli tuo, valde familiariter utor; nam 1
et inter nosmet ipsos vetus usus intercedit et Atticus noster maiorem
etiam mihi cum Cossinio consuetudinem fecit; itaque tota Cossinii
domus me diligit in primisque libertus eius, L. Cossinius Anchialus,
homo et patrono et patroni necessariis, quo in numero ego sum,
probatissimus. hunc tibi ita commendo, ut, si meus libertus esset 2
eodemque apud me loco esset, quo [et] est aput suum patronum,
maiore studio commendare non possem. quare pergratum mihi
feceris, si eum in amicitiam tuam receperis atque eum, quod sine
molestia tua fiat, si qua in re opus ei fuerit, iueris: id et mihi
vehementer gratum erit et tibi postea iucundum; hominem enim
summa probitate, humanitate opservantiaque cognosces.

1. 2. quem tibi commendo *del. Ernesti* ‖ 2. et ipsum, 2 *litt. ras., M*, ut ipsum *HD* ‖ 3. pudentem *M*, prudentem *HD* ‖ 4. vale *om. H* ‖ 8. diligentissime *H* ‖ 9. magnopere *H* ‖ 11. commendabat | commendarat *Ernesti* ‖ 13. te accuratissime *H* ‖ 15. cui M^c, *om.* M^1 (*hab. P*) ‖ 17. iuueris *HD* ‖ 18. te *om. H* ‖ 22. tuo | meo *alii, perperam. ceterum cf. Mommsen* '*r. Staatsr.*' III, 1 *p.* 197 ‖ 26. necessarius *HD* (*in mg.* D^2: al. necessariis) ‖ 28. et | *om.* ς. is *Klotz* ‖ 30. tuam *om. H* ‖ 31. ei *M*, *om. HD* ‖ iuueris *HD* ‖ et mihi *M*, mihi *HD*

XXIV. (258.)

CICERO SERVIO S.

1 Cum antea capiebam ex officio meo voluptatem, quod memi-
neram, quam tibi diligenter Lysonem, hospitem et familiarem meum,
commendassem, tum vero, postea quam ex litteris eius cognovi tibi
eum falso suspectum fuisse, vehementissime laetatus sum me tam
diligentem in eo commendando fuisse; ita enim scripsit ad me, sibi
meam commendationem maximo adiumento fuisse, quod ad te dela-
tum diceret sese contra dignitatem tuam Romae de te loqui solitum
2 esse; de quo etsi pro tua facilitate et humanitate purgatum se tibi
scribit esse, tamen primum, ut debeo, tibi maximas gratias ago,
cum tantum litterae meae potuerunt, ut eis lectis omnem offensio-
nem suspicionis, quam habueras de Lysone, deponeres, deinde credas
mihi adfirmanti velim me hoc non pro Lysone magis quam pro
omnibus scribere, hominem esse neminem, qui umquam mentionem
tui sine tua summa laude fecerit, Lyso vero, cum mecum prope
cotidie esset unaque viveret, non solum, quia libenter me audire
arbitrabatur, sed quia libentius ipse loquebatur, omnia mihi tua
3 et facta et dicta laudabat. quapropter, etsi a te ita tractatur, ut
iam non desideret commendationem meam unisque se litteris meis
omnia consecutum putet, tamen a te peto in maiorem modum, ut
eum etiam atque etiam tuis officiis liberalitate conplectare. scriberem
ad te, qualis vir esset, ut superioribus litteris feceram, nisi eum
iam per se ipsum tibi satis esse notum arbitrarer.

XXV. (259.)

CICERO SERVIO S.

Hagesaretus Larisaeus, magnis meis beneficiis ornatus in consulatu meo, memor et gratus fuit meque postea diligentissime coluit: eum tibi magnopere commendo, ut et hospitem meum et familiarem et gratum hominem et virum bonum et principem civitatis suae et

3. 4. memineram] meminerim *Ψ* ‖ 6. sum me] me *H* ‖ 11. grates *H* ‖ 12. cum] quod *Wesenberg, iniuria* ‖ eis] his *Ψ*, iis *Orelli* ‖ 17. audire—18. libentius *om.* *H*[1] ‖ 19. ita *M*, *om.* *HD* ‖ 20. unisque *D*, unusque *H*, uisque *M* 22. officiis liberalitate] *in asyndeto olim offensum* ‖ 24. esse notum *HD*, esse notum esse *M* ‖ 27. Hagesaretus] *cf. R. Meister 'd. griech. Dial.'* I *p.* 295. Hegesaretus *Ernesti* (*cf. inscr. Thessal. athen. Mittheil.* XII. 1887. *p.* 355: *Ἡγησάρετε χαῖρε, sed aetat. imperat.*), Hegesaratus *Ursinus*, Hagesistratus *Pluygers* (*Mnemos.* IX. 1881. *p.* 119). Hegesaretos *ap. Caes. b. c.* III 35 *edunt* ‖ 29. magno opere ς ‖ familiarem *HD*, familiarem meum *M*

tua necessitudine dignissimum. pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intellegat hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse.

XXVI. (260.)

CICERO SERVIO S.

L. Mescinius ea mecum necessitudine coniunctus est, quod mihi 1
quaestor fuit; sed hanc causam, quam ego, ut a maioribus accepi,
semper gravem duxi, fecit virtute et humanitate sua iustiorem:
itaque eo sic utor, ut nec familiarius ullo nec lubentius. is quamquam confidere videbatur te sua causa, quae honeste posses, libenter esse facturum, † magnum esse tamen speravit apud te meas quoque litteras: id cum ipse ita iudicabat, tum pro familiari consuetudine saepe ex me audierat, quam suavis esset inter nos et quanta coniunctio. peto igitur a te, tanto scilicet studio, quanto intellegis 2
debere me petere pro homine tam mihi necessario et tam familiari, ut eius negotia, quae sunt in Achaia ex eo, quod heres est M. Mindio, fratri suo, qui Eli negotiatus est, explices et expedias cum iure et potestate, quam habes, tum etiam auctoritate et consilio tuo; sic enim praescripsimus eis, quibus ea negotia mandavimus, ut omnibus in rebus, quae in aliquam controversiam vocarentur, te arbitro et, quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore uterentur: id ut honoris mei causa suscipias, vementer te etiam atque etiam rogo.
illud praeterea, si non alienum tua dignitate putabis esse, feceris 3
mihi pergratum, si qui difficiliores erunt, ut rem sine controversia confici nolint, si eos, quoniam cum senatore res est, Romam reieceris; quod quo minore dubitatione facere possis, litteras ad te a M. Lepido consule, non quae te aliquid iuberent — neque enim id tuae dignitatis esse arbitramur —, sed quodam modo quasi commendaticias
sumpsimus. scriberem, quam id beneficium bene apud Mescinium 4
positurus esses, nisi et te scire confiderem et mihi peterem; sic enim velim existimes, non minus me de illius re laborare quam ipsum de sua; sed cum illum studeo quam facillime ad suum pervenire, tum illud laboro, ut non minimum hac mea commendatione se consecutum arbitretur.

---

6. ea mecum necessitudine *MD*, ea causa et necessitudine mecum *H*. eo m. n. *Ernesti*, ea ⟨re⟩ m. n. *Boot* ('*obs. crit.*' *p.* 24) ‖ 7. 8. accepissem pergrauem *M* ‖ 9. libentius *HD* ‖ 10. te] et *Ψ* ‖ 11. magnum] magni? *cf.* XIII, 72, 2, XV, 15, 4 *deque infinitivo praes. temp. Reisigii schol. synt. Lat. p.* 343 *sq. ed. Landgraf.* magnum . . . . . litteras ⟨pondus habituras⟩ ς, *molestissima verborum collocatione. cf. ann. phil.* 1891 *p.* 349 ‖ 12. ita *om. H* ‖ 17. eli (elis *D*[2]) *Ψ*, Elide ς ‖ 19. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ 22. uehementer *HD* ‖ 25. quoniam cum senatore res est] *cf. Mommsen* '*r. Staatsr.*' II[3] *p.* 267 *sq.*, III *p.* 1214 ‖ 26. possis] posses *Ernesti* ‖ 27. id *M*, *om. HD* ‖ 28. arbitramur] arbitrabamur *alii*

XXVII. (261.)

CICERO SERVIO S.

1 Licet eodem exemplo saepius tibi huius generis litteras mittam,
cum gratias agam, quod meas commendationes tam diligenter ob-
serves — quod feci in aliis et faciam, ut video, saepius —, sed
tamen non parcam operae et, ut vos soletis in formulis, sic ego in
2 epistulis DE EADEM RE ALIO MODO. C. Avianius igitur Hammonius
incredibilis mihi gratias per litteras egit et suo et Aemili Aviani,
patroni sui, nomine: nec liberalius nec honorificentius potuisse
tractari nec se praesentem nec rem familiarem apsentis patroni sui.
id mihi cum iucundum est eorum causa, quos tibi ego summa
necessitudine et summa coniunctione adductus commendaveram, quod
M. Aemilius unus est ex meis familiarissimis atque intimis maxime
necessarius, homo et magnis meis beneficiis devinctus et prope
omnium, qui mihi debere aliquid videntur, gratissimus, tum multo
iucundius te esse in me tali voluntate, ut plus prosis amicis meis,
quam ego praesens fortasse prodessem, credo, quod magis ego dubi-
3 tarem, quid illorum causa facerem, quam tu, quid mea. sed hoc
non dubito quin existimes mihi esse gratum: illud te rogo, ut illos
quoque gratos esse homines putes, quod ita esse tibi promitto atque
confirmo. quare velim, quicquid habent negotii, des operam, quod
4 commodo tuo fiat, ut te optinente Achaiam conficiant. ego cum tuo
Servio iucundissime coniunctissime vivo magnamque cum ex ingenio
eius singularique studio, tum ex virtute et probitate voluptatem capio.

XXVIII. (262.)

CICERO SERVIO S.

1 Etsi libenter petere a te soleo, si quid opus est meorum cuipiam, tamen multo libentius gratias tibi ago, cum fecisti aliquid commendatione mea — quod semper facis —; incredibile est enim, quas mihi gratias omnes agant, etiam mediocriter a me tibi commendati; quae mihi omnia grata, sed de L. Mescinio gratissimum;

5. alios *HD* (*D ex corr.*) ‖ 6. ut vos soletis *Victorius*, ut uoletis *MD* (uolet is D^1, D^2 *in mg.*: al. uidet), ut uidetis *H*. *potest fieri ut in* uoletis *nil lateat nisi* uos (*sic* 5) ‖ 7. c. auianius *M*, cauinius *HD* ‖ 8. Aemili Aviani] aemili auianiani *M*, emiliani *HD* (*in mg.* D^2: al. Emuli Auiani). Aemilii Avianii *alii*
13. atque intimis *M*, ac intumis *HD* ‖ 20. esse homines *M*, homines esse *D*, homines *H* ‖ 23. iucundissime coniunctissime *M*, iuc. et coni. *HD*, iucundissimo coniunctissime *alii* (*cf. Nägelsbach-Müller* 'lat. Stil.' *p.* 315[8]) ‖ 24. capio. uale *D*
27. 28. cuipiam *HD*, cupiam *M* ‖ 31. grata sunt, de *et* grata ⟨sunt⟩, sed de *Wesenberg* (*cf.* '*em. alt.*' *p.* 43 *sq.*)

sic enim est mecum locutus, te, ut meas litteras legeris, statim procuratoribus suis pollicitum esse omnia, multo vero plura et maiora fecisse: id igitur — puto enim etiam atque etiam mihi dicendum
esse — velim existimes mihi te fecisse gratissimum. quod quidem 2
hoc vementius laetor, quod ex ipso Mescinio te video magnam capturum voluptatem: est enim in eo cum virtus et probitas et summum officium summaque opservantia, tum studia illa nostra, quibus antea delectabamur, nunc etiam vivimus. quod relicuum est, velim augeas tua in eum beneficia omnibus rebus, quae te erunt dignae; sed duo, quae te nominatim rogo: primum, ut, si quid satis dandum erit, AMPLIVS EO NOMINE NON PETI, cures, ut satis detur fide mea; deinde, cum fere consistat hereditas in eis rebus, quas avertit Oppia, quae uxor Mindii fuit, adiues ineasque rationem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur: quod si putarit illa fore, ut opinio nostra est, negotium conficiemus. hoc ut adsequamur,
te vementer etiam atque etiam rogo: illud, quod supra scripsi, id 3
tibi confirmo in meque recipio, te ea, quae fecisti Mescinii causa quaeque feceris, ita bene conlocaturum, ut ipse iudices homini te gratissimo iucundissimo benigne fecisse; volo enim ad id, quod mea causa fecisti, hoc etiam accedere.

XXVIIIa. (263.)

⟨CICERO SERVIO S.⟩

Nec Lacedaemonios dubitare arbitror, quin ipsi sua maiorumque 1
suorum auctoritate satis commendati sint fidei et iustitiae tuae, et ego, qui te optime novissem, non dubitavi, quin tibi notissima et iura et merita populorum essent: itaque, cum a me peteret Philippus Lacedaemonius, ut tibi civitatem commendarem, etsi memineram me ei civitati omnia debere, tamen respondi commendatione Lacedaemonios
aput te non egere. itaque sic velim existimes, me omnis 2
Achaiae civitates arbitrari pro horum temporum perturbatione felicis, quod eis tu praesis, eundemque me ita iudicare, te, quod unus optime nosses non nostra solum, sed etiam Graeciae monumenta omnia, tua

1. enim est *M*, est enim *HD* ‖ 5. uehementius *HD* ‖ 6. in eo cum uirtus et probitas et *M*, in eo uirtus et cum probitas et *HD* ‖ 9. te *HD*, et *M* 10. sed duo quae] sunt duo quae *Wesenberg*, sed duo quidem ς, sed duo *Lambinus* ‖ 12. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ 13. mundii *H* ‖ adiuues *HD* ‖ 16. uehementer *HD* ‖ illud . . . id] *cf. Reisigii schol. synt. Lat. p.* 127 *ed. Schmalz* ‖ 16. 17. id tibi confirmo in meque *HD* (*praeterea cod. Paris.* 7783 *et* 14761, *Canonic.* 210, *alii*), id in meque *M* ‖ 17. te eaque f. *M* ‖ 19. gr. iuc.] *in asyndeto olim offensum* ‖ 21. *novae epistulae initium hinc fecit Manutius; priori adiungunt Ψ* 27. 28. me ei *HD*, mei *M* ‖ 31. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ iudicare] iudicasse *Wesenberg*

sponte amicum Lacedaemoniis et esse et fore. quare tantum a te peto, ut, quom ea facies Lacedaemoniorum causa, quae tua fides, amplitudo, iustitia postulat, ut eis, si tibi videbitur, significes te non moleste ferre, quod intellegas ea, quae facias, mihi quoque grata esse; pertinet enim ad officium meum eos existimare curae mihi suas res esse: hoc te vementer etiam atque etiam rogo.

XXIX. (188.)

M. CICERO L. PLANCO S.

1 Non dubito, quin scias in eis necessariis, qui tibi a patre relicti sint, me tibi esse vel coniunctissimum, non eis modo causis, quae speciem habeant magnae coniunctionis, sed eis etiam, quae familiaritate et consuetudine tenentur, quam scis mihi iucundissimam cum patre tuo et summam fuisse; ab his initiis noster in te amor profectus auxit paternam necessitudinem et eo magis, quod intellexi, ut primum per aetatem iudicium facere potueris, quanti quisque tibi faciendus esset, me a te in primis coeptum esse opservari, coli, diligi; accedebat non mediocre vinculum cum studiorum, quod ipsum est per se grave, tum eorum studiorum earumque artium, quae per se ipsae eos, qui voluntate eadem sunt, etiam
2 familiaritate devinciunt. exspectare te arbitror, haec tam longe repetita principia quo spectent: id primum ergo habeto, non sine magna iustaque causa hanc a me commemorationem esse factam. C. Ateio Capitone utor familiarissime. notae tibi sunt varietates meorum temporum: in omni genere et honorum et laborum meorum et animus et opera et auctoritas et gratia, etiam res familiaris C. Capitonis praesto fuit et paruit et temporibus et fortunae meae.
3 huius propinquus fuit T. Antistius, qui cum sorte quaestor Macedoniam optineret neque ei successum esset, Pompeius in eam provinciam cum exercitu venit. facere Antistius nihil potuit; nam, si potuisset, nihil ei fuisset antiquius quam ad Capitonem, quem ut parentem diligebat, reverti, praesertim ⟨cum⟩ sciret, quanti is Caesarem faceret semperque fecisset; sed oppressus tantum attigit

2. ut quam (cum ς) ea facies *M*, ut ea facias (*ex* facies *H*[1]) *HD* ‖ 3. postulat] postulabit *Wesenberg* ‖ eis] his *Ψ*, iis *Orelli* ‖ 6. uehementer *HD* 9. 10. 11. eis] his *Ψ*, iis ς ‖ 10. sint *MD*, sunt *H* ‖ 11. habeant . . . . 12. tenentur] habent . . . . tenentur *aut* habeant . . . . teneantur *alii*. habent aliquam . . . . tenentur *dubitanter H. A. Koch* (*Philol. Anz.* V *p.* 161). *nil mutandum* ‖ 13. initiis/// noster, *ras.* 2 *litt.*, *M* ‖ 13. 14. in te amor *M*, amor in te *D*, amor *H* ‖ 16. tibi quisque *D* ‖ 17. coli *HD*, cogi *M* ‖ 18. per se est *D* ‖ tum eorum] tum meorum *Ψ* ‖ 19. ipsae *M*, ipsas *HD* ‖ 24. genere honorum *H* 27. forte *H* ‖ 30. quam ad] quam ut *Ψ* ‖ 31. cum ς, *om.* *Ψ*

negotii, quantum recusare non potuit. cum signaretur argentum 4
Apolloniae, non possum dicere eum praefuisse neque possum negare adfuisse, sed non plus duobus an tribus mensibus. deinde afuit a castris: fugit omne negotium. hoc mihi ut testi velim credas; meam enim ille maestitiam in illo bello videbat, mecum omnia communicabat. itaque abdidit se in intimam Macedoniam, quo potuit longissime a castris, non modo ut non praeesset ulli negotio, sed etiam ut ne interesset quidem. is post proelium se ad hominem necessarium, A. Plautium, in Bithyniam contulit: ibi eum Caesar cum vidisset, nihil aspere, nihil acerbe dixit, Romam iussit venire. ille in morbum continuo incidit, ex quo non convaluit: aeger Corcyram venit; ibi est mortuus. testamento, quod Romae Paulo et Marcello consulibus fecerat, heres ex parte dimidia et tertia est Capito; in sextante sunt ei, quorum pars sine ulla cuiusquam querela publica potest esse — ea est ad HS xxx —; sed de hoc Caesar viderit.
te, mi Plance, pro paterna necessitudine, pro nostro amore, pro 5
studiis et omni cursu nostro totius vitae simillimo rogo et a te ita peto, ut maiore cura, maiore studio nullam possim, ut hanc rem suscipias, meam putes esse, enitare, contendas, efficias, ut mea commendatione, tuo studio, Caesaris beneficio hereditatem propinqui sui C. Capito optineat. omnia, quae potui in hac summa tua gratia ac potentia a te impetrare, si petissem, ultro te ad me detulisse
putabo, si hanc rem impetravero. illud fore tibi adiumento spero, 6
cuius ipse Caesar optimus esse iudex potest: semper Caesarem Capito coluit et dilexit. sed ipse huius rei testis est; novi hominis memoriam. itaque nihil te doceo: tantum tibi sumito pro Capitone apud
Caesarem, quantum ipsum meminisse senties. ego, quod in me ipso 7
experiri potui, ad te deferam: in eo quantum sit ponderis, tu videbis: quam partem in re p. causamque defenderim, per quos homines ordinesque steterim quibusque munitus fuerim, non ignoras; hoc mihi velim credas, si quid fecerim hoc ipso in bello minus ex Caesaris voluntate — quod intellexerim scire ipsum Caesarem me

---

2. ap. possum dicere eum non praef. *H*, ap. non possum dicere eum non praef. *D* ‖ 3. an *M* (*cf. W. O. Gutsche 'de interrog. obl. ap. Cic.' diss. Hal.* 1885 *p.* 94), aut *HD* ‖ affuit *HD* ‖ 3. 4. a castris *D*, agastris *M*, castris *H* ‖ 5. enim *om. H* ‖ ille *om. D* ‖ 6. quo potuit *ex* potuit quo *M*[1] *vel M*[c] ‖ 7. a castris *HD*, agastris *M* ‖ 8. hominem *HD*, hominem se *M* ‖ 12. Paullo ς, *bene* ‖ 14. ei] ii *M*, hi *HD* ‖ 15. est ad *MD*, est enim *H* ‖ xxx] *scripsi* (*cf. Manut. ad h. l.*), xxx Ψ ‖ 18. nullam] non *Lambinus*, nulla in ⟨re⟩ *Starker* (*'symb. crit.' p.* 28), nullam ⟨rem petere⟩ (*vel* nullam ⟨petere rem⟩) *aut* nullam ⟨rem⟩ *Wesenberg* 21. tua *om. H* ‖ 22. petissem] potuissem (-sse *H*) Ψ. petivissem *alii. cf. Georges 'Wortformen' s. v.* voluissem *Klotz* ‖ 27. ipse *D* ‖ 30. munitus] inimicus *Manutius, iniuria* ‖ 32. intellexerim] intellexi *cum* ς, *tum Madvig* (*'adv. crit.'* II *p.* 234) *et Boot* (*'obs. crit.' p.* 25), *recte puto*

invitissimum fecisse —, id fecisse aliorum consilio, hortatu, auctoritate; quod fuerim moderatior temperatiorque quam in ea parte quisquam, id me fecisse maxime auctoritate Capitonis, cuius similis si reliquos necessarios habuissem, rei p. fortasse nonnihil, mihi certe
8 plurimum profuissem. hanc rem, mi Plance, si effeceris, meam de tua erga me benivolentia spem confirmaveris, ipsum Capitonem, gratissimum, officiosissimum, optimum virum, ad tuam necessitudinem tuo summo beneficio adiunxeris.

XXX. (269.)

CICERO ACILIO PROCONSVLI S.

1 L. Manlius est Sosis: is fuit Catinensis, sed est una cum reliquis Neapolitanis civis R. factus decurioque Neapoli; erat enim adscriptus in id municipium ante civitatem sociis et Latinis datam. eius frater Catinae nuper mortuus est. nullam omnino arbitramur de ea hereditate controversiam eum habiturum, et est hodie in bonis; sed, quoniam habet praeterea negotia vetera in Sicilia sua, et hanc hereditatem fraternam et omnia eius tibi commendo in primisque ipsum, virum optimum mihique familiarissimum, eis studiis litterarum doctrinaeque praeditum, quibus ego maxime delector.
2 peto igitur aps te, ut eum, sive aderit sive non venerit in Siciliam, in meis intimis maximeque necessariis scias esse itaque tractes, ut intellegat meam sibi commendationem magno adiumento fuisse.

XXXI. (270.)

CICERO ACILIO PROCONSVLI S.

1 C. Flavio, honesto et ornato equite R., utor valde familiariter; fuit enim generi mei, C. Pisonis, pernecessarius meque diligentissime observant et ipse et L. Flavius, frater eius. quapropter velim honoris mei causa, quibus rebus honeste et pro tua dignitate poteris, quam honorificentissime et quam liberalissime C. Flavium tractes: id mihi
2 sic erit gratum, ut gratius esse nihil possit; sed praeterea tibi

1. id fecisse *D*, id feci *MH*. id fecisse ⟨me⟩ *Wesenberg* ‖ 2. quod] quo *Ψ* temperantiorque *Lambinus* ‖ 10. Acilio] *cf. Klein* '*Verwaltungsbeamte*' I *p.* 83 *sq.* 11. sosis *M*, susis *HD* ‖ 12. erat autem a. *H* ‖ 16. sua] tua *Schütz*, *praeter necessitatem* ‖ 17. et omnia *HD*, omnia *M* ‖ 18. eis] iis *D*, his *MH* ‖ 19. praeditum] deditum ς *et Kleyn* (*p.* 50), *iniuria. cf. Klotz*[2] *p.* LXV ‖ 20. ut quem .... 21. esse, ita tractes *Boot* ('*obs. crit.*' *p.* 25) ‖ 20. aderit] aberit *M*, abierit *HD* sive non] sive mox *Pluygers* (*Mnemos.* I. 1873. *p.* 65) ‖ 21. ⟨cum⟩ in meis ..., ita tractes *Kleyn l. c.* ‖ 26. necessarius *D* ‖ 27. obseruant *M*, obseruat *HD*. *utrumque bonum* ‖ 30. nihil esse *H*

adfirmo — neque id ambitione adductus facio, sed cum familiaritate et necessitudine, tum etiam veritate — te ex C. Flavii officio et opservantia et praeterea splendore atque inter suos gratia magnam voluptatem esse capturum. vale.

XXXII. (271.)

CICERO ACILIO PROCONSVLI S.

In Halaesina civitate tam lauta tamque nobili coniunctissimos 1
habeo et hospitio et familiaritate M. et C. Clodios Archagathum et Philonem; sed vereor, ne, quia compluris tibi praecipue commendo, exaequare videar ambitione quadam commendationes meas; quamquam a te quidem cumulate satis fit et mihi et meis omnibus; sed 2
velim sic existimes, hanc familiam et hos mihi maxime esse coniunctos vetustate, officiis, benivolentia. quamobrem peto a te in maiorem modum, ut eis omnibus in rebus, quantum tua fides dignitasque patietur, commodes: id si feceris, erit mihi vehementissime gratum.

XXXIII. (272.)

⟨CICERO ACILIO PROCONSVLI S.⟩

Cn. Otacilio Nasone utor familiarissime, ita prorsus, ut illius ordinis nullo familiarius; nam et humanitate eius et probitate in consuetudine cotidiana magnopere delector. nihil iam opus est exspectare te, quibus eum verbis tibi commendem, quo sic utar, ut scripsi. habet is in provincia tua negotia, quae procurant liberti, Hilarus, Antigonus, Demostratus, quos tibi negotiaque omnia Nasonis non secus commendo, ac si mea essent. gratissimum mihi feceris, si intellexero hanc commendationem magnum apud te pondus habuisse. vale.

XXXIV. (273.)

⟨CICERO ACILIO PROCONSVLI S.⟩

Avitum mihi hospitium est cum Lysone, Lysonis filio, Lilybaetano, valdeque ab eo observor cognovique dignum et patre et

1. ductus *H* ‖ 2. te *M*, *om. HD* ‖ 4. vale *om. H* ‖ 7. Halaesina *scripsi* (*cf. C. I. L.* X, 2 *p.* 768, *inscr. Gr. Ital. et Sic. ed. Kaibel p.* 61 *sq.*), halesina *Ψ* 8. m. et gaium clodius *M*, et gaium clodium *D*, et gradium clodium *H* 10. quadam *ex* quaedam *M*[1], *ut vid.* ‖ 12. hos ⟨homines⟩ *Lambinus* ‖ 14. ut eis omn. in rebus] in his omn. in rebus *MH*, in his omn. rebus *D* ‖ 18. *inscriptionem om. Ψ* ‖ 19. Nasone ⟨e(quite) R(omano)⟩ utor *Klein* (*p.* 50), *fort. recte* ‖ 21. magno opere ς ‖ 22. tibi uerbis *D* ‖ 24. demostratus *D*, demonstratus *MH* ‖ 25. mea *D*, meae *MH* ‖ 29. *inscriptionem om. MH.* CICERO ACILIO *D*, *ex interpolatione puto* ‖ 30. 31. lilybitoni (lilibitoni *H*) *Ψ*

avo — est enim nobilissima familia —: quapropter commendo tibi maiorem in modum rem domumque eius magnoque opere aps te peto, cures, ut is intellegat meam commendationem maximo sibi apud te et adiumento et ornamento fuisse.

XXXV. (274.)

CICERO ACILIO PROCONSVLI S.

1 C. Avianius Philoxenus antiquus est hospes meus et praeter hospitium valde etiam familiaris, quem Caesar meo beneficio in Novocomensis rettulit; nomen autem Avianii secutus est, quod homine nullo plus est usus quam Flacco Avianio, meo, quemadmodum te scire arbitror, familiarissimo: quae ego omnia collegi, ut intellegeres non vulgarem esse commendationem hanc meam.

2 peto igitur aps te, ut omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possis, ei commodes habeasque in numero tuorum perficiasque, ut intellegat has litteras meas magno sibi usui fuisse: erit id mihi maiorem in modum gratum.

XXXVI. (275.)

⟨CICERO ACILIO PROCONSVLI S.⟩

1 Cum Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est, familiaritas autem tanta, quanta cum Siculo nullo. ei Dolabella rogatu meo civitatem a Caesare impetravit, qua in re ego interfui; itaque nunc P. Cornelius vocatur; cumque propter quosdam sordidos homines, qui Caesaris beneficia vendebant, tabulam, in qua nomina civitate donatorum incisa essent, revelli iussisset, eidem Dolabellae me audiente Caesar dixit nihil esse, quod de Mega vereretur, beneficium
2 suum in eo manere. hoc te scire volui, ut eum in civium Romanorum numero haberes, ceterisque in rebus tibi eum ita commendo, ut maiore studio neminem commendarim. gratissimum mihi feceris, si eum ita tractaris, ut intellegat meam commendationem magno sibi ornamento fuisse.

2. in maiorem modum *H* ‖ 4. apud te *om.* *H* ‖ 7. C. Avianius] c.auianus *M*, T. auianus *D*, auianus *H* ‖ 9. Novocomensis] nouo comesis *Ψ*. *ceterum cf. Mommsen C. I. L.* V 2 *p.* 565 ‖ retulit *HD* ‖ nomen autem] *cf. Mommsen 'r. Staatsr.'* III *p.* 64, *Cagnat 'cours d'épigraphie latine' p.* 75 [2] ‖ auianii *M*, auiani hic *HD* ‖ 10. auianio *MD*, auiano *H* ‖ 13. omnibus ⟨in⟩ r. *Kleyn* (*p.* 50) 14. commendes *M* ‖ 18. *epistularum* 36. 37. 38. 39. *inscr. om. MH.* CICERO ACILIO *D* ‖ 19. Cum — 21. interfui *om.* *H* ‖ 19. uetus *D* ‖ 21. itaque] *cf. ad ep.* 35, 1 ‖ 23. tabulam in qua *cet.*] *cf. Mommsen 'r. Staatsr.'* I[3] *p.* 256 ‖ 24. rebelli *M* ‖ iussissent *Ψ* ‖ 25. de mega uereretur *M*, demetrio grauaretur *HD* ‖ 26. ciuium *HD*, ciui *M* ‖ 27. eum tibi *D* ‖ 30. sibi *HD*, *om.* *M*

XXXVII. (276.)

⟨CICERO ACILIO PROCONSVLI S.⟩

Hippiam, Philoxeni filium, Calactinum, hospitem et necessarium meum, tibi commendo in maiorem modum: eius bona, quemadmodum ad me delata res est, publice possidentur alieno nomine contra leges Calactinorum: id si ita est, etiam sine mea commendatione ab aequitate tua res ipsa impetrare debet, ut ei subvenias; quoquo modo autem se res habet, peto a te, ut honoris mei causa eum expedias tantumque ei commodes et in hac re et in ceteris, quantum tua fides dignitasque patietur: id mihi vementer gratum erit.

XXXVIII. (277.)

⟨CICERO ACILIO PROCONSVLI S.⟩

L. Bruttius, eques R., adulescens omnibus rebus ornatus, in meis familiarissimis ⟨est⟩ meque opservat diligentissime, cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iam inde a quaestura mea Siciliensi. omnino nunc ipse Bruttius Romae mecum est: sed tamen domum eius et rem familiarem et procuratores tibi sic commendo, ut maiore studio commendare non possim. gratissimum mihi feceris, si curaris, ut intellegat Bruttius, id quod ei recepi, hanc meam commendationem sibi magno adiumento fuisse.

XXXIX. (278.)

⟨CICERO ACILIO PROCONSVLI S.⟩

Cum familia Titurnia necessitudo mihi intercedit vetus, ex qua reliquus est M. Titurnius Rufus, qui mihi omni diligentia atque officio est tuendus; est igitur in tua potestate, ut ille in me satis sibi praesidii putet esse. quapropter eum tibi commendo in maiorem modum et aps te peto, efficias, ut is commendationem hanc intellegat sibi magno adiumento fuisse: erit ⟨id⟩ mihi vehementer gratum.

XL. (38.)

M. CICERO S. D. Q. ANCHARIO Q. F. PROCOS.

L. et C. Aurelios L. filios, quibus, et ipsis et patre eorum, viro optimo, familiarissime utor, commendo tibi maiorem in modum,

3. calactineum *HD* ‖ 6. calactianorum *D* ‖ mea *om. H* ‖ 7. ei *M*, eis *HD* 8. eum — 10. erit *om. H* ‖ 9. commendes *M* ‖ 10. uehementer *D* ‖ 13. brutius *HD* ‖ 14. est *om. Ψ* ‖ 16. brutius *D*, B. (*in fine vs.*) *H* ‖ 17. rem *HD*, re *M* 19. brutius *HD* ‖ 20. sibi maximo adi. *D* ‖ 23. ex qua *M*, in qua *HD* 25. 26. satis satis sibi *M* ‖ 28. erit id ς, erit *Ψ* ‖ 31. lucium et gaium aurelios lucii filios *MH*

adulescentis omnibus optimis artibus ornatos, meos pernecessarios, tua amicitia dignissimos. si ulla mea apud te commendatio valuit — quod scio, multas plurimum valuisse —, haec ut valeat, rogo. quod si eos honorifice liberaliterque tractaris, et tibi gratissimos optimosque adulescentis adiunxeris et mihi gratissimum feceris.

XLI. (9.)

CICERO CVLLEOLO S.

1 Quae fecisti L. Lucceii causa, scire te plane volo te homini gratissimo commodasse, et cum ipsi, quae fecisti, pergrata sunt, tum Pompeius, quotienscumque me videt — videt autem saepe —, gratias tibi agit singularis; addo etiam illud, quod tibi iucundissimum esse certo scio, me ipsum ex tua erga Lucceium benignitate maxima
2 voluptate adfici. quod superest, quamquam mihi non est dubium, quin, cum antea nostra causa, nunc iam etiam tuae constantiae gratia mansurus sis in eadem ista liberalitate, tamen aps te vehementer etiam atque etiam peto, ut ea, quae initio ostendisti, deinceps fecisti, ad exitum augeri et cumulari per te velis: id et Lucceio et Pompeio valde gratum fore teque aput eos praeclare positurum confirmo et spondeo. de re p. deque his negotiis cogitationibusque nostris perscripseram ad te diligenter paucis ante diebus easque litteras dederam pueris tuis. vale.

XLII. (8.)

M. CICERO S. D. L. CVLLEOLO PROCOS.

1 L. Lucceius, meus familiaris, homo omnium gratissimus, mirificas tibi apud me gratias egit, cum diceret omnia te cumulatissime et liberalissime procuratoribus suis pollicitum esse: cum oratio tua tam ei grata fuerit, quam gratam rem ipsam existimas fore, cum, ut spero, quae pollicitus es, feceris! omnino ostenderunt Bulliones
2 sese Lucceio Pompei arbitratu satis facturos; sed vementer opus est nobis et voluntatem et auctoritatem et imperium tuum accedere, quod ut facias, te etiam atque etiam rogo. illudque mihi gratissimum est, quod ita sciunt Luccei procuratores et ita Lucceius ipse ex litteris tuis, quas ad eum misisti, intellexit, hominis nullius

---

3. haec ut *M*, haec *HD* ‖ 4. tactaris *M* ‖ 7. culliolo *HD* ‖ 9. commendasse *M* ‖ 10. me uidet *D*, me uidit *MH* ‖ 14. quin *HD*, qui *M* ‖ 15. sis in *HD*, sis sin *M* ‖ 19. cogitationibus *H* ‖ 21. vale *om. H* ‖ 23. CVLLEOLO] lucceio (luceio *D*) Ψ *et ind. MH* ‖ 24. meus familiaris *HD*, meus *M* ‖ 28. bulliones Ψ (*cf. Zippel 'd. röm. Herrschaft in Illyr.' Lips.* 1877 *p.* 10), bullidenses ς ‖ 29. satis facturus *M* ‖ uehementer *HD* ‖ 31. illutque *M*

aput te auctoritatem aut gratiam valere plus quam meam: id ut re experiatur, iterum et saepius te rogo.

XLIII. (10.)

M. CICERO QVINTIO GALLO.

Etsi plurimis rebus spero fore ut perspiciam, quod tamen iampridem perspicio, me a te amari, tamen ea causa tibi datur, in qua facile declarare possis tuam erga me benevolentiam: L. Oppius M. f. Philomeli negotiatur, homo mihi familiaris; eum tibi unice commendo eoque magis, quod cum ipsum diligo, tum quod negotia procurat L. Egnatii Rufi, quo ego uno equite R. familiarissime utor et qui cum consuetudine cotidiana, tum officiis plurimis maximisque mihi coniunctus est. 1 Oppium igitur praesentem ut diligas, Egnatii apsentis rem ut tueare, aeque a te peto, ac si mea negotia essent. 2 velim memoriae tuae causa des litterarum aliquid, quae tibi in provincia reddantur, sed ita conscribas, ut tum, cum eas leges, facile recordari possis huius meae commendationis diligentiam: hoc te vementer etiam atque etiam rogo.

XLIV. (11.)

CICERO GALLO S.

Etsi ex tuis et ex L. Oppii, familiaris mei, litteris cognovi te memorem commendationis meae fuisse idque pro tua summa erga me benivolentia proque nostra necessitudine minime sum admiratus, tamen etiam atque etiam tibi L. Oppium praesentem et L. Egnatii, mei familiarissimi, apsentis negotia commendo. tanta mihi cum eo necessitudo est familiaritasque, ut, si mea res esset, non magis laborarem; quapropter gratissimum mihi feceris, si curaris, ut is intellegat me a te tantum amari, quantum ipse existimo: hoc mihi gratius facere nihil potes, idque ut facias vementer te rogo.

---

1. te aut gratiam aut auctoritatem *D* ‖ 4. QVINTIO GALLO] quintio gallo. i (i *a m.* 1 *vel M*²) gallo *P* *M*, quintio gallo (*ex* gallio) *D*, quintio sal. *H*. QVINTIO GALLIO *ind. MH*. Q. Gallio *cum Manutio alii. dubia res: cf. M. Holzl* 'fast. praet.' *p.* 94. 95 ‖ 6. tamen ea *HD*, tamen mea *M*. tamen nunc ea ς, tamen iam ea *H. A. Koch* 'Philol. Anz.' V *p.* 161 ‖ 7. beneuolentia (*in fine vs.*) *M* ‖ opius *Ψ* ‖ 8. philomeli (-meni *H*) *Ψ*, Philomelii *Orelli* ‖ 10. 11. rufi quo (quod *M*) ego uno equiter. (equite romano *D*) familiarissime utor et qui consuetudine (et cum cons. *D*), et qui cum cons. *Victorius*, *MD*, rufi R. (fami-liarissime utor quo ego uno equite et cum consuetudine *H* ‖ 14. memoria *M* aliquit *M* ‖ 15. ut tum *D*, et tum *MH* ‖ 17. uehementer *HD* ‖ 19. Gallo *D*, gallio *MH et ind. cf. ad ep.* 43 ‖ 20. opii *H* ‖ familiaris mei *scripsi coll. ep.* 43, 1: 74, familiarissimi *Ψ*, familiarissimi (mei) ς ‖ 21. fuisse meae *H* ‖ 22. ad miratus//, 2 *litt. ras.*, *M* ‖ 23. opium *HD* ‖ 26. mihi gratissimum *H* ‖ 28. uehementer *HD* ‖ te vehementer rogo *Wesenberg*

XLV. (13.)

CICERO APPVLEIO PROQVAESTORI.

L. Egnatio uno equite R. vel familiarissime utor. eius Anchialum servum negotiaque, quae habet in Asia, tibi commendo non minore studio, quam si rem meam commendarem; sic enim existimes velim, mihi cum eo non modo cotidianam consuetudinem summam intercedere, sed etiam officia magna et mutua nostra inter nos esse. quamobrem etiam atque etiam a te peto, ut cures, ut intellegat me ad te satis diligenter scripsisse; nam de tua erga me voluntate non dubitabat: id ut facias, te etiam atque etiam rogo. vale.

XLVI. (14.)

CICERO APPVLEIO S.

L. Nostius Zoilus est coheres meus, heres autem patroni sui: ea re utrumque scripsi, ut et mihi cum illo causam amicitiae scires esse et hominem probum existimares, qui patroni iudicio ornatus esset. eum tibi igitur sic commendo, ut unum ex nostra domo: valde mihi gratum erit, si curaris, ut intellegat hanc commendationem sibi apud te magno adiumento fuisse.

XLVII. (112.)

CICERO SILIO S.

Quid ego tibi commendem eum, quem tu ipse diligis? sed tamen, ut scires eum a me non diligi solum, verum etiam amari, ob eam rem tibi haec scribo: omnium tuorum officiorum, quae et multa et magna sunt, mihi gratissimum fuerit, si ita tractaris Egnatium, ut sentiat et se a me et me a te amari; hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. illa nostra scilicet ceciderunt: utamur igitur vulgari consolatione: 'quid, si hoc melius?' sed haec coram: tu fac, quod facis, ut me ames teque amari a me scias.

---

2. apuleio *HD* ‖ 3. vel *del. alii. cf. Lehmann p.* 88 ‖ 5. rem meam commendarem *MD,* rem comm. meam *H*, meam rem comm. *Wesenberg. cf. ep.* 53 *extr.* ‖ 7. magna et mutua nostra] m. et mutua [nostra] *Ernesti*, magna et multa n. *Wesenberg. cf. ad* X, 34, 3 ‖ nos *ex* mos, *ut vid., radendo M* ‖ 8. ut ⟨is⟩ intelligat ς ‖ 12. apuleio *H* ‖ 16. igitur tibi *H* ‖ 20. silio *M et ind. MH*, sillio *D*, salio *H* ‖ 27. hoc melius *M*, melius hoc *HD. cf. ep. ad Att.* VII, 3, 2

XLVIII. (186.)

CICERO C. SEXTILIO RVFO QVAESTORI S. D.

Omnis tibi commendo Cyprios, sed magis Paphios, quibus tu quaecumque commodaris, erunt mihi gratissima, eoque facio libentius, ut eos tibi commendem, quod et tuae laudi, cuius ego fautor sum, conducere arbitror, cum primus in eam insulam quaestor veneris, ea te instituere, quae sequantur alii, quae, ut spero, facilius consequere, si et P. Lentuli, necessarii tui, legem et ea, quae a me constituta sunt, sequi volueris, quam rem tibi confido magnae laudi fore.

XLIX. (191.)

CICERO CVRIO PROCOS.

Q. Pompeius Sex. f. multis et veteribus causis necessitudinis mihi coniunctus est: is, cum antea meis commendationibus et rem et gratiam et auctoritatem suam tueri consuerit, nunc profecto, te provinciam optinente, meis litteris adsequi debet, ut nemini se intellegat commendatiorem umquam fuisse. quamobrem a te maiorem in modum peto, ut, cum omnis meos aeque ac tuos opservare pro necessitudine nostra debeas, hunc in primis ita in tuam fidem recipias, ut ipse intellegat nullam rem sibi maiori usui aut ornamento quam meam commendationem esse potuisse. vale.

L. (317.)

CICERO S. D. ACILIO.

Sumpsi hoc mihi pro tua in me opservantia, quam penitus 1
perspexi, quamdiu Brundisii fuimus, ut ad te familiariter et quasi pro meo iure scriberem, si quae res esset, de qua valde laborarem. M'. Curius, qui Patris negotiatur, ita mihi familiaris est, ut nihil possit esse coniunctius: multa illius in me officia, multa in illum mea, quodque maximum est, summus inter nos amor et mutuus.
quae cum ita sint, si ullam in amicitia mea spem habes, si ea, 2
quae in me officia et studia Brundisii contulisti, vis mihi etiam

4. eoque facio *M*, eque fatio *D*, facio *H* ‖ 5. quod et] quod *Lambinus* 7. quod, ut spero *Wesenberg, iniuria. cf. Lehmann p.* 78 ‖ 8. 9. instituta *H* 11. Curio (curioni *D*) *cf. Willems 'le sénat' t.* I *p.* 493, 194 ‖ 12. Q. *om. H* 14. consuerit *M*, consueuit *D*, consueuerit *H* ‖ 14. 15. prouintia te obt. *H* ‖ 20. vale *om. D* ‖ *post hanc epistulam insertum est in Ψ alterum exemplum ep.* II, 14 ‖ 22. Acilio *Schütz et Lallemand coll.* VII, 30; 31, Aucto *Ψ*, AVCIO *ind. M*, Auio *ind. H* ‖ 25. si quae *M*, si qua *HD* ‖ 26. M'.] m. *Ψ* ‖ 27. coniunctius *D*, coniuncius *H*, coniunctio *M*. ⟨coniunctius quam nostra⟩ coniunctio *Lehmann* (*p.* 90), *praeter necessitatem* ‖ 28. quodque *HD*, quoque *M*

gratiora efficere — quamquam sunt gratissima —, si me a tuis omnibus amari vides, hoc mihi da atque largire, ut M'. Curium 'sartum et tectum', ut aiunt, ab omnique incommodo, detrimento, molestia sincerum integrumque conserves. et ipse spondeo et omnes hoc tibi tui pro me recipient, ex mea amicitia et ex tuo in me officio maximum te fructum summamque voluptatem esse capturum. vale.

LI. (22.)

CICERO P. CAESIO S. D.

P. Messienum, equitem R. omnibus rebus ornatum meumque perfamiliarem, tibi commendo ea commendatione, quae potest esse diligentissima: peto a te et pro nostra et pro paterna amicitia, ut eum in tuam fidem recipias eiusque rem famamque tueare: virum bonum tuaque amicitia dignum tibi adiunxeris mihique gratissimum feceris.

LII. (226.)

CICERO REGI S.

A. Licinius Aristoteles Melitensis antiquissimus est hospes meus et praeterea coniunctus magno usu familiaritatis: haec cum ita sint, non dubito, quin tibi satis commendatus sit; etenim ex multis cognosco meam commendationem plurimum apud te valere. hunc ego a Caesare liberavi; frequens enim fuerat nobiscum, atque etiam diutius in causa est quam nos commoratus, quo melius te de eo existimaturum arbitror; fac igitur, mi Rex, ut intellegat has sibi litteras plurimum profuisse.

LIII. (106.)

CICERO THERMO PROPR. S.

1 L. Genucilio Curvo iampridem utor familiarissime, optimo viro et homine gratissimo. eum tibi penitus commendo atque trado: primum, ut omnibus in rebus ei commodes, quoad fides tua dignitasque patietur; patietur autem in omnibus, nihil enim aps te umquam, quod sit alienum tuis aut etiam suis moribus, postulabit;
2 praecipue autem tibi commendo negotia eius, quae sunt in Helles-

---

2. M'.] m. Ψ ‖ 3. ut aiunt] *Otto 'Sprichw. d. R.' p.* 309 ‖ 9. P. *om. HD* 12. in tuam fidem *M*, in fidem tuam *HD* ‖ 15. Regi] *cf. Klein 'Verwaltungsbeamte'* I *p.* 135 ‖ 17. coniunctus] *cf. Nep. Att.* 7, 1: 'ipsum Pompeium coniunctum non offendit.' mihi *addi volebant Lambinus et Wesenberg* ‖ 19. meam *ex* mea *M*[c] *vel M*[r] (meam *P*) ‖ 20. a caesare *M, et D*[1] *ex corr.*, ate caesare *HD*[1] ‖ 23. profuisse. uale *D* ‖ 25. pro praetore (-ri *HD*) Ψ ‖ 26. L. *om. H* ‖ 28. ei *Manutius*, ei te Ψ ‖ 30. postulabit *ex* -auit *M*[1]

ponto, primum, ut optineat id iuris in agris, quod ei Pariana civitas decrevit et dedit et quod semper optinuit sine ulla controversia, deinde, si quid habebit cum aliquo Hellespontio controversiae, ut in illam διοίκησιν reicias. sed non mihi videor, cum tibi totum hominem diligentissime commendarim, singulas ad te eius causas perscribere debere. summa illast: quidquid officii, beneficii, honoris in Genucilium contuleris, id te existimabo in me ipsum atque in rem meam contulisse.

LIV. (121.)

CICERO THERMO PROPR. S.

Cum multa mihi grata sunt, quae tu adductus mea commendatione fecisti, tum in primis, quod M. Marcilium, amici atque interpretis mei filium, liberalissime tractavisti; venit enim Laodiceam et tibi apud me mihique propter te gratias maximas egit. quare, quod relicum est, a te peto, quoniam apud gratos homines beneficium ponis, ut eo libentius eis commodes operamque des, quoad fides tua patietur, ut socrus adulescentis rea ne fiat. ego cum antea studiose commendabam Marcilium, tum multo nunc studiosius, quod in longa apparitione singularem et prope incredibilem patris Marcilii fidem, apstinentiam modestiamque cognovi.

LV. (105.)

CICERO THERMO PROPR. S.

Etsi mihi videor intellexisse, cum tecum Ephesi de re M. Annei, 1
legati mei, locutus sum, te ipsius causa vehementer omnia velle, tamen et M. Anneium tanti facio, ut mihi nihil putem praetermittendum, quod illius intersit, et me a te tanti fieri puto, ut non dubitem, quin ad tuam voluntatem magnus cumulus accedat commendationis meae; nam, cum iam diu diligerem M. Anneium deque eo sic existimarem, ut res declarat, qui ultro ei detulerim legatio-

1. id iuris — 2. optinuit *om. H* ‖ 2. semper *M*, *om. D* ‖ 3. hellespontino *H* ‖ 6. perscribere debere *MH*, perscribere *D* ‖ illast *C. F. W. Müller* ('coni. Tull.' *p.* 19), illa sit *Ψ* ‖ officii *M*, *om. HD* ‖ 12. marcilium *M*, marcellium *H*, marcellum *D* ‖ amici] accensi *Orelli*, *male: accensi enim (cf. Mommsen 'r. Staatsr.' I*[3] *p.* 357 *sq.) et interpretis (ib. p.* 368) *munera coniungi non possunt aut non solent saltem* ‖ 15. reliquum *HD* ‖ apud gratos *M*, gratos apud *HD* ‖ 16. eis] his *Ψ*, iis *Orelli* ‖ 18. marcellium *H* ‖ 19. apparatione *M* ‖ 23. de re m. nanneii *M*, de renannehi *H*, de M. Manutii (Anneii *sup. scr. a m.* 1), *D* ‖ 24. omnia *del. Kleyn* (*p.* 52) ‖ 25. anneum *H*, anneii (um *sup. scr. a m.* 1), *D* ‖ 27. cumulis *M* ‖ 27. 28. commendatione mea *Schneider* ‖ 28. M. *om. H*[1] ‖ 29. qui *Baiter*, quae *Ψ*. ⟨ut⟩ qui *Orelli* ‖ ei *M*, et *H*, etiam *D*

nem, cum multis petentibus denegassem, tum vero, postea quam
mecum in bello atque in re militari fuit, tantam in eo virtutem,
prudentiam, fidem tantamque erga me benivolentiam cognovi, ut
hominem neminem pluris faciam. eum cum Sardianis habere con-
troversiam scis: causam tibi exposuimus Ephesi, quam tu tamen
2 coram facilius meliusque cognosces. de reliquo, mihi mehercule
diu dubium fuit, quid ad te potissimum scriberem; ius enim quemadmodum dicas, clarum et magna cum tua laude notum est, nobis autem in hac causa nihil aliud opus est nisi te ius instituto tuo dicere; sed tamen, cum me non fugiat, quanta sit in praetore auctoritas, praesertim ista integritate, gravitate, clementia, qua te esse inter omnis constat, peto aps te pro nostra coniunctissima necessitudine plurimisque officiis paribus ac mutuis, ut voluntate, auctoritate, studio tuo perficias, ut M. Anneius intellegat te et sibi amicum esse, quod non dubitat — saepe enim mecum locutus est —, et multo amiciorem his meis litteris esse factum. in tuo toto imperio atque provincia nihil est, quod mihi gratius facere possis; nam, apud ipsum, gratissimum hominem atque optimum virum, quam bene positurus sis studium tuum atque officium, dubitare te non existimo.

LVI. (107.)

CICERO THERMO PROPR. S.

1 Cluvius Puteolanus valde me opservat valdeque est mihi familiaris: is ita sibi persuadet, quod in tua provincia negotii habeat, nisi te provinciam optinente meis commendationibus confecerit, id se in perditis et desperatis habiturum; nunc, quoniam mihi ab amico officiosissimo tantum oneris imponitur, ego quoque tibi imponam pro tuis in me summis officiis, ita tamen, ut tibi nolim molestus esse. Mylasis et Alabandis pecuniam Cluvio debent: dixerat mihi Euthydemus, cum Ephesi essem, se curaturum, ut ecdici †Mylasii Romam mitterentur; id factum non est: legatos audio missos esse, sed malo ecdicos, ut aliquid confici possit; quare peto a te, ut et

---

2. 3. uirtutem prudentiam fidem *M*, fidem uirt. prud. *HD* || 13. necessitudine *M*, necessitate *HD* || plurissimisque *MD* || 14. m. manneius *MH*, m. manucius *D* || 15. mecum *M*, *om.* *HD* || 17. nam *C. F. W. Müller*, iam *Ψ* 22. //cluuius, 1 *litt. eras.*, *M* (cluuius *sine ras.* *P*), C. Cluius (*ex* Cluinus *m.* 1) *D* || mihi est *H* || 23. is ita *HD*, is ta *M* || 27. officiis uel beneficiis ita *H* || nolem *M* || 28. Mylasis et Alabandis] *cf. Lachmann ad Lucr.* II, 85. *malim tamen cum Orellio* Μυλασεῖς et Ἀλαβανδεῖς || 29. ecdici] *cf. bull. de corr. hell.* V. 1881. *p.* 103 *sq.* || Mylasii] mylas. ii (*non* u) *M*, a mylasinis *HD*. *quid Cicero scripserit dubium* (*cf. Hertz ad Gell. t.* I *p.* 80): *potuit etiam simplicem ablativum ponere, i. e.* Mylasis || 30. missos audio esse *H* || 31. a te peto *H*

eos et Alabandis iubeas ecdicos Romam mittere. praeterea Philocles 2
Alabandensis ὑποθήκας Cluvio dedit: eae commissae sunt; velim
cures, ut aut de hypothecis decedat easque procuratoribus Cluvii
tradat aut pecuniam solvat, praeterea Heracleotae et Bargylietae,
qui item debent, aut pecuniam solvant aut fructibus suis satis faciant.
Caunii praeterea debent, sed aiunt se depositam pecuniam habuisse: 3
id velim cognoscas et, si intellexeris eos neque ex edicto neque ex
decreto depositam habuisse, des operam, ut usurae Cluvio instituto
tuo conserventur. his de rebus eo magis laboro, quod agitur res
Cn. Pompei etiam, nostri necessarii, et quod is magis etiam mihi
laborare videtur quam ipse Cluvius, cui satis factum esse a nobis
valde volo. his de rebus te vehementer etiam atque etiam rogo.

LVII. (124.)

CICERO THERMO PROPR. S.

Quo magis cotidie ex litteris nuntiisque bellum magnum esse 1
in Syria cognosco, eo vehementius a te pro nostra necessitudine
contendo, ut mihi M. Anneium legatum primo quoque tempore remittas; nam eius opera, consilio, scientia rei militaris vel maxime
intellego me et rem p. adiuvari posse. quod nisi tanta res eius
ageretur, nec ipse adduci potuisset, ut a me discederet, neque ego,
ut eum a me dimitterem. ego in Ciliciam proficisci cogito circiter
K. Mai.: ante eam diem M. Anneius ad me redeat oportet. illud, 2
quod tecum et coram et per litteras diligentissime egi, id et nunc
etiam atque etiam rogo, curae tibi sit, ut suum negotium, quod
habet cum populo Sardiano, pro causae veritate et pro sua dignitate
conficiat. intellexi ex tua oratione, cum tecum Ephesi locutus sum,
te ipsius M. Annei causa omnia velle; sed tamen sic velim existimes,
te mihi nihil gratius facere posse quam si intellexero per te illum
ipsum negotium ex sententia confecisse, idque quam primum ut
efficias te etiam atque etiam rogo.

1. *'Αλαβανδεῖς Orelli* ‖ Philocles *Orelli,* philocies *MH*, philoties *D*. Philotes *alii* ‖ 2. eae *M*, haec *H*, hee *D* ‖ 4. Bargylietae *Ernesti*, bargyletae (bargil. *HD*) *Ψ* ‖ 5. item *M*, idem *HD* ‖ 10. nostri etiam *H* ‖ is *D*, his *MH* ‖ 16. cognosco eo *H*, cognosco et *D*, cognosco et uehementius a te pro nostra necessitudine cognosco et *M* (et uehementius — cognosco *inducta a M^r*) ‖ 17. m. manneium (maneium *D*) *Ψ* ‖ 18. op. et consilio *H* ‖ 22. ante /, 1 *litt. eras. et e ex corr., ut vid., M* ‖ M. Anneius] manneius *HD*, nanneius *M* ‖ 23. egi id et *Ψ*. egi, id te *Lambinus*, egi, te *Baiter* ‖ 24. rogo *M*, te rogo *HD*. *cf. Lehmann p.* 16 ‖ 27. m. annei *M*, m. mannei *H*, m. manneii *D* ‖ 28. mihi nihil *ex* nihil mihi *M^c* ‖ 29. ipsum ***contra Wesenbergii*** **suum** ***recte defendit Lehmann*** **(*p.* 35)**

LVIII. (117.)

M. CICERO C. TITIO L. F. RVFO PR. VRB. S.

L. Custidius est tribulis et municeps et familiaris meus: is causam habet, quam causam ad te deferet. commendo tibi hominem, sicut tua fides et meus pudor postulat, tantum, ut facilis ad te aditus habeat, quae aequa postulabit, ut libente te impetret sentiatque meam sibi amicitiam, etiam cum longissime apsim, prodesse, in primis apud te.

LIX. (118.)

M. CICERO C. CVRTIO PEDVCAEANO PR. S.

M. Fadium unice diligo summaque mihi cum eo consuetudo et familiaritas est pervetus. in eius controversiis quid decernas, a te non peto — servabis, ut tua fides et dignitas postulat, edictum et institutum tuum —, sed, ut quam facillimos ad te aditus habeat, quae erunt aequa, lubente te impetret, ut meam amicitiam sibi, etiam cum procul apsim, prodesse sentiat, praesertim apud te: hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

LX. (35.)

M. CICERO C. MVNATIO C. F. S.

1 L. Livineius Trypho est omnino L. Reguli, familiarissimi mei, libertus, cuius calamitas etiam officiosiorem me facit in illum — nam benivolentior, quam semper fui, esse non possum —; sed ego libertum eius per se ipsum diligo; summa enim eius erga me officia exstiterunt eis nostris temporibus, quibus facillime bonam beni-
2 volentiam hominum et fidem perspicere potui. eum tibi ita commendo, ut homines grati et memores bene meritos de se commendare debent. pergratum mihi feceris, si ille intellexerit se, quod pro salute mea multa pericula adierit, saepe hieme summa navigarit, pro tua erga me benivolentia gratum etiam tibi fecisse.

3. custidius *M*, custudius *ind. MH*, custodius *HD* ‖ 4. quam causam] *cf. Thielmann diss. Argentorat.* II. 1879. *p.* 369 *sq.* causam *del. Boot* (*'obs. crit.' p.* 25), *perperam* ‖ 7. sentiatque meam *HD*, sentiat teque meam *M* ‖ 10. peduceano *Ψ et ind. MH* ‖ 11. Fadium *Orelli,* fabium *Ψ* ‖ 15. libente *HD* 16. 17. hoc etiam uehementer te etiam a. e. r. *H* ‖ 23. enim erga me eius *H* ‖ 24. eis] his *Ψ*, iis *alii* ‖ bonam *del. Klotz, ante* fidem *transp. Lambinus. mihi* bona beniv., *i. e.* vera, non ficta, *teneri posse videtur. cf.* IX, 16, 2: 'nam etsi non facile diiudicatur amor verus et fictus, nisi aliquod incidit eiusmodi tempus, ut, quasi aurum igni, sic benivolentia fidelis periculo aliquo perspici possit' ‖ 26. grati] memores *H* ‖ commendari *M*

LXI. (108.)

M. CICERO S. D. P. SILIO PRO PR.

T. Pinnio familiarissime me usum esse scire te arbitror, quod quidem ille testamento declaravit, qui me cum tutorem, tum etiam secundum heredem instituerit. eius filio mire studioso et erudito et modesto pecuniam Nicaeenses grandem debent, ad sestertium octogiens, et, ut audio, in primis ei volunt solvere. pergratum igitur mihi feceris, quoniam non modo reliqui tutores, qui sciunt, quanti me facias, sed etiam puer ipse sibi persuasit te omnia mea causa facturum esse, si dederis operam, quoad tua fides dignitasque patietur, ut quam plurimum pecuniae Pinnio solvatur Nicaeensium nomine.

LXII. (109.)

M. CICERO S. D. P. SILIO PRO PR.

Et in Atili negotio te amavi — cum enim sero venissem, tamen honestum equitem R. beneficio tuo conservavi —, et mehercule semper sic in animo habui, te in meo aere esse propter Lamiae nostri coniunctionem et singularem necessitudinem. itaque primum tibi ago gratias, quod me omni molestia liberas; deinde impudentia prosequor, sed idem sarciam — te enim semper sic colam et tuebor ut quem diligentissime —: Quintum, fratrem meum, si me diligis, eo numero cura ut habeas, quo me: ita magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris.

LXIII. (119.)

M. CICERO S. D. P. SILIO PRO PR.

Non putavi fieri posse, ut mihi verba dessent, sed tamen in 1
M. Laenio commendando derunt; itaque rem tibi exponam paucis verbis, sed tamen, ut plane perspicere possis voluntatem meam. incredibile est, quanti faciamus et ego et frater meus, qui mihi

2. sillo *H*, sillio *D* ‖ 4. qui *M*, cum *HD* ‖ 5. ⟨mei⟩ mire studioso *Orelli. at cf.* XIV, 1, 2: 'si Lentulum tam studiosum, quam videtur, (habemus)', *ad Att.* X, 15, 1: 'Vettieno velim gratias, quod studiosus est', *ubi non est cur* mei *cum Bootio inseratur. v. etiam supra var. script. ad ep.* XII, 30, 5 ‖ 7. ei *M*, et *D*, *om. H* ‖ 8. mi, hi (hi) *a M¹ vel M^c*, *M* ‖ 10. dederit *H* ‖ 11. plurimum pecuniae (peccuniae *M*) *MH*, primum pecunia *D* ‖ soluatur pinnio *D* ‖ 17. habui te *M*, te habui *HD* ‖ 19. liberasti *alii* ‖ 21. ut quem dil. *M* (*cf. Dahl* 'd. lat. Partikel UT' *Christian.* 1882 *p.* 106), ut quam dil. *HD* ‖ Quintum] Q. *H*, *et ex* que *D*, que *M* ‖ 26. deessent *HD* ‖ 27. M. *Aldus*, c. *Ψ* ‖ derunt] deerunt *Kleyn* (*p.* 19), desunt *Ψ* ‖ 28. sed tamen] ita t. *Lambinus*, sic t. *Bengel*, *del. H. A. Koch* (*Philol. Anz.* V *p.* 161)

carissimus est, M. Laenium: id fit cum plurimis eius officiis, tum summa probitate et singulari modestia. eum ego a me invitissimus dimisi cum propter familiaritatem et consuetudinis suavitatem, tum
2 quod consilio eius fideli ac bono lubenter utebar. sed vereor, ne iam superesse mihi verba putes, quae dixeram defutura: commendo tibi hominem sic, ut intellegis me, †quo ea supra scripserim, debere commendare, a teque vementer etiam atque etiam peto, ut, quod habet in tua provincia negotii, expedias, quod tibi videbitur rectum esse, ipsi dicas. hominem facillimum liberalissimumque cognosces; itaque te rogo, ut eum solutum liberum confectis eius negotiis per te quam primum ad me remittas: id mihi fratrique meo gratissimum feceris.

LXIV. (110.)

M. CICERO S. D. P. SILIO PRO PR.

1 Nero meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorsus incredibilis, ut nullum honorem sibi haberi potuisse diceret, qui a te praetermissus esset. magnum fructum ex ipso capies, nihil est enim illo adulescente gratius; sed mercule mihi quoque gratissimum fecisti, pluris enim ex omni nobilitate neminem facio. itaque, si ea feceris, quae ille per me tecum agi voluit, gratissimum mihi feceris: primum de Pausania Alabandensi, sustentes rem, dum Nero veniat — vementer eius causa cupere eum intellexi; itaque hoc valde te rogo —; deinde Nysaeos, quos Nero in primis habet necessarios diligentissimeque tuetur ac defendit, habeas tibi commendatissimos, ut intellegat illa civitas sibi in Neronis patrocinio summum esse praesidium. Strabonem Servilium tibi saepe commendavi; nunc eo facio id impensius, quod eius causam Nero suscepit. tantum a te petimus, ut agas eam rem, ne relinquas hominem innocentem ad alicuius tui dissimilis quaestum: id cum gratum mihi erit, tum etiam existimabo te humanitate tua esse
2 usum. summa huius epistulae haec est, ut ornes omnibus rebus Neronem, sicuti instituisti atque fecisti. magnum theatrum habet ista provincia — non ut haec nostra —, adulescentis nobilis, in-

1. eius beneficiis uel officiis *H* ‖ 3. suauitate *MH*[1] ‖ 4. libenter *HD* ‖ 6. quo Ψ, ⟨de⟩ quo ς, ⟨eum de⟩ quo *Lambinus. an* qui? *possis etiam* quom scripseram *H* ‖ 7. uehementer *HD* ‖ 8. uidetur *H* ‖ 18. mehercule *HD* ‖ 21. alabandesi *M*, alabande si *HD* ‖ 22. uehementer *HD* ‖ 28. ⟨tu⟩ agas *Baiter* ne] nec *et* neu *corrigunt* ‖ 29. tui *om. H* ‖ 31. summae huius epistula *M* ‖ 33. non ut haec nostra *del. Ernesti.* non item haec nostra, ⟨ad⟩ (*hoc cum Bengelio*) *aut* non, ut haec nostra, ⟨angustum ad⟩ *Wesenberg.* non ut haec nostra ⟨admodum nullam *vel* parvam⟩ *aut* non ut haec nostra ⟨admodum angustum ad⟩ *Lehmann* (*p.* 69). *mihi* ad *Bengelii ut bonum ita necessarium*

geniosi, apstinentis commendationem atque gloriam; quare, si te fautore usus erit, sicuti profecto et utetur et usus est, amplissimas clientelas acceptas a maioribus confirmare poterit et beneficiis suis obligare. hoc in genere si eum adiuveris eo studio, quo ostendisti, apud ipsum praeclarissime posueris, sed mihi etiam gratissimum feceris.

LXV. (111.)

M. CICERO S. D. P. SILIO PROPR.

Cum P. Terentio Hispone, qui operas in scriptura pro magistro 1
dat, mihi summa familiaritas consuetudoque est, multaque et magna inter nos officia paria et mutua intercedunt: eius summa existimatio agitur in eo, ut pactiones cum civitatibus reliquis conficiat. non me praeterit nos eam rem Ephesi expertos esse neque ab Ephesiis ullo modo impetrare potuisse; sed, quoniam, quemadmodum omnes existimant et ego intellego, tua cum summa integritate, tum singulari humanitate et mansuetudine consecutus es, ut libentissimis Graecis nutu, quod velis, consequare, peto a te in maiorem modum, ut honoris mei caussa hac laude Hisponem adfici velis. praeterea 2
cum sociis scripturae mihi summa necessitudo est, non solum ob eam causam, quod ea societas universa in mea fide est, sed etiam quod plerisque sociis utor familiarissime. ita et Hisponem meum per me ornaris et societatem mihi coniunctiorem feceris tuque ipse et ex huius opservantia, gratissimi hominis, et ex sociorum gratia, hominum amplissimorum, maximum fructum capies et me summo beneficio adfeceris. sic enim velim existimes, ex tota tua provincia omnique isto imperio nihil esse, quod mihi gratius facere possis.

LXVI. (288.)

M. CICERO P. SERVILIO S.

A. Caecinam, maxime proprium clientem familiae vestrae, non 1
commendarem tibi, cum scirem, qua fide in tuos, qua clementia in calamitosos soleres esse, nisi me et patris eius, quo sum familiarissime usus, memoria et huius fortuna ita moveret, ut hominis

non videtur — de habendi *v. cf. Nägelsbach 'lat. Stil.' p.* 438[8] —, *multo minus alia inserenda. cf. ann. phil.* 1891 *p.* 349 ‖ 2. sicut *HD* ‖ utitur *H* ‖ 3. acc. amatoribus c. *H* ‖ 5. sed] et *Orelli. cf. Boot ad Cic. ad Att.* III, 15, 5, *Stangl Wochenschr. f. klass. Philol.* 1889 *p.* 806 ‖ 9. qui *cet.*] *cf. Marquardt 'r. Staatsverw.'* II² *p.* 300 ‖ 12. ‹de› reliquis *Boot ('obs. crit.' p.* 25) ‖ 13. ab ephesis *M* ‖ 17. a te *om. H* ‖ 18. hac laudem *M* ‖ 25. ex tota tua (ex tua tota *H*)] in tota tua *Kleyn (p.* 19), *fort. recte*, tota tua *Baiter* ‖ 26. imperio isto *H* ‖ 28. Servilio] *cf. bull. de corr. hell.* X *p.* 293 ‖ 29. maxime *om. D* ‖ uestrae familiae *H*

omnibus mecum studiis officiisque coniunctissimi movere debebat: a te hoc omni contentione peto, sic, ut maiore cura, maiore animi labore petere non possim, ut ad ea, quae tua sponte sine cuiusquam commendatione faceres in hominem tantum et talem calamitosum, aliquem adferant cumulum meae litterae, quo studiosius eum, quibus-
2 cumque rebus possis, iuves. quod si Romae fuisses, etiam salutem A. Caecinae essemus, ut opinio mea fert, per te consecuti, de qua tamen magnam spem habemus, freti clementia collegae tui: nunc, quoniam tuam iustitiam secutus tutissimum sibi portum provinciam istam duxit esse, etiam atque etiam te rogo atque oro, ut eum et in reliquiis veteris negotiationis colligendis iues et ceteris rebus tegas atque tueare: hoc mihi gratius facere nihil potes.

LXVII. (264.)

M. CICERO P. SERVILIO PRO PR. S.

1 Ex provincia mea Ciliciensi, cui scis τρεῖς διοικήσεις Asiaticas adtributas fuisse, nullo sum familiarius usus quam Androne, Artemonis filio, Laodicensi, eumque habui in ea civitate cum hospitem, tum vehementer ad meae vitae rationem et consuetudinem accommodatum, quem quidem multo etiam pluris, postea quam decessi, facere coepi, quod multis rebus expertus sum gratum hominem meique memorem. itaque eum Romae libentissime vidi; non te enim fugit, qui plurimis in ista provincia benigne fecisti, quam
2 multi grati reperiantur. haec propterea scripsi, ut et me non sine causa laborare intellegeres et tu ipse eum dignum hospitio tuo iudicares. feceris igitur mihi gratissimum, si ei declararis, quanti me facias, id est, si receperis eum in fidem tuam et, quibuscumque rebus honeste ac sine molestia tua poteris, adiueris: hoc mihi erit vehementer gratum, idque ut facias te etiam atque etiam rogo.

---

1. debeat *H* ‖ 2. ⟨itaque⟩ a te *Kayser,* ⟨nunc⟩ a te *Wesenberg. cf. Lehmann p.* 65 ‖ 3. possum (*sic*) *HD* ‖ 3. 4. sine cuiusquam commendatione *del. Kleyn* (*p.* 19) ‖ 4. tantum et talem calamitosum] *cf. Nägelsbach-Müller 'lat. Stil.' p.* 376^b *adn.* tam tuum et tam calamitosum *post alios Thierbach* (*progr. Guben.* 1782 *p.* 5), *fort. recte,* tam tuum et talem calamitosum *Madvig* (*'adv. crit.'* III *p.* 164), tantum et talem ⟨tamque⟩ calamitosum *Lehmann* (*p.* 61). tantum et talem, *del. v.* calamitosum, *Ursinus et Kleyn* (*p.* 52). *ceterum* et *ante* calamitosum *add. H* ‖ 9. tutissimam *M* ‖ 10. te *om. H* ‖ 11. reliquiis] reliquis *Ψ* ‖ iues *M*, iuues *HD* ‖ 18. 19. accommodatam *M* ‖ 19. decessi *M*, discessi *HD* ‖ 26. eum *HD*, dum *M* ‖ 27. adiuueris *HD*

LXVIII. (225.)

M. TVLLIVS CICERO P. SERVILIO ISAVRICO PROCOS. COLLEGAE S. P.

Gratae mihi vehementer tuae litterae fuerunt, ex quibus cognovi 1
cursus navigationum tuarum; significabas enim memoriam tuam
nostrae necessitudinis, qua mihi nihil poterat esse iucundius. quod
relicuum est, multo etiam erit gratius, si ad me de re p., id est
de statu provinciae, de institutis tuis, familiariter scribes; quae
quamquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentissime
ex tuis litteris cognoscam. ego ad te, de re p. summa quid sentiam, 2
non saepe scribam propter periculum eiusmodi litterarum; quid
agatur autem, scribam saepius. sperare tamen videor Caesari,
collegae nostro, fore curae et esse, ut habeamus aliquam rem p.,
cuius consiliis magni referebat te interesse; sed, si tibi utilius est,
id est gloriosius, Asiae praeesse et istam partem rei p. male adfectam tueri, mihi quoque idem, quod tibi et laudi tuae profuturum
est, optatius debet esse. ego, quae ad tuam dignitatem pertinere 3
arbitrabor, summo studio diligentiaque curabo, in primisque tuebor
omni observantia clarissimum virum, patrem tuum, quod et pro
vetustate necessitudinis et pro beneficiis vestris et pro dignitate
ipsius facere debeo.

LXIX. (265.)

CICERO P. SERVILIO COLLEGAE S. P.

C. Curtius Mithres est ille quidem, ut scis, libertus Postumi, 1
familiarissimi mei, sed me colit et opservat aeque atque illum
ipsum patronum suum. apud eum ego sic Ephesi fui, quotienscumque fui, tamquam domi meae, multaque acciderunt, in quibus
et benevolentiam eius erga me experirer et fidem. itaque, si quid
aut mihi aut meorum cuipiam in Asia opus est, ad hunc scribere
consuevi, huius cum opera et fide, tum domo et re uti tamquam
mea. haec ad te eo pluribus scripsi, ut intellegeres me non †vulgare

7. reliquum *HD* ‖ etiam *om. H* ‖ 10. rep. *MD*, r. p. *H*. rei p. *alii*. (*cf. E. Albrecht 'de adi. attrib. in l. Lat. colloc.'* (*diss. Marb.* 1890) *p.* 65 ‖ 11. 12. quid autem agatur sepius scribam *H* ‖ 17. esse *om. H* ‖ 18. arbitror studio summo *H* 19. patrem tuum *M*, tuum patrem *HD* ‖ 21. debeo. uale *D* ‖ 24. C. *D*, gaius *M*, Cagius *H* *qui* plurimam *om.* ‖ Mithres] *de nominis ratione v. Usener 'Epicureorum'* *p.* 413 ‖ ut scis *om. H* ‖ Postumi] Postumii *alii* ‖ 25. 26. atque illum ipsum patronum suum *M*, atque patronum ipsum suum *H*, ac ipsum patronum suum *D* ‖ 28. experirer *M*, expererer *D*, expertus sum *H* ‖ 29. cuipiam *D*, cupiam *M*, quippiam *H* ‖ 31. vulgare *corruptum* (*nec enim quicquam egit Krauss 'em. Cic. ep.' p.* 33 *verbum illud existimans*). vulgariter ς, vulgari ⟨more⟩ *Klotz*, vulgari ⟨commendatione⟩ *aut* vulgare⟨m in modum⟩ *Wesenberg*

nec ambitiose, sed ut pro homine intimo ac mihi pernecessario
2 scribere. peto igitur a te, ut in ea controversia, quam habet de fundo cum quodam Colophonio, et in ceteris rebus, quantum fides tua patietur quantumque tuo commodo poteris, tantum ei honoris mei causa commodes, etsi, ut eius modestiam cognovi, gravis tibi nulla in re erit: si et mea commendatione et sua probitate adsecutus erit, ut de se bene existimes, omnia se adeptum arbitrabitur. ut igitur eum recipias in fidem habeasque in numero tuorum, te vehementer etiam atque etiam rogo: ego, quae te velle quaeque ad te pertinere arbitrabor, omnia studiose diligenterque curabo.

LXX. (266.)

M. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE S. P.

Quia non est opscura tua in me benevolentia, sic fit, ut multi per me tibi velint commendari; ego autem tribuo nonnumquam in vulgus, sed plerumque necessariis, ut hoc tempore; nam cum T. Ampio Balbo mihi summa familiaritas necessitudoque est: eius libertum, T. Ampium Menandrum, hominem frugi et modestum, et patrono et nobis vehementer probatum, tibi commendo maiorem in modum. vementer mihi gratum feceris, si, quibuscumque rebus sine tua molestia poteris, ei commodaris: quod ut facias, te vementer etiam atque etiam rogo.

LXXI. (267.)

M. CICERO S. D. P. SERVILIO COLLEGAE.

Multos tibi commendem necesse est, quoniam omnibus nota nostra necessitudo est tuaque erga me benivolentia; sed tamen etsi omnium causa, quos commendo, velle debeo, tamen cum omnibus non eadem mihi causa est. T. Agusius et comes meus fuit illo miserrimo tempore et omnium itinerum navigationum, laborum periculorum meorum socius, neque hoc tempore discessisset a me, nisi ego ei permisissem: quare sic tibi eum commendo, ut unum de meis

1. ambitiosae *M* || 4. ei *HD*, et *M* || 6. ulla erit in re *H* || 7. ut *HD*, ui *M* || bene *om.* *H* || ademptum *M* || arbitratur *H* || 8. fidem ⟨tuam⟩ *Lambinus* 10. arbitror *H* || curabo. uale *D* || 13. sic fit] fit *Wesenberg. at cf. O. Rebling 'Versuch e. Charakteristik d. röm. Umgangsspr.' (Kilon.* 1883) *p.* 27 *et C. F. W. Müller Cic. op.* IV, 1 *ad p.* 283, 7 || 14. ⟨id⟩ tribuo *Wesenberg, iniuria. cf. ad* XIII, 9, 2 15. ut ς, in *Ψ* || 17. t. ampium *ex* tam pium D^1. tam pium *H* || 19. *et* 20. uehementer *HD* || 23. s. d. p. p. *D* || collegae sal. *H* || 27. causa mihi *H* || T.] L. *H* || Agusius (augusius *H*)] *cf. Iordan 'krit. Beitr. z. G. d. lat. Spr.' p.* 112 *sq.* || 29. me//, 1 *litt. er.*, *M*

domesticis et maxime necessariis. pergratum mihi feceris, si eum ita tractaris, ut intellegat hanc commendationem sibi magno usu atque adiumento fuisse.

LXXII. (268.)

M. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE S.

Caerelliae, necessariae meae, rem, nomina, possessiones Asiaticas 1
commendavi tibi praesens in hortis tuis quam potui diligentissime,
tuque mihi pro tua consuetudine proque tuis in me perpetuis
maximisque officiis omnia te facturum liberalissime recepisti: meminisse
te id spero — scio enim solere —; sed tamen Caerelliae
procuratores scripserunt te propter magnitudinem provinciae multitudinemque
negotiorum etiam atque etiam esse commonefaciendum.
peto igitur, ut memineris te omnia, quae tua fides pateretur, mihi 2
cumulate recepisse. equidem existimo habere te magnam facultatem
— sed hoc tui est consilii et iudicii — ex eo s. c., quod in
heredes C. Vennonii factum est, Caerelliae commodandi: id senatus
consultum tu interpretabere pro tua sapientia; scio enim eius ordinis
auctoritatem semper aput te magni fuisse. quod relicuum est, sic
velim existimes, quibuscumque rebus Caerelliae benigne feceris,
mihi te gratissimum esse facturum.

LXXIII. (15.)

M. CICERO Q. PHILIPPO PROCOS. S.

Gratulor tibi, quod ex provincia salvum te ad tuos recepisti, 1
incolumi fama et re p. quod si Romae fuissem, te vidissem coramque
gratias egissem, quod tibi L. Egnatius, familiarissimus meus,
apsens, L. Oppius praesens curae fuisset. cum Antipatro Derbete 2
mihi non solum hospitium, verum etiam summa familiaritas intercedit:
ei te vementer suscensuisse audivi et moleste tuli. de re
nihil possum iudicare, nisi illud mihi persuadeo, te, talem virum,
nihil temere fecisse; ⟨a⟩ te autem pro vetere nostra necessitudine
etiam atque etiam peto, ut eius filios, qui in tua potestate sunt,
mihi potissimum condones, nisi quid existimas in ea re violari

---

2. 3. sibi magno usu (usui *M*^c) atque *M*, sibi usu magno atque *HD* 9. te esse facturum *H* ‖ 10. te id *M*, id te *HD* ‖ 14. te habere *H* ‖ 15. hoc *D*, hac *MH* ‖ 16. C. *om. H* ‖ commendandi *Ψ* ‖ 18. reliquum *HD* ‖ 19. benigne feceris *M*, benefeceris *HD* ‖ 20. facturum. uale *D* ‖ 22. Procos. *suspectum Manutio. cf. Hölzl 'fast. praet.' p.* 94 ‖ 24. fuissem *HD*, *om. M* ‖ 27. non solum mihi hospitium *H* ‖ 28. uehementer *HD* ‖ 29. nisi] nisi ⟨quod⟩ *Ernesti* ‖ 30. a ϛ, *om. Ψ, nec tamen videtur abesse posse, ut* IX, 9, 2 (*Dolab.*)

existimationem tuam: quod ego si arbitrarer, numquam te rogarem mihique tua fama multo antiquior esset, quam illa necessitudo est; sed mihi ita persuadeo — potest fieri, ut fallar —, eam rem laudi tibi potius quam vituperationi fore. quid fieri possit et quid mea causa facere possis — nam, quin velis, non dubito —, velim, si tibi grave non erit, certiorem me facias.

LXXIV. (12.)

M. CICERO Q. PHILIPPO PROCOS. S.

Etsi non dubito pro tua in me opservantia proque nostra necessitudine, quin commendationem meam memoria teneas, tamen etiam atque etiam eundem tibi L. Oppium, familiarem meum, praesentem et L. Egnati, familiarissimi mei, apsentis negotia commendo. tanta mihi cum eo necessitudo est familiaritasque, ut, si mea res esset, non magis laborarem; quapropter gratissimum mihi feceris, si curaris, ut is intellegat me a te tantum amari, quantum ipse existimo: hoc mihi gratius facere nihil potes, idque ut facias te vementer rogo.

LXXV. (73.)

M. CICERO T. TITIO T. F. LEG. S. D.

1 Etsi non dubito, quin apud te mea commendatio prima satis valeat, tamen opsequor homini familiarissimo, C. Avianio Flacco, cuius causa omnia cum cupio, tum mehercule etiam debeo: de quo et praesens tecum egi diligenter, cum tu mihi humanissime respondisti, et scripsi ad te accurate antea, sed putat interesse sua me ad te quam saepissime scribere; quare velim mihi ignoscas, si illius voluntati optemperans minus videbor meminisse constantiae
2 tuae: a te idem illud peto, ut de loco, quo deportet frumentum, et de tempore Avianio commodes, quorum utrumque per eundem me optinuit triennium, dum Pompeius isti negotio praefuit. summa est, in quo mihi gratissimum facere possis, si curaris, ut Avianius, quoniam se a me amari putat, me a te amari sciat: erit id mihi pergratum.

---

1. te *om. H* ‖ 2. est *om. H* ‖ 4. uituperationis *M* ‖ possit *ex* posset (*vel contra*) H^1, posset *M* ‖ 5. quin] quid *Ψ* ‖ 10. memoriam *M*, -rie *D* ‖ 12. Egnatii *alii* ‖ 13. mihi *MD*, enim mihi *H* ‖ 14. mihi *om. H* ‖ 16. nihil facere *H* ‖ 17. uehementer *HD* ‖ 21. auiano *H* ‖ 22. cupio . . . debeo] *cf. Boot ad Cic. ad Att.* XV, 3, 2 ‖ 27. illut *M* ‖ ut ⟨et⟩ de loco *Lambinus* ‖ quo] quod *MH*, *et D ut vid.* ‖ 28. auiniano *D* ‖ 29. isto *M*

LXXVI. (1.)

M. CICERO IIII VIRIS ET DECVRIONIBVS S. D.

Tantae mihi cum Q. Hippio causae necessitudinis sunt, ut nihil 1
possit esse coniunctius, quam nos inter nos sumus; quod nisi ita
esset, uterer mea consuetudine, ut vobis nulla in re molestus essem;
etenim vos mihi optimi testes estis, quom mihi persuasum esset
nihil esse, quod a vobis impetrare non possem, numquam me tamen
gravem vobis esse voluisse. vementer igitur vos etiam atque etiam 2
rogo, ut honoris mei causa quam liberalissime C. Valgium Hippianum
tractetis remque cum eo conficiatis, ut, quam possessionem habet
in agro Fregellano ⟨a⟩ vobis emptam, eam liberam et immunem
habere possit: id si a vobis impetraro, summo me beneficio vestro
adfectum arbitrabor.

LXXVII. (236.)

M. CICERO S. D. P. SVLPICIO IMP.

Cum his temporibus non sane in senatum ventitarem, tamen, 1
ut tuas litteras legi, non existimavi me salvo iure nostrae veteris
amicitiae multorumque inter nos officiorum facere posse, ut honori
tuo deessem: itaque adfui supplicationemque tibi lubenter decrevi,
nec reliquo tempore ullo aut rei aut existimationi aut dignitati
tuae dero. atque, hoc ut tui necessarii sciant, hoc me animo erga
te esse, velim facias eos per litteras certiores, ut, si quid tibi opus
sit, ne dubitent mihi iure suo denuntiare. M. Bolanum, virum 2
bonum et fortem et omnibus rebus ornatum meumque veterem
amicum, tibi magnopere commendo. pergratum mihi feceris, si
curaris, ut is intellegat, hanc commendationem sibi magno adiumento fuisse, ipsumque virum optimum gratissimumque cognosces:
promitto tibi te ex eius amicitia magnam voluptatem esse capturum.
praeterea a te peto in maiorem modum pro nostra amicitia et pro 3
tuo perpetuo in me studio, ut in hac re etiam elabores: Dionysius,
servus meus, qui meam bibliothecen multorum nummorum tractavit,

3. cum Q.] cumq' *M*, cumque *HD* ‖ 4. nisi] ni *Brugmann* ('*condicionales ni*' *p.* 26) ‖ 6. testes estis *HD*, testis est *M* ‖ quom] quam *Ψ*, cum ς, quamquam *Orelli* ‖ esset *ex* esse *M*[1] ‖ 8. grauem uoluisse esse uobis *H* ‖ uehementer *HD* ‖ 9. quam *HD*, *om.* *M* ‖ ualgium *M*, uallium *HD* ‖ 11. fregellano *M*, fregelliano *H*, flagellano *D* ‖ a *om.* *Ψ* ‖ 13. arbitror *H*[1] ‖ 15. Sulpicio] *cf. Willems* '*le sénat*' I *p.* 524. Vatinio *Ratilius aliique*, *male* ‖ 19. libenter *HD* ‖ 21. deero *HD* ‖ hoc ut *M*, ut hoc *HD* ‖ 22. certioris *M* ‖ 24. meumque *D*[1], reumque *M*, rerumque *HD*[2] ‖ 25. magno opere *H* ‖ 26. is *HD*, his *M* ‖ 28. amicitiam *M* magnam — 29. amicitia *om.* *D* ‖ 29. a te *MD*, te *H* ‖ 31. bibliothecen *MD*, bibliothecam *H*. βιβλιοθήκην *alii*. *cf. Neue* I[2] *p.* 41

cum multos libros surrupuisset nec se inpune laturum putaret, aufugit. is est in provincia tua: eum et M. Bolanus, ⟨meus⟩ familiaris, et multi alii Naronae viderunt, sed, cum se a me manumissum esse diceret, crediderunt. hunc tu si mihi restituendum curaris, non possum dicere, quam mihi gratum futurum sit: res ipsa parva, sed animi mei dolor magnus est. ubi sit et quid fieri possit, Bolanus te docebit: ego si hominem per te recuperaro, summo me a te beneficio adfectum arbitrabor.

LXXVIII. (192.)

M. CICERO ALLIENO S.

1 Democritus Sicyonius non solum hospes meus est, sed etiam, quod non multis contigit, Graecis praesertim, valde familiaris; est enim in eo summa probitas, summa virtus, summa in hospites liberalitas et opservantia, meque praeter ceteros et colit et opservat et diligit: eum tu non modo suorum civium, verum paene Achaiae
2 principem cognosces. huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio et munio: cognitum per te ipsum, quae tua natura est, dignum tua amicitia atque hospitio iudicabis. peto igitur a te, ut his litteris lectis recipias eum in tuam fidem, polliceare omnia te facturum mea causa; de reliquo, si, id quod confido fore, dignum eum tua amicitia hospitioque cognoveris, peto, ut eum complectare, diligas, in tuis habeas: erit id mihi maiorem in modum gratum. vale.

LXXIX. (193.)

M. CICERO S. D. ALLIENO PROCOS.

Et te scire arbitror, quanti fecerim C. Avianium Flaccum, et ego ex ipso audiveram, optimo et gratissimo homine, quam a te liberaliter esset tractatus. eius filios dignissimos illo patre meosque necessarios, quos ego unice diligo, commendo tibi sic, ut maiore

1. surrupuisset *M*, surripuisset (subrip. *H*) *HD* ‖ 2. in provincia tua] *cf. Mommsen r. g. d. Aug. p.* 99 [2] ‖ meus *a Ψ omissum alii ante, alii post* familiaris *inseruerunt* ‖ 4. tu si mihi *M*, tu (si) mihi, si *a m.* 2, *H*, si tu mihi *D* ‖ 5. sit *MD*, fuerit *H* ‖ 7. recuperaro *Ψ*, reciperaro ς ‖ 8. arbitror *H*. *hanc epistulam excipiunt in MH ep.* XII, 29 *et* XII, 21 ‖ 9. *epistulae* 78 *et* 79 *exstant etiam in F* ‖ 10. Allieno] *cf. Klein 'Verwaltungsbeamte'* I *p.* 82 ‖ 11. est *om. H* ‖ 12. contingit *F* ‖ 14. liberalitas *MD*, libertas *FH* ‖ 16. ego *MD*, ergo ($\overset{o}{g}$) *FH* ‖ aditum *M*, aditu *FHD* ‖ 17. patefacio] patefacto *ΨF* ‖ tua *om. H* ‖ 19. eum *M*, *om. HDF* ‖ 21. peto *M*, peto etiam *FHD* ‖ complectare *MD*, amplectare *FH* ‖ 25. Avianium] auinium *ΨF* ‖ 26. audiueram *MD*, audieram *FH*, *bene* ‖ 27. patri *M*

studio nullos commendare possim. C. Avianius in Sicilia est: Marcus est nobiscum: ut illius dignitatem praesentis ornes, rem utriusque defendas, te rogo. hoc mihi gratius in ista provincia facere nihil potes, idque ut facias te vementer etiam atque etiam rogo.

XIV.

I. (18.)

TVLLIVS TERENTIAE SVAE, TVLLIOLAE SVAE, CICERONI SVO S. D.

Et litteris multorum et sermone omnium perfertur ad me incredibilem tuam virtutem et fortitudinem esse teque nec animi neque corporis laboribus defatigari. me miserum! te ista virtute fide, probitate humanitate in tantas aerumnas propter me incidisse, Tulliolamque nostram, ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo 1

---

1. auinius *D* ‖ 4. uehementer *FHD* ‖ rogo. M. TVLLI CICERONIS EPISTVLARVM AD C. (*hoc v. om. H*) MEMMIVM EXPL. INC. EIVSD. AD TERENTIAM VXOREM FELICITER *MH* ‖ 5. *Libro quarto decimo in MH — D caret — hic praemissus est index (leviores quaedam H discrepantiae omissae sunt)*: 1. TVLLIVS TERENTIAE SVAE | TVLLIOLAE SVAE CICERONI SVO SALVTEM DICIT. | ET LITTERIS MVLTORVM ‖ 2. TVLLIVS S. D. TERENTIAE ET TVLLIOLAE | ET CICERONI SVIS (*haec tria v. om. H*). NOLI PVTARE ME (ad quemquam *add. H*) ‖ 3. TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE | ET TVLLIAE ET CICERONI | ACCIPIEBARISTOCRITO TRIS (ab aristochritotris accepi *H*) ‖ 4. TVLLIVS S. D. TERENTIAE (suae *add. H*) ET | TVLLIAE ET CICERONI SVIS (suo *H*) | EGO MINVS SAEPE DO ‖ 5. TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE | SI TV ET TVLLIA LVX NOSTRA ‖ 6. SVIS S. (*hoc v. om. H*) DICIT | NEC SAEPE EST CVI LITTERAS DEMVS (damus *H*) 7. TVLLIVS (dicit sal. *add. H*) TERENTIAE SVAE SAL. (*hoc v. om. H*) | VT PLVRIMAM OMNIS ‖ 8. TVLLIVS TERENTIAE SVAE SAL. | SI VALES BENE EST ‖ 9. TVLLIVS TERENTIAE SVAE SL. | PLVRVM. AD CETERAS 10. (*hoc lemma om. H*) TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE | QVID FIERI PLACERET ‖ 11. TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE (*haec duo v. om. H*) S. V. B. E. V. TVLLIA NOSTRA VENIT AD ME (*hoc v. om. H*) ‖ 12. TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. | QVOD NOS IN ITALIAM ‖ 13. TVLLIVS S. D. (*post* SVAE *haec duo v. in H collocata*) TERENTIAE SVAE | QVOD SCRIPSI AD TE ‖ 14. TVLLIVS TERENTIAE | VESTRVM IAM CONSILIVM EST 15. TVLLIVS S. D. TERENTIAE | SI VALES BENEST (bene est *H*) 16. TVLLIVS TERENTIAE SVAE (*haec duo v. om. H*) S. D. | S. V. B. E. V. ETSI EIVS MODI ‖ 17. TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. (*haec duo v. om. H*) S. V. B. E. V. SI QVID HABEREM ‖ 18. TVLLIVS TERENTIAE SVAE | CONSIDERANDVM VOBIS (nobis *H*) ‖ 19. (*hoc et quae secuntur lemmata omissa in H*) TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. | IN MAXIMIS MEIS ‖ 20. TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE | IN TVSCVLANVM ‖ 21. TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. | S. V. B. E. V. DA OPERAM ‖ 22. TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE | S. V. B. E. V. NOS COTIDIAE ‖ 23. TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. | S. V. B. E. V. REDDITAE MIHI ‖ 24. TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. | S. V. B. E. V. NOS NEQVE DE CAESARIS ‖ 5. *haec et quae secuntur epistulae exstant etiam in F* ‖ 9. neque *M*, nec *FHD* ‖ 10. defatigari *MFH*, defetigari *D* ‖ te in ista *F*

tantos percipere luctus! nam quid ego de Cicerone dicam? qui cum
primum sapere coepit, acerbissimos dolores miseriasque percepit.
quae si, tu ut scribis, 'fato facta' putarem, ferrem paulo facilius,
sed omnia sunt mea culpa commissa, qui ab eis me amari putabam,
2 qui invidebant, eos non sequebar, qui petebant. quod si nostris
consiliis usi essemus neque aput nos tantum valuisset sermo aut
stultorum amicorum aut improborum, beatissimi viveremus: nunc,
quoniam sperare nos amici iubent, dabo operam, ne mea valetudo
tuo labori desit. res quanta sit, intellego, quantoque fuerit facilius
manere domi quam redire; sed tamen, si omnes tr. pl. habemus, si
Lentulum tam studiosum, quam videtur, si vero etiam Pompeium
3 et Caesarem, non est desperandum. de familia, quomodo placuisse
scribis amicis, faciemus. de loco, nunc quidem iam abiit pestilentia,
sed, quamdiu fuit, me non attigit. Plancius, homo officiosissimus,
me cupit esse secum et adhuc retinet. ego volebam loco magis
deserto esse in Epiro, quo neque †ipso veniret nec milites, sed
adhuc Plancius me retinet: sperat posse fieri, ut mecum in Italiam
decedat; quem ego diem si videro et si in vestrum complexum
venero ac si et vos et me ipsum recuperaro, satis magnum mihi
4 fructum videbor percepisse et vestrae pietatis et meae. Pisonis
humanitas, virtus, amor in omnis nos tantus est, ut nihil supra
possit: utinam ea res ei voluptati sit! gloriae quidem video fore.
de Quinto fratre nihil ego te accusavi, sed vos, cum praesertim tam
5 pauci sitis, volui esse quam coniunctissimos. quibus me voluisti
agere gratias, egi et me a te certiorem factum esse scripsi. quod
ad me, mea Terentia, scribis te vicum vendituram, quid, opsecro
te — me miserum! —, quid futurum est? et, si nos premet eadem
fortuna, quid puero misero fiet? non queo reliqua scribere — tanta
vis lacrimarum est —, neque te in eundem fletum adducam; tantum
scribo: si erunt in officio amici, pecunia non derit; si non erunt,
tu efficere tua pecunia non poteris. per fortunas miseras nostras,

---

3. si ut tu *H* ‖ paullo ς, *bene* ‖ 4. eis] his *ΨF*, iis ς ‖ 8. amici nos *H* ne MH^2D, ut FH^1 ‖ 9. desit *Ψ*, prosit *F* ‖ res . . . . fuerit *om. F* ‖ 15. me cupit esse secum *M*, secum me cupit esse *ex* mecum cupit esse D^1, mecum cupit esse *H*, cupit esse mecum *F* ‖ 16. in Epiro *del. Pluygers* (*Mnemos.* IX. 1881. *p.* 119). *at v. Cic. ad Att.* III, 21; 22, 1. 4 ‖ quo neque ipso ueniret nec *M*, *et D nisi quod* ipse, quo nec ipso uenire est nec *FH*. *pro corrupto v.* ipso *legendum videtur cum Manutio* Piso (*cf. Drumann* V *p.* 643). Hispo ς ‖ 19. recuperauero *FH* ‖ 23. de Quinto] deque *ΨF* ‖ 24. uolui esse] uoluisse *ΨF* ‖ 26. uenditurам *FHD*, uenditurum *M*. *cf. Gell.* I, 7 *et Hertz ann. phil. suppl.* VII. 1873. *p.* 13 *adn.* 22 ‖ quod obs. *FH* ‖ 27. et — 28. fiet *MD* (*praeterea contaminati*), *om. FH* ‖ 27. premet (praemet *M*)] perimet *Madvig* ('*adv. crit.*' III *p.* 164), *non puto iure* ‖ 30. derit *M*, perit *FHD*, deerit ς ‖ 31. efficere] sufficere *Pluygers* (*Mnemos.* I. 1873. *p.* 66), *speciose, sed valde dubito an vere* ‖ per ⟨te⟩ fortunas *Orelli. at v. Boot ad Cic. ad Att.* III, 20, 1

vide, ne puerum perditum perdamus; cui si aliquid erit, ne egeat,
medioeri virtute opus est et medioeri fortuna, ut cetera consequatur.
fac valeas et ad me tabellarios mittas, ut sciam, quid agatur et vos 6
quid agatis. mihi omnino iam brevis expectatio est. Tulliolae et
Ciceroni salutem dic. valete. d. a. d. VI K. Decemb. Dyrrhachii.
Dyrrhachium veni, quod et libera civitas est et in me officiosa et 7
proxima Italiae; sed, si offendet me loci celebritas, alio me con-
feram, ad te scribam.

II. (17.)

TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE ET TVLLIOLAE ET CICERONI SVIS.

Noli putare me ad quemquam longiores epistulas scribere, nisi 1
si quis ad me plura scripsit, cui puto rescribi oportere; nec enim
habeo, quid scribam, nec hoc tempore quicquam difficilius facio.
ad te vero et ad nostram Tulliolam non queo sine plurimis lacrimis
scribere; vos enim video esse miserrimas, quas ego beatissimas
semper esse volui idque praestare debui et, nisi tam timidi fuisse-
mus, praestitissem. Pisonem nostrum merito eius amo plurimum: 2
eum, ut potui, per litteras cohortatus sum gratiasque egi, ut debui.
in novis tr. pl. intellego spem te habere: id erit firmum, si Pompei
voluntas erit: sed Crassum tamen metuo. a te quidem omnia fieri
fortissime et amantissime video, nec miror, sed maereo casum eius-
modi, ut tantis tuis miseriis meae miseriae subleventur: nam ad
me P. Valerius, homo officiosus, scripsit, id quod ego maximo cum
fletu legi, quemadmodum a Vestae ad tabulam Valeriam ducta esses.
hem, mea lux, meum desiderium, unde omnes opem petere solebant!
te nunc, mea Terentia, sic vexari, sic iacere in lacrimis et sordibus,
idque fieri mea culpa, qui ceteros servavi, ut nos periremus! quod 3
de domo scribis, hoc est de area, ego vero tum denique mihi vide-
bor restitutus, si illa nobis erit restituta; verum haec non sunt in

---

1. perditum perdamus *contra Andr. Schotti* p. eamus *vindicavit iam I. F. Gronovius* (*'observ.' p.* 691 *ed. Pl.*), *postea Landgraf* (*act. Erlang.* II *p.* 14 *sq.*) *aliique* ‖ 4. tulliolae suae et *FH*, *sub quo noli credere* t. suavissimae et *vel simile quid latere* ‖ 5. decemb. *MD*, *om. FH* ‖ Dyrrhachii] Dyrrhachio *Orelli. cf. ad* IV, 14, 1 ‖ 7. offendet me *M*, me offendet *FHD* ‖ 8. ⟨ante⟩ ad te *Starker* (*'symb. crit.' p.* 30), *inutiliter puto. in asyndeto alii offenderunt* ‖ 10. suae *MFH*, *om. ind. MH et D* ‖ 11. suis *MD et ind. M*, *om. FH* ‖ 12. longioris *M* ‖ 12. 13. nisi si] *cf. Thielmann diss. Argentor.* II. 1879. *p.* 367 ‖ 14. quid *ΨF*, quod ς ‖ facio *M*, facto *FH*, factu *D* ‖ 15. sine *Ψ*, nisi *F* ‖ 17. 18. fuissemus *M*, essemus *FHD* ‖ 20. nouis *MD*, nonis *FH* ‖ spem te *M*, te spem *FHD* ‖ 21. a te *M*, *om. FHD* ‖ 22. casum ⟨esse⟩ *Ernesti* ‖ 23. subleuantur *M* ‖ 25. a Vestae] *cf. Wölfflin 'Arch. f. lat. Lexicogr.'* II *p.* 368 *sq.* ‖ 26. hem *Ψ*, est *F* ‖ 27. te] tene *Pluygers* (*Mnemos.* IX. 1881. *p.* 119) ‖ 28. mea *FHD*, me *M* ‖ 29. 30. mihi uidebor *M*, uidebor mihi *FH*, uidebor *D* ‖ 30. erit *M*, fuerit *FHD* ‖ 30. *p.* 388, 1 uerum non sunt haec in manu nostra *F*

nostra manu: illud doleo, quae inpensa faciendast, in eius partem te miseram et despoliatam venire. quod si conficitur negotium, omnia consequemur; sin eadem nos fortuna premet, etiamne reliquias tuas misera proicies? obsecro te, mea vita, quod ad sumptum attinet, sine alios, qui possunt, si modo volunt, sustinere, et valetudinem istam infirmam, si me amas, noli vexare; nam mihi ante oculos dies noctesque versaris: omnis labores te excipere video; timeo, ut sustineas. sed video in te esse omnia; quare, ut id, quod
4 speras et quod agis, consequamur, servi valetudini. ego, ad quos scribam, nescio, nisi ad eos, qui ad me scribunt, aut ad eos, de quibus ad me vos aliquid scribitis. longius, quoniam ita vobis placet, non discedam; sed velim quam saepissime litteras mittatis, praesertim, si quid est firmius, quod speremus. valete, mea desideria, valete. d. a. d. III Non. Oct. Thessalonica.

III. (19.)

TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE ET TVLLIAE ET CICERONI.

1 Accepi ab Aristocrito tris epistolas, quas ego lacrimis prope delevi; conficior enim maerore, mea Terentia, nec meae me miseriae magis excruciant quam tuae vestraeque, ego autem hoc miserior sum quam tu, quae es miserruma, quod ipsa calamitas communis est utriusque nostrum, sed culpa mea propria est. meum fuit officium vel legatione vitare periculum vel diligentia et copiis resistere vel cadere fortiter: hoc miserius, turpius, indignius nobis
2 nihil fuit. quare cum dolore conficiar, tum etiam pudore: pudet enim me uxori meae optimae, suavissimis liberis virtutem et diligentiam non praestitisse; nam mi ante oculos dies noctesque versatur squalor vester et maeror et infirmitas valetudinis tuae, spes autem salutis pertenuis ostenditur. inimici sunt multi, invidi paene omnes: eicere nos magnum fuit, excludere facile est; sed tamen, quamdiu vos eritis in spe, non deficiam, ne omnia mea culpa ceci-

1. faciendast MH^1, facienda est FH^2D ‖ 1. 2. partem te *FHD*, parte *M* ‖ 3. sin — 4. proicies *MD* (*praeterea contaminati*), *om.* *FH* ‖ 4. miseras proities *D*, miseras proices *M* ‖ uita mea *H* ‖ 5. attinet et sine *M* ‖ 10. aut [ad eos] *Wesenberg* ‖ 10. 11. de quibus aliquid ad (a *H*) me uos scr. *FH* ‖ 11. quoniam *D*, quam *M*, quando *FH* ‖ 14. d. — Thessalonica (thesalonica *M*) *MD*, *om.* *FH* ‖ 16. suae *MD*, *om.* *FH* ‖ 17. accepi *ex* accipi M^c ‖ 18. terrentia *M* ‖ mee me miseriae *D*, me miseriae *M*, meae miseriae me *FH* ‖ 20. miserrima *FHD* ‖ 24. conficiar (confitiar *MD*) *MDF*, conficior *H* ‖ 25. meae optimae *DF*, me optime *M*, mee (meee *m.* 2, *sed eras. ult.* e) optime *H* ‖ 25. 26. diligentiam *MD*, indulgentiam *FH* ‖ 26. mihi ς ‖ dies noctesque *MH*, dies ac noctes *FD* ‖ 27. uester et *FHD*, uerteret *M* ‖ 28. poene *M*

disse videantur. ut tuto sim, quod laboras, id mihi nunc facillimum 3
est, quem etiam inimici volunt vivere in tantis miseriis; ego tamen
faciam, quae praecipis. amicis, quibus voluisti, egi gratias et eas
litteras Dexippo dedi meque de eorum officio scripsi a te certiorem
esse factum. Pisonem nostrum mirifico esse studio in nos et officio
et ego perspicio et omnes praedicant: di faxint, ut tali genero mihi
praesenti tecum simul et cum liberis nostris frui liceat! nunc spes
reliqua est in novis tr. pl. et in primis quidem diebus; nam, si in-
veterarit, actum est. ea re ad te statim Aristocritum misi, ut ad 4
me continuo initia rerum et rationem totius negotii posses scribere,
etsi Dexippo quoque ita imperavi, statim ut recurreret, et ad
fratrem misi, ut crebro tabellarios mitteret; nam ego eo nomine
sum Dyrrhachii hoc tempore, ut quam celerrime, quid agatur,
audiam, et sum tuto; civitas enim haec semper a me defensast.
cum inimici nostri venire dicentur, tum in Epirum ibo. quod 5
scribis te, si velim, ad me venturam, ego vero, cum sciam magnam
partem istius oneris abs te sustineri, te istic esse volo. si perficitis,
quod agitis, me ad vos venire oportet; sin autem — sed nihil opus
est reliqua scribere. ex primis aut summum secundis litteris tuis
constituere poterimus, quid nobis faciendum sit: tu modo ad me
velim omnia diligentissime perscribas, etsi magis iam rem quam
litteras debeo expectare. cura, ut valeas et ita tibi persuadeas,
mihi te carius nihil esse nec umquam fuisse. vale, mea Terentia;
quam ego videre videor: itaque debilitor lacrimis. vale. pr. K. Dec.

IV. (16.)

TVLLIVS S. D. TERENTIAE ET TVLLIAE ET CICERONI SVIS.

Ego minus saepe do ad vos litteras, quam possum, propterea 1
quod cum omnia mihi tempora sunt misera, tum vero, cum aut
scribo ad vos aut vestras lego, conficior lacrimis sic, ut ferre non
possim. quod utinam minus vitae cupidi fuissemus! certe nihil aut
non multum in vita mali vidissemus. quod si nos ad aliquam ali-

1. tuto] tutus *aut* ⟨in⟩ tuto *Wesenberg, iniuria* || 2. in tantis *FHD*, instantis *M*. in his tantis ς || 3. egi (aegi *M*) gratias *MD*, gratias egi *FH* || 4. desippo *ΨF* || 6. di *M*, dii *FHD* || 8. nouis *MD*, nonis *FH* || 8. 9. si inueterari tactum est *FH* || 10. posses] posse *M*, posset *FH²D*, possit *H¹* || 11. etsi desippo quoque ita imperaui statim ut ut recurreret *M*, et sic lesippo quoque ita statim ut (*hoc v. om. F*) recurreret imperaui *FHD*. *in* ut ut *Medicei latere* huc ut *arbitratus est Orelli* || 13. dyrrachil *M* || 14. defensa est *FHD* || 15. qum *M*. *cf. Brambach 'lat. Orthogr.' p. 222 sq.* || 17. te istic] et istic *ΨF* || 19. tuis *MD*, *om. FH* || 22. spectare *MFH*, sperare *D* || et ita *om. F* || 24. K.] k. a. l. *M* || 26. terentiae suae et *ind. H* (*non H ipse*) *F* || suis *MD*, suo *FH ind. H* || 28. uero qum *M* || 30. possum *FH* || fuisse *M*

cuius commodi aliquando recuperandi spem fortuna reservavit, minus est erratum a nobis; si haec mala fixa sunt, ego vero te quam primum, mea vita, cupio videre et in tuo conplexu emori, quoniam neque dii, quos tu castissime coluisti, neque homines, quibus ego
2 semper servivi, nobis gratiam redtulerunt. nos Brundisii apud M. Laenium Flaccum dies XIII fuimus, virum optimum, qui periculum fortunarum et capitis sui prae mea salute neglexit neque legis improbissimae poena deductus est, quo minus hospitii et amicitiae ius officiumque praestaret: huic utinam aliquando gratiam referre
3 possimus! habebimus quidem semper. Brundisio profecti sumus a. d. II K. Mai.: per Macedoniam Cyzicum petebamus. o me perditum! o afflictum! quid nunc rogem te, ut venias, mulierem aegram et corpore et animo confectam? non rogem? sine te igitur sim? opinor, sic agam: si est spes nostri reditus, eam confirmes et rem adiuves; sin, ut ego metuo, transactum est, quoquo modo potes ad me fac venias. unum hoc scito: si te habebo, non mihi videbor plane perisse. sed quid Tulliola mea fiet? iam id vos videte: mihi dest consilium. sed certe, quoquo modo se res habebit, illius misellae et matrimonio et famae serviendum est. quid? Cicero meus quid aget? iste vero sit in sinu semper et conplexu meo. non queo plura iam scribere: inpedit maeror. tu quid egeris, nescio:
4 utrum aliquid teneas an, quod metuo, plane sis spoliata. Pisonem, ut scribis, spero fore semper nostrum. de familia liberata, nihil est quod te moveat: primum tuis ita promissum est, te facturam esse, ut quisque esset meritus; est autem in officio adhuc Orpheus, praeterea magnopere nemo; ceterorum servorum ea causa est, ut, si res a nobis abisset, liberti nostri essent, si optinere potuissent, sin ad nos pertinerent, servirent praeterquam oppido pauci. sed
5 haec minora sunt. tu quod me hortaris, ut animo sim magno et

---

2. si] sin *alii* ‖ 5. semper *M*, *om.* *FHD* ‖ redtulerunt *M*, retulerunt *FHD* ‖ 6. lenium *ΨF* ‖ 7. prae *MD*, pro *FH*. *cf. Schmalz progr. Mannheim.* 1881 *p.* 22 ‖ 7. 8. neque legis improbissime *M*, neque improbissime *FH* ‖ 9. ius officiumque *M*, eius officiumque *FH*[2]*D*, eius officium *H*[1] ‖ utinam aliquando *M*, aliquando utinam *FHD* ‖ 10. profecti sumus *FHD*, profectissimus *M* ‖ 11. a. d. II *Rutilius* (*cf. C. I. L.* I, 902. 979. 1539*b*), a. d. V *ΨF*, prid. *Schütz*. *traditam scripturam cum Rauschenio* (*'ephem. Tull.' p.* 26) *ex Plut. Cic.* 32 *defendi posse non credo* ‖ per] et per *H* ‖ 12. o afflictum (*ex* omlictum *M*[1]) *MD*, efflictum *FH* ‖ quid nunc] quid enim? *Wesenberg* ‖ 12. 13. aegram et *MD*, egram et *H*, erga *F* ‖ 14. eam *MD*, ea *FH* ‖ rem] re *Lambinus*, Romae *H. A. Koch* (*mus. Rhen.* XII *p.* 269) ‖ 15. 16. fac ad me uenias *D* ‖ 16. uideor *F* ‖ 17. tulliolae meae *F* ‖ 18. dest] est *M*, deest *FHD* ‖ res se habebit *D* ‖ 19. matrimonio] patrimonio *Koch l. c.*, *iniuria* ‖ quid cicero *MD*, cicero *FH* ‖ 20. 21. non queo plura *MD*, plura non queo *FH* ‖ 21. iam *FHD*, lam *M* ‖ 23. liberata] liberanda *olim Orelli*, *perperam* ‖ 24. est *MD*, *om.* *FH* ‖ 25. quisque *MD*, quisquis *FH* ‖ meritus *M*, maritus *FHD* ‖ 26. magno opere ς ‖ 27. abisset *amicus quidam Lambini*, abesset *ΨF* ‖ 28. pertinerent] pertineret *I. F. Gronovius*

spem habeam recuperandae salutis, id velim sit eiusmodi, ut recte sperare possimus. nunc miser quando tuas iam litteras accipiam? quis ad me perferet? quas ego exspectassem Brundisii, si esset licitum per nautas, qui tempestatem praetermittere noluerunt. quod reliquum est, sustenta te, mea Terentia, ut potes honestissime. viximus floruimus; non vitium nostrum, sed virtus nostra nos adflixit: peccatum est nullum, nisi quod non una animam cum ornamentis amisimus; sed, si hoc fuit liberis nostris gratius, nos vivere, cetera, quamquam ferenda non sunt, feramus. atque ego, qui te confirmo, ipse me non possum.
6 Clodium Philhetaerum, quod valetudine oculorum impediebatur, hominem fidelem, remisi. Salustius officio vincit omnes. Pescennius est perbenivolus nobis, quem semper spero tui fore observantem. Sicca dixerat se mecum fore, sed Brundisio discessit. cura, quod potes, ut valeas et sic existimes, me vehementius tua miseria quam mea commoveri. mea Terentia, fidissima atque optima uxor, et mea carissima filiola et spes reliqua nostra, Cicero, valete. **pr. K. Mai. Brundisio.**

V. (144.)

TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE.

1 Si tu et Tullia, lux nostra, valetis, ego et suavissimus Cicero valemus. pr. Idus Oct. Athenas venimus, cum sane adversis ventis usi essemus tardeque et incommode navigassemus. de nave exeuntibus nobis Acastus cum litteris praesto fuit uno et vicesimo die, sane strenue. accepi tuas litteras, quibus intellexi te vereri, ne superiores mihi redditae non essent: omnes sunt redditae diligentissimeque a te perscripta sunt omnia, idque mihi gratissimum fuit. neque sum admiratus hanc epistolam, quam Acastus attulit, brevem fuisse; iam enim me ipsum exspectas sive nos ipsos, qui quidem quam primum ad vos venire cupimus, etsi, in quam rem p.

2. possim *D* ‖ nunc *MD*, et nunc *FH* ‖ 3. perferret *F*, *et sic primitus H* ‖ 4. noluerunt *MD*, uoluerunt *FH* ‖ 5. te *M*, *om. FHD* ‖ terrentia *MD* ‖ terentia mea *F* ‖ ut *MD*, non *FH* ‖ ut potes honestissime (*cf. Dahl 'Ut' p.* 47) *Madvig.* ut potes honestissime *alii* ‖ 8. liberis *MD*, litteris *FH* ‖ 9. non *FHD*, *om. M* ‖ atque] atqui *Wesenberg* ‖ qui te *MD*, *om. FH* ‖ 10. ipse non possum me *F* ‖ philhetaerum *M*, phileterum *D*, philotherum *H*, philoterum *F* ‖ 11. Sallustius *alii, bene* ‖ 12. vincit ς, uincet *ΨF*. *ceterum* uincet omnespes cennius *M*, uincet omnes pescentius *H* ‖ 13. sica *F* ‖ 14. quod *ΨF*, quoad ς (quantum *D*[2]) ‖ 16. karissima *Ψ* ‖ 16. 17. nostra reliqua *F* ‖ 17. pr.] p. r. *M* ‖ 22. naui ς ‖ 25. non] n *h. l. M* ‖ 25. 26. diligentissimeque a te *D*, diligentissime quae a te *M*, diligentissimeque at ac *H*, *FH* ‖ 26. id quae mihi *M* ‖ 27. sum *MD*, enim sum *FH* ‖ acastus *FHD*, castus *M* ‖ 29. primum *FHD*, primus *M* ‖ uos *ex* nos *M*[1] ‖ cupimus] cupiamus *ΨF*

veniamus, intellego; cognovi enim ex multorum amicorum litteris, quas attulit Acastus, ad arma rem spectare, ut mihi, cum venero, dissimulare non liceat, quid sentiam; sed, quoniam subeunda fortunast, eo citius dabimus operam ut veniamus, quo facilius de tota re deliberemus. tu velim, quod commodo valetudinis tuae fiat,
2 quam longissime poteris, obviam nobis prodeas. de hereditate Preciana — quae quidem mihi magno dolori est; valde enim illum amavi —, sed hoc velim cures: si auctio ante meum adventum fiet, ut Pomponius aut, si is minus poterit, Camillus nostrum negotium curet — nos, cum salvi venerimus, reliqua per nos agemus —; sin tu iam Roma profecta eris, tamen curabis, ut hoc ita fiat. nos, si dii adiuvabunt, circiter Idus Nov. in Italia speramus fore. vos, mea suavissima et optatissima Terentia, si nos amatis, curate ut valeatis. vale. Athenis, a. d. XVII K. Novemb.

VI. (168.)

SVIS S. D.

Nec saepe est, cui litteras demus, nec rem habemus ullam, quam scribere velimus. ex tuis litteris, quas proxime accepi, cognovi praedium nullum venire potuisse; quare videatis velim, quomodo satis fiat ei, cui scitis me satis fieri velle. quod nostra tibi gratias agit, id ego non miror te mereri, ut ea tibi merito tuo gratias agere possit. Pollicem, si adhuc non est profectus, quam primum fac extrudas. cura, ut valeas. Idib. Quinct.

VII. (165.)

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. P.

1 Omnis molestias et sollicitudines, quibus et te miserrimam habui, id quod mihi molestissimum est, et Tulliolam, quae nobis nostra vita dulcior est, deposui et eieci; quid causae autem fuerit, postridie intellexi, quam a vobis discessi: χολὴν ἄκρατον noctu eieci; statim ita sum levatus, ut mihi deus aliquis medicinam fecisse videatur, cui quidem tu deo, quemadmodum soles, pie et caste satis

1. veniamus] uenimus *ΨF* ‖ 3. quod sentiam *FH* ‖ 3. 4. fortuna est *FHD* ‖ 6. prodeas *FHD*, propeas *M* ‖ 7. pretiana *D*, praeciana *MFH* ‖ 9 pompinius *FH* ‖ nostrum *om.* *F* ‖ 12. adiuuabant *M* ‖ 13. op tissima *H*, obtimissima *F* ‖ 14. vale (ualete *D*) *del. alii* ‖ XVII *Gruber*, XV *ΨF*. *cf. Sternkopf 'quaest. chronol.' p.* 35 ‖ 16. suis *MFH*, M. T. CI. suis *D* ‖ 19. nullum *MD*, *om.* *FH* ‖ 20. 21. agit gratias *F* ‖ 23. extrudas *MD*, extra idas *FH* ‖ 27. est et *FHD*, est *M quod probans* et *ante* id *inserebat Victorius* ‖ tulliolam *MD*, tullio iam *FH* ‖ 28. autem *MH*[2]*D*, est autem *FH*[1] ‖ fuerat *FH* ‖ 29. post tridie *F*, post pridiae *M* ‖ a nobis *FH*

facies, id est Apollini et Aesculapio. navem spero nos valde bonam 2
habere; in eam simulatque conscendi, haec scripsi. deinde conscribam ad nostros familiares multas epistulas, quibus te et Tulliolam nostram diligentissime commendabo. cohortarer vos, quo animo fortiores essetis, nisi vos fortiores cognossem quam quemquam virum. et tamen eiusmodi spero negotia esse, ut et vos stic commodissime sperem esse et me aliquando cum similibus nostri rem
p. defensuros. tu primum valetudinem tuam velim cures; deinde, 3
si tibi videbitur, villis eis utere, quae longissime aberunt a militibus. fundo Arpinati bene poteris uti cum familia urbana, si annona carior fuerit. Cicero bellissimus tibi salutem plurimam dicit. etiam atque etiam vale. d. VII Idus Iun.

VIII. (174.)

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S.

Si vales, bene est, ego valeo. valetudinem tuam velim cures diligentissime; nam mihi et scriptum et nuntiatum est te in febrim subito incidisse. quod celeriter me fecisti de Caesaris litteris certiorem, fecisti mihi gratum. item posthac, si quid opus erit, si quid acciderit novi, facies, ut sciam. cura, ut valeas. vale. d. IIII Non. Iun.

IX. (171.)

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. P.

Ad ceteras meas miserias accessit dolor et de Dolabellae valetudine et de Tulliae. omnino de omnibus rebus nec quid consilii capiam nec quid faciam scio. tu velim tuam et Tulliae valetudinem cures. vale.

X. (178.)

TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE.

Quid fieri placeret, scripsi ad Pomponium serius quam oportuit: cum eo si locuta eris, intelleges, quid fieri velim; apertius scribi,

1. id est ... Aesculapio *suspecta Manutio, fort. recte* ‖ nauem uero spero *H* 4. cohortaret *FH* ‖ quo *D*, quod *M*, quoniam (qui *H*) *FH*, *seclusit Orelli* 5. fortiores] fortiore *alii. cf. Lehmann p.* 83 ‖ cognossem *ex* cognoscem *M*c ‖ 6. stic *M* (*cf. ad* IV, 3, 2), istic *FHD* ‖ 8. defensuros] defensurum ς. *cf. Reisig schol. synt. Lat. p.* 35 *ed. Schmalz* ‖ tu] ut *ΨF* ‖ 9. eis] iis *M*, his *FHD* ‖ utere] utare ς *et Wesenberg* ‖ 10. frondo arp. *FH*[1] ‖ bene poteris uti *M*, uti bene poteris *FH*, uti poteris *D* ‖ 16. nam et mihi scriptum *F* ‖ 17. me fecisti *MD*, me fecisse *FH* ‖ 19. vale *del. Kleyn* (*p.* 53), *iniuria* ‖ 20. IIII Non. Iun.] *cf. W. Sternkopf progr. Dortm.* 1891 *p.* 46 ‖ 23. de dolabellae *FHD*, dolabellae *M* ‖ 24. *et* 25. nec quid *MD*, ne quid *FH* ‖ 26. ualete *H* ‖ 29. quod *F* pompinium *M* ‖ 30. scribi *MD*, scripsi *FH*

quoniam ad illum scripseram, necesse non fuit. de ea re et de ceteris rebus quam primum velim nobis litteras mittas. valetudinem tuam cura diligenter. vale. VII Idus Quinctiles.

XI. (176.)

TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE.

S. v. b. e. v. Tullia nostra venit ad me pr. Idus Iun.; cuius summa virtute et singulari humanitate graviore etiam sum dolore adfectus nostra factum esse neglegentia, ut longe alia in fortuna esset, atque eius pietas ac dignitas postulabat. nobis erat in animo Ciceronem ad Caesarem mittere et cum eo Cn. Sallustium: si profectus erit, faciam te certiorem. valetudinem tuam cura diligenter. vale. XVII K. Quinctiles.

XII. (169.)

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

Quod nos in Italiam salvos venisse gaudes, perpetuo gaudeas velim; sed perturbati dolore animi magnisque iniuriis metuo ne id consilii ceperimus, quod non facile explicare possimus. quare, quantum potes, adiuva; quid autem possis, mihi in mentem non venit. in viam quod te des hoc tempore, nihil est: et longum est iter et non tutum et non video, quid prodesse possis, si veneris. vale. d. pr. Non. Nov. Brundisio.

XIII. (179.)

TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE.

Quod scripsi ad te proximis litteris de nuntio remittendo, quae sit istius vis hoc tempore et quae concitatio multitudinis, ignoro. si metuendus iratus est, quiesces; tamen ab illo fortasse nascetur. totum iudicabis quale sit, et, quod in miserrimis rebus minime miserum putabis, id facies. vale. VI Id. Quinctilis.

---

1. quoniam (quõ) *M*, quam *FD*, qm̄ (:quam *sive* quoniam) *H* ‖ re *om. H* ‖ 3. quintiles *MD*, quint̄. *FH* ‖ 5. tullius terentiae suae s. d. *FHD* ‖ 8. esse factum *D* ‖ 10. sallustium *M*, salustium *FHD* ‖ 19. nihil *MD*, nihili *FH* ‖ 20. uidebo quid *F*, uidebo quod *H* ‖ 24. de nuncia *F*, denuntia (*sive* demintia) *H* ‖ 26. si *MD*, sed *FH* ‖ quiesces tamen *MD*, quiesce tamen *H*, quiesce tantum *F*. quiesces: ⟨res⟩ tamen *Orelli, contra quem recte Baiter attulit Cic. ad Att.* XI, 23, 3: 'considera igitur, tumne, cum ab ipso nascetur, an prius' ‖ 27. in miseris r. *F* ‖ 27. 28. minime miserum *M*, miserum minime *FHD* ‖ 28. VII *F*

XIV. (156.)

TVLLIVS TERENTIAE ET PATER TVLLIAE, DVABVS ANIMIS SVIS, ET CICERO MATRI OPTIMAE, SVAVISSIMAE SORORI S. P. D.

Si vos valetis, nos valemus. vestrum iam consilium est, non 1
solum meum, quid sit vobis faciendum. si ille Romam modeste venturus est, recte in praesentia domi esse potestis; sin homo amens diripiendam urbem daturus est, vereor, ut Dolabella ipse satis nobis prodesse possit. etiam illud metuo, ne iam intercludamur, ut, cum velitis exire, non liceat. reliquum est, quod ipsae optime considerabitis, vestri similes feminae sintne Romae; si enim non sunt, videndum est, ut honeste vos esse possitis. quomodo quidem nunc se res habet, modo ut haec nobis loca tenere liceat, bellissime vel mecum vel in nostris praediis esse poteritis. etiam illud verendum est, ne brevi tempore fames in urbe sit. his de 2
rebus velim cum Pomponio, cum Camillo, cum quibus vobis videbitur, consideretis, ad summam animo forti sitis: Labienus rem meliorem fecit; adiuvat etiam Piso, quod ab urbe discedit et sceleris condemnat generum suum. vos, meae carissimae animae, quam saepissime ad me scribite, et vos quid agatis et quid istic agatur. Quintus pater et filius et Rufus vobis s. d. valete. VIII K. [Quinct.] Menturnis.

XV. (177.)

TVLLIVS S. D. TERENTIAE.

Si vales, benest. constitueramus, ut ad te antea scripseram, obviam Ciceronem Caesari mittere, sed mutavimus consilium, quia de illius adventu nihil audiebamus. de ceteris rebus, etsi nihil erat novi, tamen, quid velimus et quid hoc tempore putemus opus esse, ex Sicca poteris cognoscere. Tulliam adhuc mecum teneo. valetudinem tuam cura diligenter. vale. XII K. Quinctiles.

---

2. animis *Ψ*, animabus *F*. *cf. Neue* I² *p.* 29 ‖ 6. uobis *MD*, nobis *FH* ‖ 7. est *FHD*, *om. M* ‖ 9. 10. intercludamur, mur *corr. a m.* 2, *H*. intercludamini ς ‖ 10. ipsae *D*, ipse *MH²*, ipsi *FH¹* ‖ 11. si *FHD*, sit *M* ‖ 12. videndum] verendum *Lambinus* ‖ uos possitis esse *H*, uos ipse possitis *F* ‖ 13. habet *in ras. M¹ ex* habitet, *ut vid.* ‖ 14. bellisime *M* ‖ 16. uelim ut cum *H* ‖ 17. ad summam] *cf. Burg Cael. p.* 62 ‖ forti sitis *FHD*, fortis sitis *M*, *in quo* fortes sitis *non videtur quaerendum. cf. Lehmann p.* 83 ‖ 18. discedit *MD*, discessit *FH* ‖ 19. uos mae karissimae *M* ‖ 21. quintus *D*, quinctus *M*, quintius *FH* ‖ uobis *MD*, nobis *FH* ‖ Quinct. *aut delendum cum Wesenbergio — qui tamen debebat* K., *non* Kal., *scribere — aut in* Febr. *mutandum cum Sigonio* ‖ 22. menturnis *ΨF* (*cf. Mommsen ad C. I. L.* X *p.* 595), minturnis ς ‖ 25. bene est *FHD* 26. cosilium *M* ‖ 27. *pr.* nihil *om. F* ‖ erat *MD*, erit *FH* ‖ 29. sica *F* ‖ mecum teneo *MD*, teneo mecum *H*, teneo *F* ‖ 30. XII *MD*, VII *FH*. *cf. ad Att.* XI, 18, 2

XVI. (173.)

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

S. v. b. e. v. etsi eiusmodi tempora nostra sunt, ut nihil habeam, quod aut a te litterarum exspectem aut ipse ad te scribam, tamen nescio quomodo et ipse vestras litteras exspecto et scribo ad vos, cum habeo, qui ferat. Volumnia debuit in te officiosior esse, quam fuit, et id ipsum, quod fecit, potuit diligentius facere et cautius: quamquam alia sunt, quae magis curemus magisque doleamus, quae me ita conficiunt, ut iei voluerunt, qui me de mea sententia detruserunt. cura, ut valeas. pr. Non. Ian.

XVII. (172.)

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

S. v. b. e. v. si quid haberem, quod ad te scriberem, facerem id et pluribus verbis et saepius: nunc, quae sint negotia, vides; ego autem quomodo sim adfectus, ex Lepta et Trebatio poteris cognoscere. tu fac, ut tuam et Tulliae valetudinem cures. vale.

XVIII. (155.)

TVLLIVS TERENTIAE SVAE ET PATER SVAVISSIMAE FILIAE, CICERO MATRI ET SORORI S. D. P.

1 Considerandum vobis etiam atque etiam, animae meae, diligenter puto, quid faciatis, Romaene sitis an mecum in aliquo tuto loco: id non solum meum consilium est, sed etiam vestrum. mihi veniunt in mentem haec: Romae vos esse tuto posse per Dolabellam eamque rem posse nobis adiumento esse, si quae vis aut si quae rapinae fieri coeperint; sed rursus illud me movet, quod video omnis bonos abesse Roma et eos mulieres suas secum habere, haec autem regio, in qua ego sum, nostrorum est cum oppidorum, tum etiam prae-

---

3. S. *om.* *M* ‖ 4. quod] quid *ΨF* ‖ litterarum *suspectum Ernestio* ‖ 6. uolumina *FH*, uolumna *D* ‖ 9. ut iei *Lachmann* (*ad Lucr.* II 322), uti ei *ΨF* ‖ mea *M*, sua *FHD* ‖ 10. cura ut *FHD*, curant *M* ‖ ualeas *MD*, ualeas uale *FH* ‖ 14. sint] sunt *ΨF* ‖ 15. adfictus *M*, *unde* adflictus ς ‖ trepatio *FH* ‖ 19. ⟨ET⟩ CICERO *Wesenberg* ‖ 20. uobis *MD*, nobis *FH* ‖ 21. an *D*, at *M*, aut *FH* ‖ in] an *Wesenberg*, *recte puto. neque enim rationes ab illo* (*'em. alt.' p.* 50) *expositas refutavit Lehmann p.* 3 ‖ tuto *om.* *F* ‖ 23. tuto non posse *FH* ‖ per — 24. posse *om.* *FH* ‖ 23. pro dolabella *D* ‖ 23. 24. eam quae *M* ‖ 24. posse *om.* *D* ‖ nobis *MD*, uobis *FH* ‖ aut quae rapinae *FH* ‖ 26. et eos secum habere mulieres suas *FH* ‖ 27. cum] quum *h. l.* *M*

diorum, ut et multum esse mecum et, cum abieritis, commode et
in nostris esse possitis. mihi plane non satis constat adhuc, utrum 2
sit melius: vos videte, quid aliae faciant isto loco feminae, et ne, cum velitis, exire non liceat; id velim diligenter etiam atque etiam vobiscum et cum amicis consideretis. domus ut propugnacula et praesidium habeat, Philotimo dicetis; et velim tabellarios instituatis certos, ut cotidie aliquas a vobis litteras accipiam; maxime autem date operam, ut valeatis, si nos vultis valere. VIIII K. Formiis.

XIX. (170.)

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

In maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tulliae nostrae, de qua nihil est quod ad te plura scribam; tibi enim aeque magnae curae esse certo scio. quod me propius vultis accedere, video ita esse faciendum: etiam ante fecissem, sed me multa impediverunt, quae ne nunc quidem expedita sunt. sed a Pomponio expecto litteras, quas ad me quam primum perferendas cures velim. da operam, ut valeas.

XX. (184.)

TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE.

In Tusculanum nos venturos putamus aut Nonis aut postridie: ibi ut sint omnia parata — plures enim fortasse nobiscum erunt et, ut arbitror, diutius ibi commorabimur —; labrum si in balineo non est, ut sit, item cetera, quae sunt ad victum et ad valetudinem necessaria. vale. K. Oct. de Venusino.

---

1. abieritis *M*, *et ex* abientis *D*[1], abieris *FH* ‖ 1. 2. commode $\overset{\text{et}}{\text{ut}}$ (et *a m.* 2) in nostris *H*, commode et in uestris *F*. commode in nostris ⟨praediis⟩ (*hoc ex* ς) *Wesenberg*. commode et ⟨tuto⟩ in nostris *vel* commode in nostris *H. A. Koch* (‘*coni. Tull.*’ *p.* 33). *cf.* VII, 3, 3: ‘ego cum meis, si quicquam nunc cuiusquam est, etiam in meis esse malui’ ‖ 2. utrum *FHD*, uerum *M* ‖ 4. id *MD*, sed *FH* ‖ atque etiam *M*, *om. FHD* ‖ 6. praesidium] praedium *FH*, predium *MD* ‖ philtimo *M* ‖ 8. dato *D*, dare *F* ‖ Formiis] formis *Ψ*, fortinis (*ut vid.*) *F* ‖ 12. de quā, o *a m.* 1. *H* ‖ aequae *M* ‖ 13. certe *D* ‖ 14. etiam] et iam ς ‖ 17. ualeas. uale *D* ‖ 19. suae *om. F* ‖ 22. 23. labrum si (si *D*[1] *ex* ut sit) in balineo non est ut sit item cetera *MD*, labrum sit in balneo non est ut sit (*ult. quattuor v. expunx. H*[2], *om. F*) item sint (*hoc v. om. H*[1]) cetera *FH* ‖ 24. deuensino (de uensino *D*) *MD*, deuensina (*in mg. a m.* 1 *sive* deuensino) *H*, de v· *F*

XXI. (175.)

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

S. v. b. e. v. da operam, ut convalescas, quod opus erit, ut res tempusque postulat, provideas atque administres et ad me de omnibus rebus quam saepissime litteras mittas. vale.

XXII. (183.)

TVLLIVS S. D. TERENTIAE SVAE.

S. v. b. e. v. nos cotidie tabellarios nostros exspectamus, qui si venerint, fortasse erimus certiores, quid nobis faciendum sit, faciemusque te statim certiorem. valetudinem tuam cura diligenter. vale. K. Septemb.

XXIII. (181.)

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

S. v. b. e. v. redditae mihi tandem sunt a Caesare litterae satis liberales, et ipse opinione celerius venturus esse dicitur; cui utrum obviam procedam, an hic eum exspectem, cum constituero, faciam te certiorem. tabellarios mihi velim quam primum remittas. valetudinem tuam cura diligenter. vale. d. pr. Id. Sext.

XXIV. (180.)

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

S. v. b. e. v. nos neque de Caesaris adventu neque de litteris, quas Philotimus habere dicitur, quicquam adhuc certi habemus: si quid erit certi, faciam te statim certiorem. valetudinem tuam fac ut cures. vale. III Idus Sextilis.

---

4. tempus quae *FH*[1] ‖ postulabit *Wesenberg* ‖ 8. nos cotidiae *ind. M*, nostodie *M*, nos tota die *FHD* ‖ 10. faciemus que *ex* faciemus quae *M*[1] ‖ te statim *MD*, testam̄ti *FH* ‖ 11. K. Septemb. *om. F* ‖ 15. opinione *MD*, *om. FH* ‖ 18. d. pr. id. sext. *MD*, d. pr̄. sēp̄. *H*, *om. F* ‖ 24. sextilis. M. TVLLI CICER. EPISTVLARVM AD TERENTIAM VXOR. EXPL. INC. AD SENATVM ET CETEROS FELICITER (*hoc v. om. H*) *MH*

XV.

I. (93.)

M. TVLLIVS M. F. CICERO PROCOS. S. D. COS. PR. TR. PL. SENATVI.

S. v. v. b. e. e. q. v. etsi non dubie mihi nuntiabatur Parthos 1
transisse Euphratem cum omnibus fere suis copiis, tamen, quod arbitrabar a M. Bibulo procos. certiora de eis rebus ad vos scribi posse, statuebam mihi non necesse esse publice scribere ea, quae de alterius provincia nuntiarentur; postea vero quam certissimis auctoribus, legatis nuntiis litteris, sum certior factus, vel quod tanta res erat vel quod nondum audieramus Bibulum in Syriam venisse vel quia administratio huius belli mihi cum Bibulo paene est communis, quae ad me delata essent, scribenda ad vos putavi.
regis Antiochi Commageni legati primi mihi nuntiarunt Parthorum 2
magnas copias Euphratem transire coepisse; quo nuntio allato, cum essent nonnulli, qui ei regi minorem fidem habendam putarent, statui exspectandum esse, si quid certius adferretur. a. d. XIII K. Oct., cum exercitum in Ciliciam ducerem, in finibus Lycaoniae et Cappadociae mihi litterae redditae sunt a Tarcondimoto, qui fidelissimus

---

1. ***Libro quinto decimo in MH — D caret — hic praemissus est index*** (*leviores quaedam H discrepantiae omissae sunt*): AD SENATVM (*haec om. H*). 1. M. TVLLI (tullius *H*) M. F. CICERO PROCOS. S. D. (*haec duo v. om. H*) | COS. (*hoc v. om. H*) PR. TR. PL. SENATVI ‖ 2. (*hoc lemma om. H*) M. TVLLIVS M. F. CICERO PROC. S. D. | COS. PR. TR. PL. SENATVI ‖ 3. M. CICERO IMP. S. D. M. CATONI | CVM AD ME LEGATI ‖ 4. M. CICERO IMP. S. D. M. CATONI | SVMMA TVA AVCTORITAS ‖ 5. M. CATO S. D. CICERONI IMP. | QVOD ET RESP. ‖ 6. M. CICERO S. D. M. CATONI | LAETVS SVM LAVDARI ME ‖ 9. M. CICERO PROCOS. S. D. | M. MARCELLO COS. (desig. *add. H*) ‖ 7. M. CICERO PROCOS. S. D. | M. MARCELLO COS. DESIG. (*haec quattuor v. om. H*) ‖ 8. M. CICERO PROCOS. S. D. (*haec quinque v. om. H*) | C. MARCELLO COLLEGAE ‖ 10. M. CICERO IMP. S. D. | C. MARCELLO C. F. COS. ‖ 11. M. CICERO IMP. S. D. | C. MARCELLO COS. ‖ 12. M. CICERO IMP. S. D. | L. PAVLLO (Paulo *H*) COS. DESIG. ‖ 13. M. CICERO IMP. S. D. L. PAVLLO (Paulo *H*) COS. | 14. M. CICERO IMP. S. D. | C. CASSIO PROQ. | 15. M. CICERO S. D. C. CASSIO | ETSI VTERQVE (utrumque *H*) NOSTRVM ‖ 16. M. CICERO S. D. C. CASSIO | PVTO TE IAM SVPPVDERE (suppedire *H*) 17. M. CICERO C. CASSIO SAL. | PRAEPOSTEROS HABES ‖ 18. M. CICERO S. D. C. CASSIO | LONGIOR EPISTVLA FVISSET ‖ 19. C. CASSIVS S. D. M. CICERONI | S. V. B. NON MEHERCVLE ‖ 20. M. CICERO S. D. C. TREBONIO | ORATOREM MEVM | 21. M. CICERO S. D. C. TREBONIO | ET EPISTVLAM TVAM (meam *H*) LEGI ‖ 5. euphratem *MD*, eufraten *FH*. Euphraten *praestare videtur* ‖ 6. a M. Bibulo] ambibulo *MH*, an bibulo *F*, a bibulo *D* ‖ eis] his *ΨF*, iis *Wesenberg* ‖ 11. poene *M* ‖ 13. comageni *D*, cum magenti *F*, cum mageti *H* ‖ nuntiauerunt *FH* ‖ 14. eufraten *FHD* ‖ 15. ei regi *M*, ei rei *FHD* ‖ 18. sunt a tiarcondimoto *FH*

socius trans Taurum amicissimusque p. R. existimatur, Pacorum Orodi, regis Parthorum, filium cum permagno equitatu Parthico transisse Euphratem et castra posuisse Tybae magnumque tumultum esse in provincia Syria excitatum; eodem die ab Iamblicho, phylarcho Arabum, quem homines opinantur bene sentire amicumque esse rei p. nostrae, litterae de isdem rebus mihi redditae sunt.
3 his rebus allatis, etsi intellegebam socios infirme animatos esse et novarum rerum exspectatione suspensos, sperabam tamen eos, ad quos iam accesseram quique nostram mansuetudinem integritatemque perspexerant, amiciores p. R. esse factos, Ciliciam autem firmiorem fore, si aequitatis nostrae particeps facta esset: et ob eam causam et ut opprimerentur ei, qui ex Cilicum gente in armis essent, et ut hostis is, qui esset in Syria, sciret exercitum p. R. non modo non cedere eis nuntiis allatis, sed etiam propius accedere,
4 exercitum ad Taurum institui ducere. sed, si quid apud vos auctoritas mea ponderis habet, in eis praesertim rebus, quas vos audistis, ego paene cerno, magno opere vos et hortor et moneo, ut his provinciis serius vos quidem, quam decuit, sed aliquando tamen consulatis. nos quemadmodum instructos et quibus praesidiis munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari: quod ego negotium non stultitia occaecatus, sed verecundia deterritus non recusavi; neque enim unquam ullum periculum tantum putavi, quod
5 supterfugere mallem quam vestrae auctoritati optemperare. hoc autem tempore res sese sic habet, ut, nisi exercitum tantum, quantum ad maximum bellum mittere soletis, mature in has provincias miseritis, summum periculum sit, ne amittendae sint omnes hae provinciae, quibus vectigalia p. R. continentur. quamobrem autem in hoc provinciali dilectu spem habeatis aliquam, causa nullast: neque multi sunt et diffugiunt, qui sunt, metu oblato et, quod genus hoc militum sit, iudicavit vir fortissimus M. Bibulus in Asia, qui, cum vos ei permisissetis, dilectum habere noluerit. nam sociorum auxilia

1. Pacorum] pacorem *FHD*, parcorem *M* ‖ 3. eufraten *FHD* ‖ 4. 5. die ab iamblico phylarcho *M*, die Abiamplicho phylarcho *D*, die ab abiamplicho phtlaro *F*, die ab abi amphico philartho *H* ‖ 5. 6. amicum quae esse *M* ‖ 6. isdem *M*, hisdem *FHD* ‖ 8. rerum *M*, *om.* *FHD* ‖ 9. mansuetudinem *Ferrarius*, consuetudinem *ΨF* ‖ 10. amicioris *M* ‖ p. rei factos *H* ‖ 12. ei] ii *M*, hii *D*, *om.* *FH* ‖ 13. is *om.* *F* ‖ 14. cedere] recedere *Kleyn* (*p.* 54) ‖ eis] iis *M*, his *FHD* ‖ 16. eis] iis *M*, his *FHD* ‖ quas *MD*, *om.* *FH* ‖ 17. ego *M*, *om.* *FHD* ‖ poene *M* ‖ magnopere *FHD* ‖ 19. nos] uos *ΨF* ‖ praesidiis quibus *F* ‖ 20. ego *M*, *om.* *FHD* ‖ 25. prouicias *M* ‖ 26. admittendae *F* ‖ hae] heae *ΨF*. eae *Baiter*, *fort. recte* ‖ 27. quibus *MD*, quae *FH* ‖ 28. dilectu *M*, delectu *FHD* ‖ 28. 29. nullast neque multi *M*, nulla si neque multi *FH*, nulla sin eque multa *D* ‖ 29. oblatio *H*, *et primitus* *F* ‖ hoc *om.* *F*, *habet H sed* oc *ex corr.* ‖ 31. permisissetis] permisistis *ΨF* ‖ delictum (*sic*) *F* ‖ noluerit] noluit *Ernesti*

propter acerbitatem atque iniurias imperii nostri aut ita imbecilla
sunt, ut non multum nos iuvare possint, aut ita alienata a nobis,
ut neque exspectandum ab eis neque committendum eis quicquam
esse videatur. regis Deiotari et voluntatem et copias, quantae- 6
cumque sunt, nostras esse duco; Cappadocia est inanis; reliqui
reges tyrannique neque opibus satis firmi nec voluntate sunt. mihi
in hac paucitate militum animus certe non deerit, spero ne consilium quidem. quid casurum sit, incertum est: utinam saluti nostrae consulere possimus! dignitati certe consulemus.

II. (94.)

M. TVLLIVS M. F. CICERO PROCOS. S. D. COS. PR. TR. PL. SENATVI.

S. v. v. b. e. e. q. v. cum pr. K. Sext. in provinciam venissem 1
neque maturius propter itinerum et navigationum difficultatem venire potuissem, maxime convenire officio meo reique p. conducere putavi parare ea, quae ad exercitum quaeque ad rem militarem pertinerent; quae cum essent a me cura magis et diligentia quam facultate et copia constituta nuntiique et litterae de bello a Parthis in provinciam Syriam inlato cotidie fere adferrentur, iter mihi faciendum per Lycaoniam et per Isauros et per Cappadociam arbitratus sum; erat enim magna suspicio, Parthos, si ex Syria egredi atque inrumpere in meam provinciam conarentur, iter eos per Cappadociam,
quod ea maxime pateret, esse facturos. itaque cum exercitu per 2
Cappadociae partem eam, quae cum Cilicia continens est, iter feci castraque ad Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum, locavi, ut Artuasdes, rex Armenius, quocumque animo esset, sciret non procul a suis finibus exercitum p. R. esse, et Deiotarum, fidelissimum regem atque amicissimum rei p. nostrae, maxime coniunctum
haberem, cuius et consilio et opibus adiuvari posset res p. quo 3
cum in loco castra haberem equitatumque in Ciliciam misissem, ut et meus adventus eis civitatibus, quae in ea parte essent, nuntiatus

2. iuuare *M*, tutare (*in F* e *corr. in ras. a m.* 2) *FHD* ‖ 3. (*bis*) eis] iis *M*, his *FHD* ‖ 4. deotari *H*, theotari *F* ‖ 6. nec *MD*, *et H a m.* 2, *ut vid.*, ne *FH*[1] ‖ 7. ne *M*, *om. FHD* ‖ 9. dignitati *ex* -te *M*[1] ‖ 13. b. *HD*, p. *F*, *om. M* 13. 14. uenissem neque *MD*, uenissetque *FH* ‖ 16. 17. pertinerent quae cum *MD*, peruenirent quaeque cum *FH*[1] (pertinerent *sup. vs. corr. H*[2]) ‖ 19. adferentur *FHD* ‖ mihi ad faciendum *M* ‖ 21. suspitio *FH* ‖ 23. itaque -- 24. iter feci *adfert Nonius p.* 274 *Merc., t.* I *p.* 428 *Müll.* ‖ 24. eam quae *MD*, eum quę *H*, eum quem *F* ‖ 25. est *om. H* ‖ 26. Artuasdes (arduasdes *F*)] Artavasdes *Wesenberg, bene. cf. Mommsen ad mon. Anc.*[2] *p.* 110, 1 ‖ 27. 28. regem fidelissimum *H* ‖ 31. eis] iis *M*, his *FHD*

firmiores animos omnium faceret et ego mature, quid ageretur in Syria, scire possem, tempus eius tridui, quod in eis castris morabar,
4 in magno officio et necessario mihi ponendum putavi. cum enim vestra auctoritas intercessisset, ut ego regem Ariobarzanem Eusebem et Philorhomaeum tuerer eiusque regis salutem, †incolumitatem regnumque defenderem, regi regnoque praesidio essem, adiunxissetisque salutem eius regis populo senatuique magnae curae esse, quod nullo umquam de rege decretum esset a nostro ordine, existimavi me iudicium vestrum ad regem deferre debere eique praesidium meum et fidem et diligentiam polliceri, ut, quoniam salus ipsius, incolumitas regni mihi commendata esset a vobis, diceret, si quid
5 vellet. quae cum essem in consilio meo cum rege locutus, initio ille orationis suae vobis maximas, ut debuit, deinde etiam mihi gratias egit, quod ei permagnum et perhonorificum videbatur, senatui P. Q. R. tantae curae esse salutem suam meque tantam diligentiam adhibere, ut et mea fides et commendationis vestrae auctoritas perspici posset. atque ille primo, quod mihi maximae laetitiae fuit, ita mecum locutus est, ut nullas insidias neque vitae suae neque regno diceret se aut intellegere fieri aut etiam suspicari. cum ego ei gratulatus essem idque me gaudere dixissem et tamen adulescentem essem cohortatus, ut recordaretur casum illum interitus paterni et vigilanter se tueretur atque admonitu senatus consuleret saluti
6 suae, tum a me discessit in oppidum Cybistra. postero autem die cum Ariarathe, fratre suo, et cum paternis amicis maioribus natu ad me in castra venit perturbatusque et flens, cum idem et frater faceret et amici, meam fidem, vestram commendationem inplorare coepit. cum admirarer, quid accidisset novi, dixit ad se indicia manifestarum insidiarum esse delata, quae essent ante adventum meum occultata, quod ei, qui ea patefacere possent, propter metum reticuissent; eo autem tempore spe mei praesidii compluris ea, quae

1. firmioris *M* ‖ 2. eius trudui *M* ‖ eis] iis *M*, his *FHD* ‖ 4. eusebem *MD*, eusebē *H*, eusebe *F*. euseben ς ‖ 5. 6. incolumitatem regnumque *M*, et incolumitatem regnumque *FHD*. et incolumitatem regni ς, incolumitatemque regni *Wesenberg*. *malim* incolumitatem regni omni ope. *cf. ann. phil.* 1891 *p.* 350 ‖ 7. populo senatuique] *cf. Wölfflin mus. Rhen.* XXXVII. 1882. *p.* 120 *sq.*, *Mommsen* 'r. *Staatsr.*' III 2 *p.* 1257. senatui populoque ⟨Romano⟩ *Wesenberg* ‖ 8. esset] est *Baiter* ‖ 10. ipsius *M*, *om.* *FHD* ‖ 12. essem *ex* esset *D*[1], esset *H*, essent *F*, esse *M* ‖ 14. ei *M*, et *FHD* ‖ 15. meque *MD*, neque *FH* ‖ 16. commendationi *M* ‖ 17. ille] illo *ΨF* ‖ 20. ei *M*, et *FHD* ‖ 20. 21. et tamen adulescentem essem cohortatus *FHD* (*praeterea Cratander et cod. Paris.* 7783 *et* 14761 — *in cod. Canonic.* 210 *ep.* XIII, 76, 1 — XV, 13, 2 *desunt*), cohortatus *M* ‖ 22. tuetur *M* ‖ admonitum *FH* ‖ 27. iudicia *FH* ‖ 28. manifestarum] manifesta *Kleyn* (*p.* 20) *et Starker* ('*symb. crit.*' *p.* 30), *fort. recte* ‖ 29. ei] ii *M*, hi *FHD* ‖ 30. quae *MD*, quę (i *a m.* 1) *H*, qui *F*

scirent, audacter ad se detulisse; in eis amantissimum sui, summa pietate praeditum fratrem dicere — ea quae is me quoque audiente dicebat —: se sollicitatum esse, ut regnare vellet; id vivo fratre suo accipere non potuisse; se tamen ante illud tempus eam rem numquam in medium propter periculi metum protulisse. quae cum esset locutus, monui regem, ut omnem diligentiam ad se conservandum adhiberet, amicosque [in] patris eius atque avi iudicio probatos hortatus sum, regis sui vitam docti casu acerbissimo patris eius omni cura custodiaque defenderent. cum rex a me equitatum cohor- 7
tisque de exercitu meo postularet, etsi intellegebam vestro senatus consulto non modo posse me id facere, sed etiam debere, tamen, cum res p. postularet propter cotidianos ex Syria nuntios, ut quam primum exercitum ad Ciliciae fines adducerem, cumque mihi rex patefactis iam insidiis non egere exercitu p. R., sed posse suis opibus defendere videretur, illum cohortatus sum, ut in sua vita conservanda primum regnare disceret: a quibus perspexisset sibi insidias paratas, in eos uteretur iure regio; poena adficeret eos, quos necesse esset, reliquos metu liberaret; praesidio exercitus mei ad eorum, qui in culpa essent, timorem potius quam ad contentionem uteretur; fore autem, ut omnes, quoniam senatusconsultum nossent, intellegerent me regi, si opus esset, ex auctoritate vestra praesidio futurum. ita confirmato illo ex eo loco castra movi; iter 8
in Ciliciam facere institui, cum hac opinione e Cappadocia discederem, ut consilio vestro, casu incredibili ac paene divino regem, quem vos honorificentissime appellassetis nullo postulante quemque meae fidei commendassetis et cuius salutem magnae vobis curae esse decressetis, meus adventus praesentibus insidiis liberarit: quod ad vos a me scribi non alienum putavi, ⟨ut⟩ intellegeretis ex eis, quae paene acciderunt, vos multo ante, ne ea acciderent, providisse, eoque vos studiosius feci certiores, quod in rege Ariobarzane ea mihi signa videor virtutis, ingenii, fidei benevolentiaeque erga vos

---

1. eis] iis *MD*, his *FH* ‖ 2. is me quoque ς, is quoque me *FHD*, me is quoque *M*, me quoque is *Wesenberg* ‖ 4. accipere *Ernesti*, accidere *ΨF* ‖ 6. 7. conseruandam *F, et H corr.* (-dum H^3), conuersandam H^1 ‖ 7. amicosque in patris eius atque aui iudicio probatos *FHD*, amicos quae (*exp.* M^c) In patris eius atque (*inter haec duo v. sup. scr.* M^r fide, *om. P*) iudicio probato *M*. in *om. alii, in* iam *corr. alii* ‖ 8. cohortatus sum, ⟨ut⟩ regis *Wesenberg* ‖ docti *ex* edocti *radendo H* ‖ casu cerbissimo patri *M* ‖ 11. consulto] consilio *ΨF* ‖ id me *H* ‖ 13. mihi rex *MD*, rex mihi *FH* ‖ 14. posse ⟨se⟩ ς. *cf. Lehmann p.* 16 *sq.* ‖ 20. quoniam *Ψ*, qui *F* ‖ 21. nouissent *FH* ‖ 23. in siciliam *FH* 23. 24. discerem *M* ‖ 24. poene *M*, paena *F*, pena *H* ‖ 25. quemque *MD*, quem et *FH* ‖ 26. salute *M* ‖ 27. decressetis *M*, decreuissetis *FHD* ‖ liberarit *Ernesti*, liberaret *ΨF*. liberasset ς *et Wesenberg* ‖ 28. ut *om. ΨF* ‖ eis] iis *M*, his *FHD* ‖ 30. certioris *M* ‖ 31. uidentur *FH* ‖ beneuolentiae quae *M*

perspexisse, ut non sine causa tantam curam in eius vos salutem diligentiamque videamini contulisse.

III. (86.)

M. CICERO S. D. M. CATONI.

1 Cum ad me legati missi ab Antiocho Commageno venissent in castra ad Iconium a. d. III Non. Sept. eique mihi nuntiassent regis Parthorum filium, quocum esset nupta regis Armeniorum soror, ad Euphratem cum maximis Parthorum copiis multarumque praeterea gentium magna manu venisse Euphratemque iam transire coepisse dicique Armenium regem in Cappadociam inpetum esse facturum, putavi pro nostra necessitudine me hoc ad te scribere oportere.
2 publice propter duas causas nihil scripsi, quod et ipsum Commagenum legati dicebant ad senatum statim nuntios litterasque misisse et existimabam M. Bibulum procos. — qui circiter Idus Sext. ab Epheso in Syriam navibus profectus erat —, quod secundos ventos habuisset, iam in provinciam suam pervenisse, cuius litteris omnia certiora perlatum iri ad senatum putabam. mihi, ut in eiusmodi re tantoque bello, maximae curae est, ut, quae copiis et opibus tenere vix possumus, ea mansuetudine et continentia nostra, sociorum fidelitate teneamus. tu velim, ut consuesti, nos apsentis diligas et defendas.

IV. (102.)

M. CICERO IMP. S. D. M. CATONI.

1 Summa tua auctoritas fecit meumque perpetuum de tua singulari virtute iudicium, ut magni mea interesse putarem et res eas, quas gessissem, tibi notas esse et non ignorari a te, qua aequitate et continentia tuerer socios provinciamque administrarem; eis enim

2. diligentiam quae *M* ‖ 4. M. Cicero *Manutius,* M. Cicero imp. *ΨF ind. MH* ‖ 5. comageno *D*, cum mageno *FH* ‖ 6. Non.] *cum Hofmanno* (*ad* XV, 4, 3), *Mollio* (*'de temp. ep. Tull.' p.* 24), *Ruetio* (*philol. Rundschau* 1883 *p.* 1224 *sq.*) *hunc diem tenui.* Kal. *Manutius et O. E. Schmidt* ‖ eique] iique *M*, hique *FHD* ‖ 8. eufraten *FHD* ‖ 9. manu uenisse *MD*, uenisse manu *FH* ‖ euphratem quae *M*, eufratenque *FH* ‖ 10. cappadocia *M* ‖ 11. pro mea nec. *F* ‖ hoc] haec *Wesenberg. cf. Lehmann p.* 76 *sq.* ‖ 13. mississe *M* ‖ 14. et *MH*, *om. FD* ‖ 15. nauibus *M*, *om. FHD* ‖ 16. habuisset *FHD*, habuit (s) se, s *a* M^1 *vel* M^c, *M* ‖ 18. tantaoque b. *M* ‖ maximae *F*, maxime *Ψ* ‖ 18. ut quae — 20. teneamus *habet Nonius p.* 273 *Merc.*, *t.* I *p.* 428 *Müll.* ‖ 18. utque copiis *M* ‖ 19. tenere] 'ferre *C*, *Gen; f.* servare' *Müller ad Non.* ‖ tenere uix possumus *MD*, uix tenere possimus *FH* ‖ contentia *M* ‖ 20. teneamus *FH*, teneam̃ (: -amur) *D*, tenemus *M*. 'teneamur *L, H, Gen*; tuneamur *G*, *libri Merceri*; tueamur *ed. a.* 1471' *Müller* ‖ 24. auctoritas *ex* actoritas M^1 *vel* M^c ‖ 25. res eas *ex* reaeas M^1 ‖ 26. gessisse *M* ‖ 27. eis] iis *M*, his *FHD*

a te cognitis arbitrabar facilius me tibi, quae vellem, probaturum.
cum in provinciam pr. K. Sext. venissem et propter anni tempus 2
ad exercitum mihi confestim esse eundum viderem, biduum Laodiciae
fui, deinde Apameae quadriduum, triduum Synnadis, totidem dies
Philomeli: quibus in oppidis cum magni conventus fuissent, multas
civitates acerbissimis tributis et gravissimis usuris et falso aere
alieno liberavi. cumque ante adventum meum seditione quadam
exercitus esset dissipatus, quinque cohortes sine legato, sine tribuno
militum, denique etiam sine centurione ullo apud Philomelium con-
sedissent, reliquus exercitus esset in Lycaonia, M. Anneio legato
imperavi, ut eas quinque cohortes ad reliquum exercitum duceret
coactoque in unum locum exercitu castra in Lycaonia apud Iconium
faceret. quod cum ab illo diligenter esset actum, ego in castra 3
a. d. VII K. Sept. veni, cum interea superioribus diebus ex s. c. et
evocatorum firmam manum et equitatum sane idoneum et populo-
rum liberorum regumque sociorum auxilia voluntaria comparavissem.
interim cum exercitu lustrato iter in Ciliciam facere coepissem K.
Sept., legati a rege Commageno ad me missi pertumultuose, neque
tamen non vere, Parthos in Syriam transisse nuntiaverunt: quo 4
audito vehementer sum commotus cum de Syria, tum de mea pro-
vincia, de reliqua denique Asia. itaque exercitum mihi ducendum
per Cappadociae regionem eam, quae Ciliciam attingeret, putavi;
nam, si me in Ciliciam demisissem, Ciliciam quidem ipsam propter
montis Amani naturam facile tenuissem — duo sunt enim aditus
in Ciliciam ex Syria, quorum uterque parvis praesidiis propter
angustias intercludi potest, nec est quicquam Cilicia contra Syriam
munitius —, sed me Cappadocia movebat, quae patet a Syria
regesque habet finitumos, qui etiamsi sunt clam amici nobis, tamen
aperte Parthis inimici esse non audent. itaque in Cappadocia ex-
trema non longe a Tauro apud oppidum Cybistra castra feci, ut et
Ciliciam tuerer et Cappadociam tenens nova finitimorum consilia

3. laudiciae *DF*. Laodiceae *alii* ‖ 4. quadriduum *M*, quatriduum *FHD*. triduum *Ruete* (*philol. Rundschau* 1883 *p.* 1224): *cf. Hofmann ad Cic. ad Att.* V, 15, 1 | synadis *FH* ‖ 5. Philomelii *Orelli* ‖ 6. gratissimis *F* ‖ 9. etiam *M*, *om. FHD* | philomeleum *M*, philomeneum *FHD* ‖ 10. m. manneio *ΨF* | 12. coactoque — 13. faceret *habet Nonius p.* 264 *Merc.*, *t.* I *p.* 413 *Müll.* ‖ 12. locum *om. Nonius* ‖ iconium *M*, ionium *FHD*. conium *Nonii Harleianus* ‖ 13. actum *M*, factum *FHD*, *bene* ‖ 14. interea *Ψ*, in ceteris *F* ‖ 15. firma (i *litt. dubia*) manum *M*, firma manu *FHD* ‖ 15. 16. populorum] populum *ΨF* | 16. regumque] regnumque *ΨF* ‖ 17. 18. ⟨III⟩ K. Sept. *Manutius*. *cf. ad ep.* 3, 1 | 21. reliqua *ex* requa M^1 ‖ 23. demisissem *M*, dimisissem *F* ‖ 24. sunt enim *MD*, enim sunt *FH* ‖ 26. est *om. F* ‖ 28. finitimos *FHD* ‖ clam *Orelli* (*et Pluygers Mnemos.* IX. 1881. *p.* 119), etiam *MD*, *om. FH* ‖ 29. partis *MD* | cappadocia *ex* cappacia M^1 ‖ 30. oppidum cibystra *M*, opidum cybystra *D*, apidum cybistra (cibistra *H*) *FH*

5 impedirem. interea in hoc tanto motu tantaque exspectatione
maximi belli rex Deiotarus, cui non sine causa plurimum semper
et meo et tuo et senatus iudicio tributum est, vir cum benevolentia
et fide erga populum R. singulari, tum praesentia magnitudine et
animi et consilii, legatos ad me misit se cum omnibus suis copiis
in mea castra esse venturum; cuius ego studio officioque commotus
6 egi ei per litteras gratias idque ut maturaret hortatus sum. cum
autem ad Cybistra propter rationem belli quinque dies essem mo-
ratus, regem Ariobarzanem, cuius salutem a senatu te auctore
commendatam habebam, praesentibus insidiis necopinantem liberavi,
neque solum ei saluti fui, sed etiam curavi, ut cum auctoritate
regnaret: Metram et eum, quem tu mihi diligenter commendaras,
Athenaeum, inportunitate Athenaidis exsilio multatos, ⟨in⟩ maxima
apud regem auctoritate gratiaque constitui, cumque magnum bellum
in Cappadocia concitaretur, si sacerdos armis se, quod facturus
putabatur, defenderet, adulescens et equitatu et peditatu et pecunia
paratus †et toto iis, qui novari aliquid volebant, perfeci, ut e regno
ille discederet rexque sine tumultu ac sine armis omni auctoritate
7 aulae communita regnum cum dignitate optineret. interea cognovi
multorum litteris atque nuntiis magnas Parthorum copias ⟨et⟩
Arabum ad oppidum Antiocheam accessisse magnumque eorum
equitatum, qui in Ciliciam transisset, ab equitum meorum turmis
et a cohorte praetoria, quae erat Epiphaneae praesidii causa, occi-
dione occisum. quare, cum viderem a Cappadocia Parthorum co-
pias aversas non longe a finibus esse Ciliciae, quam potui maximis
itineribus ad Amanum exercitum duxi. quo ut veni, hostem ab
Antiochea recessisse, Bibulum Antiocheae esse cognovi; Deiotarum
confestim iam ad me venientem cum magno et firmo equitatu et
peditatu et cum omnibus suis copiis certiorem feci non videri esse
causam, cur abesset a regno, meque ad eum, si quid novi forte
8 accidisset, statim litteras nuntiosque missurum esse; cumque eo

3. uir cum *MD*, cur cum *H*, cur non *F* || 4. praesentia] praestanti ς || 7. ei] et *ΨF* || gratias *om. F* || maturarer *FH*[1] || 8. cibystra *M*, cybystra *D*, cibistra *FH* || 13. atheneum *M*, attheneum *FH* || atthenaidis *F* || exsilio *ex* consilio *M*[c] *vel M*[r] || in *add. F. Hofmann et C. F. W. Müller* (*'coni. Tull.' p.* 18) || 17. et toto iis *M*, et tuto his *FHD*. ex toto iis *Orelli,* et tot sociis (et sociis *iam* ς) *Baiter,* et totus iis *Hofmann,* expositus iis *Klotz*[2], et socius iis *Schütz. cf. Hofmann ad h. l.* || perfeci *ex* perfici *H*[1], perfici *F* || 18. discederet *FHD*, disceret *M* || omni *om. F* || 20. et *om. ΨF.* atque *supplent alii* || 21. antiocheam *M*, *ceteri inter* e *et* i *hic et postea fluctuant* || accersisse *FH* || 22. ab equitum] ab equitatum, *ult.* m *eras.*, *M*, ab eo qui///tum, ta *ut vid. eras.*, *H*, ab eo qui tum *DF* || 23. 24. occisione *FH* (*in H pr.* i *in ras. ex* u, *ut vid.* || 27. deiotharum *M* || 28. iam ad me uenientem *M*, iam uenientem ad me *HD*, iam uenientem *F*

animo venissem, ut utrique provinciae, si ita tempus ferret, subvenirem, tum id, quod iam ante statueram vehementer interesse utriusque provinciae, pacare Amanum et perpetuum hostem ex eo monte tollere, agere perrexi: cumque me discedere ab eo monte simulassem et alias partis Ciliciae petere abessemque ab Amano iter unius diei et castra apud Epiphaneam fecissem, a. d. IIII Id. Oct., cum advesperasceret, expedito exercitu ita noctu iter feci, ut a. d. III Id. Oct., cum lucisceret, in Amanum ascenderem, distributisque cohortibus et auxiliis, cum aliis Quintus frater legatus mecum simul, aliis C. Pomptinus legatus, reliquis M. Anneius et L. Tullius legati praeessent, plerosque necopinantis oppressimus, qui occisi captique sunt, interclusi fuga. Eranam autem, quae fuit non vici instar, sed urbis, quod erat Amani caput, itemque Sepyram et Commorim, acriter et diu repugnantibus Pomptino illam partem Amani tenenti, ex antelucano tempore usque ad horam diei X magna multitudine hostium occisa cepimus castellaque vi capta conplura incendimus.
9 his rebus ita gestis castra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexandri quadriduum et in reliquiis Amani delendis agrisque vastandis, quae pars eius montis meae provinciae est, id tempus omne consumpsimus.
10 confectis his rebus ad oppidum Eleutherocilicum Pindenissum exercitum adduxi, quod cum esset altissimo et munitissimo loco ab eisque incoleretur, qui ne regibus quidem umquam paruissent, cum et fugitivos reciperent et Parthorum adventum acerrime exspectarent, ad existimationem imperii pertinere arbitratus sum comprimere eorum audaciam, quo facilius etiam ceterorum animi, qui alieni essent ab imperio nostro, frangerentur: vallo et fossa circumdedi; sex castellis castrisque maximis saepsi; aggere, viniis, turribus oppugnavi ususque tormentis multis, multis sagittariis magno labore meo, sine ulla molestia sumptuve

---

4. discedere *ex* discere *M*[c] ‖ 5. ab *om. H* ‖ 7. aduesperascet *FH*[1] 8. lucesceret *FH* ‖ 9. aliis Quintus] aliisq' *M*, aliisque *FHD* ‖ 10. Pomptinus] pomitinus *ΨF*, Pomptinius *Orelli* ‖ m. manneius *FHD*, m. mamneius *M* 11. Tullius *Victorius*, tulleius *MFH*, tuelleius *D* ‖ 12. fuga. Eranam] fugae ranam *M*, fugeranam *D*, fugeranam (: fugeruntanam, *nota divisionis a m. 2*) *H*, fugerunt aman *F* ‖ 13. item *H* ‖ sepiram *ΨF* ‖ 14. repugnantibus] repugnantes *Lambinus*, repugnantibus ⟨hostibus⟩ *Orelli*, ⟨oppidanis⟩ *Wesenberg* ‖ pomitino *ΨF* ‖ 15. tenenti *I. F. Gronovius*, tenente *MH*[1]*D*, tenentem *FH*[2] ‖ 16. cepimus *bis scriptum in M* ‖ castella quae *M* ‖ vi *Madvig* (*op. ac.* II[1] *p.* 273 *sive p.* 622[2]), sex *Ψ*, vii *F* ‖ 17. ita rebus *H* ‖ castra *om. H* ‖ 18. quadriduum *M*, quatriduum *FHD* ‖ reliquiis] reliquis *ΨF*, *ut similia alias.* reliquis ⟨vicis⟩ *Hirschwälder* (*ann. phil.* 1883 *p.* 468), *inutiliter puto* ‖ 19. montis eius *F* ‖ 21. adduxi] abduxi *Wesenberg* ‖ 22. eisque] hisque *FHD*, hiis quae *M*, iisque ς ‖ ne regibus *D*, negeribus *MH*, generibus *F* ‖ 23. paruisset *FH* ‖ 24. aduentu *M* ‖ ad *om. M* 28. sepsi *MH*, septi *F* ‖ uiniis *M*, uineis *FHD*. *cf. ad* II, 10, 3 ‖ oppugnauius usque *M* ‖ tormentis multis *M*, multis tormentis *FHD* ‖ 29. meo *om. F*

sociorum septimo quinquagensimo die rem confeci, ut omnibus partibus urbis disturbatis aut incensis compulsi in potestatem meam pervenirent. his erant finitimi pari scelere et audacia Tebarani; ab eis Pindenisso capto obsides accepi: exercitum in hiberna dimisi; Quintum fratrem negotio praeposui, ut in vicis aut captis aut male

11 pacatis exercitus conlocaretur. nunc velim sic tibi persuadeas, si de eis rebus ad senatum relatum sit, me existimaturum summam mihi laudem tributam, si tu honorem meum sententia tua comprobaris; idque, etsi talibus de rebus gravissimos homines et rogare solere et rogari scio, tamen admonendum potius te a me quam rogandum puto: tu es enim is, qui me tuis sententiis saepissime ornasti, qui oratione, qui praedicatione, qui summis laudibus in senatu, in contionibus ad caelum extulisti, cuius ego semper tanta esse verborum pondera putavi, ut uno verbo tuo cum mea laude coniuncto omnia adsequi me arbitrarer; te denique memini, cum cuidam clarissimo atque optimo viro supplicationem non decerneres, dicere te decreturum, si referretur ob eas res, quas is consul in urbe gessisset; tu idem mihi supplicationem decrevisti togato, non,

12 ut multis, re p. bene gesta, sed, ut nemini, re p. conservata; mitto, quod invidiam, quod pericula, quod omnis meas tempestates et subieris et multo etiam magis, si per me licuisset, subire paratissimus fueris, quod denique inimicum meum tuum inimicum putaris, cuius etiam interitum, cum facile intellegerem, mihi quantum tribueres, Milonis causa in senatu defendenda adprobaris. a me autem haec sunt profecta, quae non ego in beneficii loco pono, sed in veri testimonii atque iudicii, ut praestantissimas tuas virtutes non tacitus admirarer — quis enim [te] id non facit? —, sed in omnibus orationibus, sententiis dicendis causis agendis, omnibus scriptis, Graecis Latinis, omni denique varietate litterarum mearum te non modo eis, quos vidissemus, sed eis, de quibus audissemus, omnibus ante-

13 ferrem. quaeres fortasse, quid sit, quod ego hoc nescio quid gratulationis et honoris a senatu tanti aestimem. agam iam tecum

1. septimo *MFH*. septimo et *D quod praeoptavit Baiter* (*Cic. op. t.* X *p.* VIII). *at cf. ad* XII, 25, 1 ‖ quinquagesimo *FHD* ‖ 3. teberani *D*. tibarani ς 4. eis] iis *M*, his *FHD* ‖ accepi et exercitum *D* ‖ 5. Quintum] que *M*, *om. FHD* ‖ 6. pacatis] pactis *FHD*, patis *M* ‖ 7. eis] iis *M*, his *FHD* ‖ 8. mihi] tibi *ΨF* ‖ 13. ad *MFH*, in *D* ‖ 15. me *om. F* ‖ 17. referetur *FH* ‖ 20. tempestatis *M* ‖ 21. 22. paratisimus *M* ‖ 23. cum facile *FHD*, facile *M*, ut facile M^r 25. sunt ⟨in te⟩ *Kleyn* (*p.* 54), ⟨in te⟩ haec *Wesenberg* ‖ non ego *FHD*, ego *M* pono *FHD*, non pono *M* ‖ 27. te *M* (*quod tenet Madvig op. ac.* I^1 *p.* 370 *sive p.* 299^2), *om. FHD*. ⟨de⟩ te M^r, ⟨in⟩ te *Lambinus* ‖ in *M*, *om. FHD* ‖ 29. non *om. M* (*sup. rs. add.* M^r) ‖ 30. eis] iis *M*, his *FHD* ‖ sed *M*, sed etiam *FHD* eis] iis *M*, his *FHD* ‖ 32. aestimem *M*, estimemus *F*, estumemus *HD*

familiariter, ut est et studiis et officiis nostris mutuis et summa amicitia dignum et necessitudine etiam paterna: si quisquam fuit umquam remotus et natura et magis etiam, ut mihi quidem sentire videor, ratione atque doctrina ab inani laude et sermonibus vulgi, ego profecto is sum. testis est consulatus meus, in quo, sicut in reliqua vita, fateor ea me studiose secutum, ex quibus vera gloria nasci posset, ipsam quidem gloriam per se numquam putavi expetendam: itaque et provinciam ornatam et spem non dubiam triumphi neglexi; sacerdotium denique, cum, quemadmodum te existimare arbitror, non difficillime consequi possem, non appetivi; idem post iniuriam acceptam, quam tu rei p. calamitatem semper appellas, meam non modo non calamitatem, sed etiam gloriam, studui quam ornatissima senatus populique R. de me iudicia intercedere: itaque et augur postea fieri volui, quod antea neglexeram, et eum honorem, qui a senatu tribui rebus bellicis solet, neglectum a me olim, nunc mihi expetendum puto. huic meae voluntati, in 14
qua inest aliqua vis desiderii ad sanandum vulnus iniuriae, ut faveas adiutorque sis, quod paulo ante me negaram rogaturum, vementer te rogo, sed ita, si non ieiunum hoc nescio quid, quod ego gessi, et contemnendum videbitur, sed tale atque tantum, ut multi nequaquam paribus rebus honores summos a senatu consecuti sint. equidem etiam illud mihi animum advertisse videor — scis enim, quam attente te audire soleam —, te non tam res gestas quam mores, instituta atque vitam imperatorum spectare solere in habendis aut non habendis honoribus; quod si in mea causa considerabis, reperies me exercitu inbecillo contra metum maximi belli firmissimum praesidium habuisse aequitatem et continentiam: his ego subsidiis ea sum consecutus, quae nullis legionibus consequi potuissem, ut ⟨ex⟩ alienissimis sociis amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem animosque novarum rerum exspectatione suspensos ad veteris imperii benivolentiam traducerem. sed nimis haec multa de 15
me, praesertim ad te, a quo uno omnium sociorum querelae audiuntur:

1. nostris *om.* H^1 ‖ 4. inani *ex* inane M^r ‖ 10. dificillime *M* ‖ 12. non *ante* cal. *om.* *D* ‖ 13. studii *FH* ‖ 14. ante *H* ‖ 17. aliqua ius *M*, aliquid uis *FHD* ‖ 18. paullo ς, *bene* ‖ negaram me *D* ‖ uehementer *FHD* ‖ 19. ieiunium *FH* ‖ 20. sed *MD*, si *FH* ‖ 21. paribus *ex* partibus M^c, *ut vid.* partibus *FHD* consecutis in te quidem *FHD* ‖ 23. solebam *HD* ‖ mores *del.* *Madvig* (*ad Cic. de fin. p.* 563[3]) ‖ 23. 24. instituta atque vitam] instituta, vitam *aut* institutaque et vitam *Wesenberg.* institutamque vitam *Lehmann* (*p.* 71) ‖ 24. 25. aut non habendis *M*, *om.* *FHD* ‖ 26. exercitu inbecillo *M*, exercitum in bello (o *ex* u, *ut vid.*, H^1) *FHD* ‖ 26. 27. firmissimus (-mūs M^r) m presidium *M* ‖ 27. ego *MD*, ergo ($\frac{o}{g}$ *H*) *FH* ‖ 28. ea sum *M*, earum *FHD* ‖ legionibus *om.* *F* 29. ex M^r, *om.* *ΨF* ‖ infidelissimis *ex* -mos M^r

cognosces ex eis, qui meis institutis se recreatos putant. cumque omnes uno prope consensu de me apud te ea, quae mihi optatissima sunt, praedicabunt, tum duae maximae clientelae tuae, Cyprus insula et Cappadociae regnum, tecum de me loquentur, puto etiam regem Deiotarum, qui uni tibi est maxime necessarius. quae si etiam maiora sunt et in omnibus saeculis pauciores viri reperti sunt, qui suas cupiditates, quam qui hostium copias vincerent, est profecto tuum, cum ad res bellicas haec, quae rariora et difficiliora sunt, genera virtutis adiunxeris, ipsas etiam illas res gestas iustiores
16 esse et maiores putare. extremum illud est, ut quasi diffidens rogationi meae philosophiam ad te allegem, qua nec mihi carior ulla unquam res in vita fuit nec hominum generi maius a deis munus ullum est datum: haec igitur, quae mihi tecum communis est, societas studiorum atque artium nostrarum, quibus a pueritia dediti ac devincti soli propemodum nos philosophiam veram illam et antiquam, quae quibusdam otii esse ac desidiae videtur, in forum atque in rem p. atque in ipsam aciem paene deduximus, tecum agit de mea laude, cui negari a Catone fas esse non puto. quamobrem tibi sic persuadeas velim: si mihi tua sententia tributus honos ex meis litteris fuerit, me sic existimaturum, cum auctoritate tua, tum benivolentia erga me mihi, quod maxime cupierim, contigisse.

V. (129.)

M. CATO S. D. M. CICERONI IMP.

1 Quod et res p. me et nostra amicitia hortatur, libenter facio, ut tuam virtutem, innocentiam, diligentiam, cognitam in maximis rebus domi togati, armati foris pari industria administrari gaudeam: itaque, quod pro meo iudicio facere potui, ut innocentia consilioque tuo defensam provinciam, servatum Ariobarzanis cum ipso rege regnum, sociorum revocatam ad studium imperii nostri voluntatem
2 sententia mea et decreto laudarem, feci. supplicationem decretam, si tu, qua in re nihil fortuito, sed summa tua ratione et continentia

1. eis] iis *M*, his *FHD* || 5. uni] unus *Baiter* || est *om.* *F* || 6. in omonibus *M* || seculis *M*, seclis *FH*, *om.* *D* || 9. iustioris *M*. illustriores *Manutius* 10. maioris *M* || 10. 11. meae rogationi *F* || 12. unquam res *M*, res unquam *FHD* || 13. commune est *M* || 16. 17. atque//rem publicam, 1 *litt. er.*, *F* || 17. poene *M* || 21. contigisse *M*, contigisset *FH*, contigisse. uale *D* || 24. et res p. me et res p. me et nostra *M*, et re publica et nostra *FHD* || hortatur *F*, hortatus *Ψ* || 26. administrari] administrare *alii* || 27. facere potui *M*, potui facere *FHD* || 28. ariobarhanis *F*, ariobarzanis *H sed z corr., ut vid.* || 30. 31. feci supplicationem decretam si tu qua in (in qua *D*) *MD*, feci supplicationem si tu in qua *FH* || 31. summa tua ratione *MD*, summa ratione tua (*in H inter* summa *et* ratione 2 *litt. eras.*) *FH* || continentia *MD*, conscientia *FH*

rei p. provisum est, dis immortalibus gratulari nos quam tibi referre acceptum mavis, gaudeo: quod si triumphi praerogativam putas supplicationem et idcirco casum potius quam te laudari mavis, neque supplicationem sequitur semper triumphus et triumpho multo clarius est senatum iudicare potius mansuetudine et innocentia imperatoris provinciam quam vi militum aut benignitate deorum retentam atque conservatam esse, quod ego mea sententia censebam. atque haec ego idcirco ad te contra consuetudinem meam pluribus 3 scripsi, ut, quod maxime volo, existimes me laborare, ut tibi persuadeam me et voluisse de tua maiestate, quod amplissimum sim arbitratus, et, quod tu maluisti, factum esse gaudere. vale et nos dilige et instituto itinere severitatem diligentiamque sociis et rei p. praesta.

VI. (137.)

M. CICERO S. D. M. CATONI.

'Laetus sum laudari me', inquit Hector, opinor, apud Naevium, 1 'aps te, pater, a laudato viro'; ea est enim profecto iucunda laus, quae ab eis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. ego vero vel gratulatione litterarum tuarum vel testimoniis sententiae dictae nihil est quod me non adsecutum putem, idque mihi cum amplissimum, tum gratissimum est, te libenter amicitiae dedisse, quod liquido veritati dares. et, si non modo omnes, verum etiam multi Catones essent in civitate nostra, in qua unum exstitisse mirabile est, quem ego currum aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? nam ad meum sensum et ad illud sincerum ac suptile iudicium nihil potest esse laudabilius quam ea tua oratio, quae est ad me perscripta a meis necessariis. sed causam meae voluntatis — non 2 enim dicam cupiditatis — exposui tibi superioribus litteris, quae etiamsi parum iusta tibi visa est, hanc tamen habet rationem, non ut nimis concupiscendus honos, sed tamen, si deferatur a senatu,

1. dis *M*, diis *FHD* ‖ nos *ex* uos *M*[1] ‖ 2. mauis *MD*, maius *FH* ‖ 3. casu (*sic*) potius *MDF*, potius casu *H* ‖ te *MD*, *om.* *FH* ‖ 4. sequitur semper *M*, semper sequitur *FHD* ‖ 5. clariör, u *a m.* 1, *M* ‖ potius indicare *F* ‖ 6. militum *M*, multum *FHD* ‖ 8. consuetudinem meam *M*, m. c. *FHD* ‖ 10. sim *M*, sis *FHD*, sum ς ‖ 11. tu maluisti *M*, maluisti tu *FHD* ‖ 16. Laetus] *Ribbeck fr. trag.*[2] *p.* 8 ‖ inquid *M* ‖ 17. 'ea est iocunda laus, quae ab his proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt' *habet cod. Cusanus C* 14 *s. XII ap. I. Kleinium 'über e. Handschrift d. Nicolaus von Cues'* (*Berol.* 1866) *p.* 117 ‖ 18. eis] his *ΨF*, iis ς ‖ 22. non modo *MD*, modo *FH* ‖ 24. quam *MD*, *om.* *FH* ‖ 25. indicium, um (*u*) *ex* o *m.* 1, *H*, indicium *ex* iudicium *F*[1] ‖ 26. tua oratio *M*, tua curatio *FH*, estimatio *D* ‖ ad *ex* a *M*[1] ‖ 27. a meis *D*, a miis *M*, amicis *FH* 29. parum tibi iussa est iusta tibi uisa est *M*, *sed* tibi iussa est *exp.* *M*[1], *ut vid.* (*om.* *P*) ‖ 30. nimis] minus *ΨF*

minime aspernandus esse videatur; spero autem illum ordinem pro meis ob rem p. susceptis laboribus me non indignum honore, usitato praesertim, existimaturum. quod si ita erit, tantum ex te peto, quod amicissime scribis, ut, cum tuo iudicio, quod amplissimum esse arbitraris, mihi tribueris, si id, quod maluero, acciderit, gaudeas: sic enim fecisse te et sensisse et scripsisse video, resque ipsa declarat tibi illum honorem nostrum supplicationis iucundum fuisse, quod scribendo adfuisti; haec enim senatus consulta non ignoro ab amicissimis eius, cuius <de> honore agitur, scribi solere. ego, ut spero, te propediem videbo, atque utinam re p. meliore, quam timeo!

VII. (89.)

M. CICERO PROCOS. S. D. C. MARCELLO COS. DESIG.

Maxima sum laetitia adfectus, cum audivi consulem te factum esse, eumque honorem tibi deos fortunare volo atque a te pro tua parentisque tui dignitate administrari; nam cum te semper amavi dilexique, tum mei amantissimum cognovi in omni varietate rerum mearum, tum patris tui pluribus beneficiis vel defensus tristibus temporibus vel ornatus secundis et sum totus vester et esse debeo, cum praesertim matris tuae, gravissimae atque optimae feminae, maiora erga salutem dignitatemque meam studia, quam erant a muliere postulanda, perspexerim. quapropter a te peto in maiorem modum, ut me absentem diligas atque defendas.

VIII. (90.)

M. CICERO PROCOS. S. D. C. MARCELLO COLLEGAE.

Marcellum tuum cos. factum teque ea laetitia adfectum esse, quam maxime optasti, mirandum in modum gaudeo, idque cum ipsius causa, tum quod te omnibus secundissimis rebus dignissimum iudico, cuius erga me singularem benevolentiam vel in labore meo vel in honore perspexi, totam denique domum vestram vel salutis vel dignitatis meae studiosissimam cupidissimamque cognovi. quare gratum mihi feceris, si uxori tuae Iuniae, gravissimae atque optimae

6. sic *MD*, et sic *FH* ‖ 9. <de> honore ς, honore *ΨF*, honor *Gulielmius et Baiter* ‖ ego *MD*, et ego *F*, > (: et) ego *H* ‖ 10. re p. meliorem *M*, rei p. meliorem *FHD* ‖ 12. *hanc epistulam in codicibus praecedit nona* ‖ C. ς, M. *ΨF* 13. et maxima *F* ‖ 15. > nam *H*, et nam *F* ‖ cum semper te (*exp. m.* 2) te amaui *H* ‖ 16. tum mei] cum mei ς ‖ cognoui *M*, te cognoui *FHD* ‖ 17. plurimis b. *D* ‖ 18. ornatus *om.* *F* ‖ uester *M*, ut *FHD* ‖ 19. grauissime, ui *in ras.*, *H*, gratissimae *F* ‖ 20. mea *F* ‖ 21. in *MD*, ut *FH* ‖ 30. dignitati *M* ‖ 31. Iuniae *del. Pluygers* (*Mnemos.* I. 1873. *p.* 63) ‖ gratissimae *FH*

feminae, meis verbis eris gratulatus. a te — id quod consuesti — peto, me absentem diligas atque defendas.

IX. (91.)

M. CICERO PROCOS. S. D. M. MARCELLO COS.

Te et pietatis in tuos et animi in rem p. et clarissimi atque 1
optimi consulatus C. Marcello consule facto fructum cepisse vehementer gaudeo. non dubito, quid praesentes sentiant; nos quidem longinqui et a te ipso missi in ultimas gentis ad caelum mehercule tollimus verissimis ac iustissimis laudibus. nam, cum te a pueritia tua unice dilexerim tuque me in omni genere semper amplissimum esse et volueris et iudicaris, tum hoc vel tuo facto vel populi R. de te iudicio multo acrius vehementiusque diligo maximaque laetitia adficior, cum ab hominibus prudentissimis virisque optimis omnibus dictis factis, studiis institutis vel me tui similem esse audio vel
te mei. unum vero si addis ad praeclarissimas res consulatus tui, 2
ut aut mihi succedat quam primum aliquis aut ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi et senatus c. et lege finisti, omnia me per te consecutum putabo. cura, ut valeas et me absentem
diligas atque defendas. quae mihi de Parthis nuntiata sunt, quia 3
non putabam a me etiam nunc scribenda esse publice, propterea ne pro familiaritate quidem nostra volui ad te scribere, ne, cum ad consulem scripsissem, publice viderer scripsisse.

X. (103.)

M. CICERO IMP. S. D. C. MARCELLO C. F. COS.

Quoniam id accidit, quod mihi maxime fuit optatum, ut omnium 1
Marcellorum, Marcellinorum etiam — mirificus enim generis ac nominis vestri fuit erga me semper animus —, quoniam ergo ita accidit, ut omnium vestrum studio tuus consulatus satis facere posset, in quem meae res gestae lausque et honos earum potissimum incideret, peto a te, id quod facillimum factust non asper-

1. consuesti *FHD*, suesti *M quod teneri posse non videtur* ‖ 5. te *MD*, et te *FH* (et *sine dubio ortum ex* >, *nota distinctionis. et sic saepius* ‖ animo *F*, anime, *ut vid.*, e *in ras. m.* 2, *H* ‖ 7. et non *FH* ‖ et nos *FH* ‖ 8. longinqui *M*, *om. FHD* ‖ 9. ⟨te⟩ tollimus *alii* ‖ et nam *FH* ‖ 10. in omni genere *M*, omni in genere *FHD* ‖ 12. diligentia *ante* letitia *exp.* M^1 *vel* M^c (*om. P*) ‖ 13. ab *MD*, *om. FH* ‖ uirisque *MD*, utrisque *FH* (*ex* utrique H^1) ‖ 15. > unum *H*, et unum *F* ‖ 17. et senatus c. et lege] *cf. Willems 'le sénat'* II *p.* 588 *sq.* ‖ 18. et cura *FH* ‖ 20. scribendas *M* ‖ propterea — 22. publice *MD* (*praeterea contaminati*), *om. FH* ‖ 26. mirificis *M* ‖ 29. quem mae res *M* ‖ 30. factust *M*, factus *FH*, factu *D*

nante, ut confido, senatu, ut quam honorificentissime senatus con-
2 sultum litteris meis recitatis faciundum cures. si mihi tecum minus
esset, quam est cum tuis omnibus, adlegarem ad te illos, a quibus
intellegis me praecipue diligi. patris tui beneficia in me sunt am-
plissima; neque enim saluti meae neque honori amicior quisquam
dici potest; frater tuus quanti me faciat semperque fecerit, esse
hominem, qui ignoret, arbitror neminem; domus tua denique tota
me semper omnibus summis officiis prosecuta est; neque vero tu
in me diligendo cuiquam concessisti tuorum: quare a te peto in
maiorem modum, ut me per te quam ornatissimum velis esse meam-
que et in supplicatione decernenda et in ceteris rebus existima-
tionem satis tibi esse commendatam putes.

XI. (138.)

M. CICERO IMP. S. D. C. MARCELLO COS.

1 Quantae curae tibi meus honos fuerit et quam idem exstiteris
consul in me ornando et amplificando, qui fueras semper cum pa-
rentibus tuis et cum tota domo, etsi res ipsa loquebatur, cognovi
tamen ex meorum omnium litteris: itaque nihil est tantum, quod
ego non tua causa debeam facturusque sim † cum studiose ac
2 libenter; nam magni interest, cui debeas, debere autem nemini
malui quam tibi, cui me cum studia communia, beneficia paterna
tuaque iam ante coniunxerant, tum accedit mea quidem sententia
maximum vinculum, quod ita rem p. geris atque gessisti, qua mihi
carius nihil est, ut, quantum tibi omnes boni debeant, quo minus
tantundem ego unus debeam, non recusem. quamobrem tibi velim
ei sint exitus, quos mereris et quos fore confido: ego, si me navi-
gatio non morabitur, quae incurrebat in ipsos etesias, propediem
te, ut spero, videbo.

---

1. honorificentissime senatus (-tum *ex* -tus D^1) *FHD*, honorificentis se senatum *M*, honorificentissimum senatus ς ‖ 2. fatiundum *D*, facundum *MFH* ‖ 5. saluti meae neque honori *M*, salutis meae neque honoris *FHD* ‖ 7. ignorat *M* ‖ 8. s. beneficiis p. *F* ‖ 12. esse commendatam *M*, commendatam esse *D*, esse commendata *FH* ‖ 15. honos *M*, honor *FHD* ‖ exstiterit *ΨF* ‖ 16. consul in me *M*, in me consul *FHD* ‖ 19. cum studiose (studio se *D*) ac] cum studio ac *Nipperdey* (*opusc. p.* 466), quam studiose ac *Hand* (*Turs.* I *p.* 466), cum studiose tum ς, studiose ac *alii* ‖ 21. me cum *FHD*, metum *an* mecum *M habeat non liquet, potius tamen* metum (mecum *P*) ‖ 21. 22. paterna tua tuaque *FH* ‖ 23. geris *FHD*, gesseris *M* ‖ 25. ego solus d. *D* ‖ 26. ei] ii *M*, hi *FHD* ‖ sunt *FH* ‖ 26. 27. nauigatio *ex* nagatio M^c ‖ 27. ipsos etesias *M*, *et D corr. a m.* 1, ipso se te sias D^1, ipso se te scias *FH* ‖ 28. ut spero te *D*

XII. (92.)

M. CICERO PROCOS. S. D. L. PAVLLO COS. DESIG.

Etsi mihi numquam fuit dubium, quin te populus R. pro tuis 1
summis in rem p. meritis et pro amplissima familiae dignitate summo studio, cunctis suffragiis consulem facturus esset, tamen incredibili laetitia sum adfectus, cum id mihi nuntiatum est, eumque honorem tibi deos fortunare volo a teque ex tua maiorumque tuorum dignitate administrari. atque utinam praesens illum diem mihi 2
optatissimum videre potuissem proque tuis amplissimis erga me studiis atque beneficiis tibi operam meam studiumque navare! quam mihi facultatem quoniam hic necopinatus et improvisus provinciae casus eripuit, tamen, ut te consulem rem p. pro tua dignitate gerentem videre possim, magnopere a te peto, ut operam des efficias, ne quid mihi fiat iniuriae neve quid temporis ad meum annuum munus accedat; quod si feceris, magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet.

XIII. (104.)

M. CICERO IMP. S. D. L. PAVLO COS.

Maxime mihi fuit optatum Romae esse tecum multas ob causas, 1
sed praecipue, ut et in petendo et in gerendo consulatu meum tibi debitum studium perspicere posses. ac petitionis quidem tuae ratio mihi semper fuit explorata, sed tamen navare operam volebam; in consulatu vero cupio equidem te minus habere negotii, sed moleste fero me consulem tuum studium adulescentis perspexisse, te meum, cum id aetatis sim, perspicere non posse. sed ita fato nescio 2
quo contigisse arbitror, ut tibi ad me ornandum semper detur facultas, mihi ad remunerandum nihil suppetat praeter voluntatem: ornasti consulatum, ornasti reditum meum; incidit meum tempus rerum gerendarum in ipsum consulatum tuum. itaque, cum et tua summa amplitudo et dignitas et meus magnus honos magnaque

2. PROCOS. *Wesenberg*, imp. *ΨF ind. MH* ‖ paullo *M ind. M*, paulo *FHD ind. H* ‖ 7. a teque *MD*, atque *FH* ‖ 11. et *M*, est *FHD* ‖ 13. magno opere ς ‖ 13. 14. des efficias *M*, des efficiasque *FHD*, *ut solent in eis asyndeta oblitterari* ‖ 14. nequit mihi *M* ‖ 15. annuum munus] annum munus *M*, annum minus *FHD* ‖ 16. cumules *M* ‖ 18. M. *om. FH* ‖ paullo *ind. M*, *bene* ‖ cos. *M*, cos. M. *FH*, cos. desig. *D* ‖ 20. ut et *M*, ut *FHD* ‖ gerendo *MD*, regendo *FH* ‖ 21. debitum] deditum *Streicher* (*p.* 204, 2), *iniuria* ‖ 22. nauare *M*, *et D* uel nouare *sed in hoc aliquid superscriptum*, nauare, *sup. scr. a m.* 1, *ut uid.*, *H*, nouare *F* 27. ad ⟨te⟩ remunerandum *alii* ‖ 29. 30. tuas summas (*exp.* M^{r}?) *M*

existimatio postulare videatur, ut a te plurimis verbis contendam ac petam, ut quam honorificentissimum senatus consultum de meis rebus gestis faciundum cures, non audeo vehementer a te contendere, ne aut ipse tuae perpetuae consuetudinis erga me oblitus esse
3 videar aut te oblitum putem. quare, ut te velle arbitror, ita faciam, atque ab eo, quem omnes gentes sciunt de me optime meritum, breviter petam. si alii consules essent, ad te potissimum, Paule, mitterem, ut eos mihi quam amicissimos redderes: nunc, cum tua summa potestas summaque auctoritas notaque omnibus nostra necessitudo sit, vehementer te rogo, ut et quam honorificentissime cures decernendum de meis rebus gestis et quam celerrime: dignas res esse honore et gratulatione cognosces ex eis litteris, quas ad te et conlegam et senatum publice misi. omniumque mearum reliquarum rerum maximeque existimationis meae procurationem susceptam velim habeas, in primisque tibi curae sit, quod abs te superioribus quoque litteris petivi, ne mihi tempus prorogetur: cupio te consulem videre omniaque, quae spero, cum absens, tum etiam praesens te consule adsequi.

XIV. (97.)

M. CICERO IMP. S. D. C. CASSIO PRO · Q.

1 M. Fadium quod mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio quaestum; multi enim anni sunt, cum ille in aere meost et a me diligitur propter summam suam humanitatem et observantiam; sed tamen, quod te ab eo egregie diligi sensi, multo amicior ei sum factus. itaque, quamquam profecerunt litterae tuae, tamen aliquanto plus commendationis apud me habuit animus ipsius erga
2 te mihi perspectus et cognitus. sed de Fadio faciemus studiose, quae rogas; tu multis de causis vellem me convenire potuisses: primum ut te, quem iamdiu plurimi facio, tanto intervallo viderem; deinde ut tibi, quod feci per litteras, possem praesens gratulari; tum ut, quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis, inter nos communicaremus; postremo ut amicitia nostra, quae summis officiis ab

1. plurimis] pluribus ς ‖ 2. ac petam *D*, acceptam *MFH* ‖ honorificentissimam, u *a m.* 1, *M.* horififficentissimum *H* ‖ 3. faciendum *FHD* ‖ 3. 4. contendere a te *F* ‖ 4. consuetudines *M* ‖ 7. paulle *D* ‖ 9. omnibus *om. F* ‖ 12. cognosces] cognoscas *ΨF* ‖ eis] iis *M*, his *FHD* ‖ 13. publice *om. F* ‖ missi *M* 21. Fadium *Orelli*, fabium *ΨF* (*in H* b *corr. a m.* 1) ‖ 22. meost *M*, meo stet *FHD*, meo est ς. *ceterum cf. Otto 'Sprichw. d. R.' p.* 7 ‖ 23. et *om. FH* diligatur *H, progrediente scilicet corruptione* ‖ 24. te *D*, *om. MFH. post* egregie *add. margo Crat.* ‖ 25. factus sum *F* ‖ ⟨aliquid⟩ profecerunt *Wesenberg. cf. Lehmann p.* 13 *sq.* ‖ 26. aliquando *FH* ‖ 27. perfectus *FH* ‖ de fabio *MD*, te fabio *FH*

utroque culta est, sed longis intervallis temporum interruptam con-
suetudinem habuit, confirmaretur vehementius. id quoniam non 3
accidit, utemur bono litterarum et eadem fere absentes, quae, si
coram essemus, consequeremur: unus scilicet animi fructus, qui in
te videndo est, percipi litteris non potest: alter gratulationis est
is quidem exilior, quam si tibi te ipsum intuens gratularer, sed
tamen et feci antea et facio nunc tibique cum pro rerum magni-
tudine, quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quod
te de provincia decedentem summa laus et summa gratia provinciae
prosecuta est; tertium est, ut id, quod de nostris rebus coram 4
communicassemus inter nos, conficiamus idem litteris. ego cetera-
rum rerum causa tibi Romam properandum magnopere censeo —
nam et ea, quae reliqui, tranquilla de te erant et hac tua recenti
victoria tanta clarum tuum adventum fore intellego —; sed, si
quae sunt onera tuorum, si tanta sunt, ut ea sustinere possis, pro-
pera — nihil tibi erit lautius, nihil gloriosius —, sin maiora, con-
sidera, ne in alienissumum tempus cadat adventus tuus. huius rei
totum consilium tuum est; tu enim scis, quid sustinere possis: si
potes, laudabile atque popularest; sin plane non potes, absens homi-
num sermones facilius sustinebis. de me autem idem tecum his 5
ago litteris, quod superioribus egi, ut omnis tuos nervos in eo con-
tendas, ne quid mihi ad hanc provinciam, quam et senatus et popu-
lus annuam esse voluit, temporis prorogetur: hoc a te ita contendo,
ut in eo fortunas meas positas putem. habes Paullum nostrum
nostri cupidissimum; est Curio, est Furnius. sic velim enitare,
quasi in eo sint mihi omnia. extremum illud est de eis, quae pro- 6
posueram, confirmatio nostrae amicitiae, de qua pluribus verbis
nihil opus est: tu puer me adpetisti, ego autem semper ornamento
te mihi fore duxi; fuisti etiam praesidio tristissimis meis tempo-
ribus; accessit post tuum discessum familiaritas mihi cum Bruto
tuo maxima. itaque in vestro ingenio et industria mihi plurimum

1. utroque *DF*, utraque *MH* ‖ longis inter interuallis *M* ‖ 4. consequeremur *ΨF*, consequemur ς ‖ animi *Orelli*, uni *M*, *om. FH, et D ut vid.* ‖ 6. gratularer *M*, gratuler *FHD* ‖ 7. ante *D* ‖ 9. te *MD*, *om. FH* ‖ gratia] gratiae *MFH*[1], gratae *H*[2]*D* ‖ 10. est (*post* tertium) *om. F* ‖ 11. conficiamus] conficimus *ΨF* ‖ 12. magno opere ς ‖ 13. 14. recenti gloria uel uictoria *H* ‖ 14. 15 si quae *M*, si qua *FHD* ‖ 15. tuorum *ex* tuirum *H*[1], *ex* tuarum *D*[1] ‖ sunt *M*, sint *FHD* ‖ 15. 16. propere *M* ‖ 17. alienissumum *D*, alienis summum *H*, alienissimum *MF* ‖ 19. popularest *M*, populare est *FH*[2]*D*, populare *H*[1] ‖ si plane *H* ‖ 19. 20. absens omnium hominum *F* ‖ 20. 21. his ago *HD*, hiis ago *M*, ago his *F* ‖ 23. hoc a te — 24. putem *habet Nonius p.* 259 *Merc., t.* I *p.* 404 *Mülleri quem v.* ‖ 23. contundo *M* ‖ 24. paullum *M*, paulum *FHD* 25. furmus *H*, furnus *F* ‖ 26. eis] his *FHD*, hiis *M*, iis ς ‖ 28. petisti *D* 28. 29. semper te ornamento te *FHD* ‖ 29. mihi (m̄i) *post* etiam *H*[1], *exp. H*[2]

et suavitatis et dignitatis constitutum puto: id tu ut tuo studio confirmes, te vehementer rogo, litterasque ad me et continuo mittas et, cum Romam veneris, quam saepissime.

XV. (182.)

M. CICERO S. D. C. CASSIO.

1 Etsi uterque nostrum spe pacis et odio civilis sanguinis abesse a belli [necessaria] pertinacia voluit, tamen, quoniam eius consilii princeps ego fuisse videor, plus fortasse tibi praestare ipse debeo quam a te exspectare: etsi, ut saepe soleo mecum recordari, sermo familiaris meus tecum et item mecum tuus adduxit utrumque nostrum ad id consilium, ut uno proelio putaremus, si non totam causam, at certe nostrum iudicium definiri convenire. neque quisquam hanc nostram sententiam vere unquam reprendit praeter eos, qui arbitrantur melius esse deleri omnino rem p. quam imminutam et debilitatam manere: ego autem ex interitu eius nullam spem
2 scilicet mihi proponebam, ex reliquiis magnam. sed ea sunt consecuta, ut magis mirum sit accidere illa potuisse, quam nos non vidisse ea futura nec, homines cum essemus, divinare potuisse. equidem fateor meam coniecturam hanc fuisse, ut illo quasi quodam fatali proelio facto et victores communi saluti consuli vellent et victi suae; utrumque autem propositum esse arbitrabar in celeritate victoris: quae si fuisset, eandem clementiam experta esset Africa, quam cognovit Asia, quam etiam Achaia te, ut opinor, ipso legato ac deprecatore; amissis autem temporibus, quae plurimum valent, praesertim in bellis civilibus, interpositus annus alios induxit, ut victoriam sperarent, alios, ut ipsum vinci contemnerent. atque horum malorum omnium culpam fortuna sustinet; quis enim aut Alexandrini belli tantam moram huic bello adiunctum iri aut nescio

3. romam *M*, romae *F*, roma *HD* ‖ 6 *sq. cf. W. Sternkopf progr. Dortm.* 1891 *p.* 47 *sq.* ‖ 6. spes *M* ‖ 7. necessaria M^1, *exp.* M^c, *ut vid.* (*sine nota in P*), *om. FHD, recte puto.* necessarii *Bengel*, ⟨non⟩ necessarii *Madvig* ‖ eius *MD*, *om. FH* ‖ 9. exispectare *M* ‖ 12. at *MD*, aut *FH* ‖ diffiniri *FH* ‖ 13. reprehendit *FHD* ‖ praeter eos] praetereo *ΨF* ‖ 14. arbitrabantur ς ‖ imminutam] immunitam *MFH*, immutatam *D* ‖ 16. reliquiis] reliquis *ΨF* ‖ 17. quam — 18. potuisse *om. D* ‖ 18. essemus *ex* hominessemus M^1, *ut vid.* (essemus *P*) ‖ 18. 19. p. etquidem f. *H* 19. quasi] quase (qua se *FHD*) *ΨF* (*cf. Neue* II² *p.* 804 *sq.*), *quod tamen non sum ausus suscipere* ‖ 20. 21. et uictores communi saluti consule (*sic*) uellent et uicti suae *M*, et uictori suae ac |, suae ac *del. m.* 1, et omnium saluti consulere uellent et uite sue *in mg. add. m.* 2, *D*, et uicti suae *FH*. *ex* consule *Medicei alii* consuli *alii* consulere *effecerunt* ‖ 21. propositum] positum ς ‖ arbitrabar *FHD*, arbitrari *M*, arbitrarer *F. Hofmann* ‖ 23. te *D et I. F. Gronovius*, et *MFH* ‖ allegato *Gronovius* ‖ 26. ipsum vinci] *cf. Wölfflin 'Arch. f. lat. Lexicogr.'* III *p.* 73 *sq.*

quem istum Pharnacem Asiae terrorem inlaturum putaret? nos 3
tamen in consilio pari casu dissimili usi sumus: tu enim eam par-
tem petisti, ut et consiliis interesses et, quod maxime curam levat,
futura animo prospicere posses: ego, qui festinavi, ut Caesarem in
Italia viderem — sic enim arbitrabamur — eumque multis honestissi-
mis viris conservatis redeuntem ad pacem 'currentem', ut aiunt,
'incitarem', ab illo longissime et absum et afui. versor autem in
gemitu Italiae et in urbis miserrimis querelis, quibus aliquid opis
fortasse ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre
potuisset, si auctor adfuisset. quare velim pro tua perpetua erga 4
me benevolentia scribas ad me, quid videas, quid sentias, quid ex-
spectandum, quid agendum nobis existimes. magni erunt mihi tuae
litterae, atque utinam primis illis, quas Luceria miseras, paruissem!
sine ulla enim molestia dignitatem meam retinuissem.

XVI. (283.)

M. CICERO S. D. C. CASSIO.

Puto te iam suppudere, quem haec tertia iam epistula ante 1
oppressit, quam tu scidam aut litteram; sed non urgeo; longiores
enim expectabo vel potius exigam. ego, si semper haberem, cui
darem, vel ternas in hora darem; fit enim nescio qui, ut quasi
coram adesse videare, cum scribo aliquid ad te, neque id κατ'
εἰδώλων φαντασίας, ut dicunt tui amici novi, qui putant etiam
διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari — nam, ne te fugiat,
Catius Insuber, Epicurius, qui nuper est mortuus, quae ille Gar-
gettius et iam ante Democritus εἴδωλα, hic 'spectra' nominat —;
† his autem spectris etiamsi oculi possent feriri, quod velis ipsa 2
currunt, animus qui possit, ego non video: doceas tu me oportebit,

1. putaret *MD*, *et H sed* et *corr. a m.* 1, putaris *F* ‖ 2. 3. eam rem petisti *F* ‖ 3. inter esse sed *M* ‖ 4. qui festinaui qui c. *H* ‖ 5. arbitrabamur] arbitramur *ΨF* ‖ 6. currentem] *cf. Otto 'Sprichw. d. R.' p.* 102 ‖ 7. afui *Ψ*, aufugi *F* 10. auctor] actor *ΨF* ‖ 11. scribis *FH*[1] ‖ 14. retinuissemus *FH* ‖ 17. iam *del. Ernesti* ‖ quem *l. F. Gronovius*, cum *ΨF* ‖ hec te tertia *D*. te *post* ante *add. alii serrato scilicet* cum ‖ 18. oppressit *FH*, operis sit *M*, oppresserit *D* scidam *M*, scedam (d *corr. H*[1]) *FH*, cedulam *D* ‖ sed non — 19. exigam *habet Nonius p.* 291 *Merc., t.* I *p.* 458 *Mülleri qui recte post* exigam *lacunam notavit: aliunde enim quae illic secuntur desumpta* ‖ longioris *M* ‖ 19. expectabo] spectabo *ΨF Non.* ‖ habere *M* ‖ 20. qui] quid *ΨF* ‖ 21. 22. κατ' εἰδώλων] κατειδων *in archetypo fuisse videtur. ceterum cf. Epicur. p.* 220 *Us.* ‖ 23. διανοητκιας *M*, *aliis modis FHD corrupti* ‖ spectris *MD*, specteris *FH* ‖ 24. Insuber] insuper *ΨF* ‖ epicureius *ΨF*. *'Επικούρειος scribendum videtur* ‖ 24. 25. gargectius *FH*, gargetius *D* ‖ 25. et iam] etiam *ΨF* ‖ nominat *M*, nominatus *FHD* ‖ 26. possent *MFH*, possint *D*. possunt *Wesenberg* ‖ 26. 27. quod uelis ipsa currunt *M*, *et sic FHD nisi quod* incurrunt. quod, ⟨cum⟩ velis, ipsa incurrunt (accurrunt

cum salvus veneris, in meane potestate sit spectrum tuum, ut, simulac mihi conlibitum sit de te cogitare, illud occurrat, neque solum de te, qui mihi haeres in medullis, sed, si insulam Britanniam coepero cogitare, eius *εἴδωλον* mihi advolabit ad pectus?
3 sed haec posterius; tempto enim te, quo animo accipias: si enim stomachabere et moleste feres, plura dicemus postulabimusque, ex qua *αἱρέσει* VI HOMINIBVS ARMATIS deiectus sis, in eam restituare. in hoc interdicto non solet addi IN HOC ANNO; quare, si iam biennium aut triennium est, cum virtuti nuntium remisisti delenitus inlecebris voluptatis, in integro res nobis erit: quamquam quicum loquor? cum uno fortissimo viro, qui, postea quam forum attigisti, nihil fecisti nisi plenissimum amplissimae dignitatis. in ista ipsa *αἱρέσει* metuo ne plus nervorum sit, quam ego putarim, si modo eam tu probas. 'qui id tibi in mentem venit?' inquies. quia nihil habebam aliud, quod scriberem; de re p. enim nihil scribere possum, nec enim, quod sentio, libet scribere.

XVII. (250.)

M. CICERO C. CASSIO S.

1 Praeposteros habes tabellarios; etsi me quidem non offendunt; sed tamen, cum a me discedunt, flagitant litteras, cum ad me veniunt, nullas adferunt, atque id ipsum facerent commodius, si mihi aliquid spatii ad scribendum darent, sed petasati veniunt, comites ad portam exspectare dicunt. ergo ignosces: alteras habebis has brevis, sed exspecta *πάντα περὶ πάντων*; etsi quid ego me tibi purgo, cum tui ad me inanes veniant, ad te cum epistulis rever-
2 tantur? nos hic, ut tamen ad te scribam aliquid, P. Sullam patrem mortuum habebamus: alii a latronibus, alii cruditate dicebant; populus non curabat, combustum enim esse constabat. hoc tu pro

---

alii) *Manutius,* quod vel iis ipsa occurrunt *Victorius,* quod vel ipsa accurrunt *Ernesti,* quod velis ⟨nolis⟩ (*cf. de hac formula Wölfflin mus. Rhen.* XXXVII. 1882. *p.* 88) ipsa accurrunt *H. A. Koch* (*mus. Rhen.* XII *p.* 270), quod nobis ipsa accurrunt *Klotz* ‖ 1. saluus (*non* salutis) *etiam M* ‖ sit] ut sit *ΨF* ‖ 2. accurrat *alii* ‖ 3. si *MD*, in *FH* ‖ 3. 4. brittanniam *MFH* ‖ 4. cepero *FH*, coero *M* ‖ aduolabat *H* ‖ 5. tento ς ‖ 6. stomachauere *M*, stomachare *H* ‖ 7. *αἱρέσει Orelli,* heresi *ΨF* ‖ ui *MD*, in *FH. ceterum cf. Lenel 'd. Edictum perpetuum' p.* 375 ‖ 8. 9. iam biennium est cum — 10. voluptatis *habet Nonius p.* 278 *Merc., t.* I *p.* 435 *Müll.* ‖ 9. delenitus, *alt.* e *ex corr. m.* 1, *H* ‖ 11. postea quam] possessaquam *MD*, possessa *FH* ‖ 13. putarim] putaram *Wesenberg, iniuria puto in modorum adsimilatione offendens* ‖ 14. qui id *Schütz*, quid *ΨF* ‖ 15. habeam *H*, habeo amplius *F* ‖ 16. lubet *FHD* ‖ 21. adque *M* ‖ 22. sed petasati *M*, sed petunt statim ut *FHD* ‖ 23. ignoscas *H*[1] ‖ alteras habebis *M*, alteras iam habebis *FHD*, *fort. recte* ‖ 24. breuis ed exspecta *M* ‖ 26. ut tamen *FHD*, tamen *M* ‖ P.] d. *ΨF, del. alii* ‖ 27. cruditate *MD*, crudelitate *FH*

tua sapientia feres aequo animo; quamquam πρόσωπον πόλεως ami-
simus. Caesarem putabant moleste laturum verentem, ne hasta
refrixisset; Mindius Marcellus et Attius pigmentarius valde gaude-
bant se adversarium perdidisse. de Hispania novi nihil, sed expec- 3
tatio valde magna: rumores tristiores, sed ἀδέσποτοι. Pansa noster
paludatus a. d. III K. Ian. profectus est, ut quivis intellegere posset
— id quod tu nuper dubitare coepisti —, τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν
esse: nam, quod multos miseriis levavit et quod se in his malis
hominem praebuit, mirabilis eum virorum bonorum benevolentia
prosecuta est. tu quod adhuc Brundisii moratus es, valde probo 4
et gaudeo, et mercule puto te sapienter facturum, si ἀκενόσπουδος
fueris: nobis quidem, qui te amamus, erit gratum. et, amabo te,
cum dabis posthac aliquid domum litterarum, mei memineris; ego
numquam quemquam ad te, cum sciam, sine meis litteris ire pa-
tiar. vale.

XVIII. (247.)

M. CICERO S. D. C. CASSIO.

Longior epistola fuisset, nisi eo ipso tempore petita esset a 1
me, cum iam iretur ad te; † longior autem, si φλύαρον aliquem
habuisset, nam σπουδάζειν sine periculo vix possumus. 'ridere
igitur', inquies, 'possumus?' non mercule facillime; verumtamen
aliam aberrationem a molestiis nullam habemus. 'ubi igitur', in-
quies, 'philosophia?' tua quidem in culina, mea † molestast; pudet
enim servire. itaque facio me alias res agere, ne convicium Platonis
audiam. de Hispania nihil adhuc certi, nihil omnino novi. te 2
abesse mea causa moleste fero, tua gaudeo. sed flagitat tabellarius:
valebis igitur meque, ut a puero fecisti, amabis.

1. πολεος *in archetypo fuisse videtur* ‖ 2. asta *M, ut saepius eius librarius in aspiratione fallitur* ‖ 3. Marcellus] macellarius *Weiske et Madvig* ('*adv. crit.*' III *p.* 165), *recte puto* ‖ et attius *M*, et atinis *D*, eatuus *F*, ettuus *H*[1], et t^{a}uus, 1 *litt. post* a *eras.*, *H*[2] ‖ 3. 4. gaudebant *FD*, gaudebunt *H*, gaudebat *M* 4. de hispania noui *MD*, de hispaniano *FH*[2], de hispanio *H*[1] ‖ 6. k. *Ψ*, non. *F* ‖ Ian.] Iun. *Sanclemente, del. Wesenberg, in temporis nota iniuria offendentes. malim tamen* a. d. III K. ita *aut* a. d. III K. Ian. ⟨ita⟩: *cf. ann. phil.* 1891 *p.* 350 ‖ 7. cepisti *Ψ* ‖ 8. misseriis *M* ‖ 9. eum *MD*, *om. FH* ‖ 10. tu *M*, *om. FHD* ‖ 11. mehercule *FHD* ‖ *ακενοσποιδος M* ‖ 12. amamus *MD*, animus *FH* ‖ 18. tempore *om. F* ‖ 19. longior autem — 20. habuisset *non sana.* etiam *pro* autem ς, habuissem *pro* habuisset *Lambinus. malim* longior autem φλ. a. habuisset, *omisso* si *cf. ann. phil.* 1891 *p.* 351 ‖ 20. 21. possumus reddere (*pr. e corr.*). igitur *H*, possimus reddere. igitur *F* ‖ 21. mehercule *FHD* ‖ 23. phil. ⟨est⟩ *aut* ⟨est⟩ phil. *Wesenberg* ‖ molestast *M*, molesta est *FHD*. in palaestra est *Manutius nescio quo sensu*, in molestia est *amicus quidam Lambini*, in oleost *Baiter*, in orchestra est *Klotz. an* in lutost? *cf. ann. phil. l. c.* [ad molas (*s.* in molis) est *commendat Fr. Schoell* (: in pistrino est)] ‖ 24. facio] *cf. Thielmann* '*Arch. f. lat. Lexicogr.*' III *p.* 179 *sq.* facile patior *Boot* ('*obs. crit.*' *p.* 25) 26. tua *M*, *om. FHD*

XIX. (286.)

C. CASSIVS S. D. M. CICERONI.

1 S. v. b. non mehercule in hac mea peregrinatione quicquam
libentius facio, quam scribo ad te; videor enim cum praesente loqui
et iocari, nec tamen hoc usu venit propter 'spectra Catiana', pro
quo tibi proxima epistola tot rusticos Stoicos regeram, ut Catium
2 Athenis natum esse dicas. Pansam nostrum secunda voluntate
hominum paludatum ex urbe exisse cum ipsius causa gaudeo, tum
mercule etiam omnium nostrorum; spero enim homines intellecturos,
quanto sit omnibus odio crudelitas et quanto amori probitas et
clementia, atque ea, quae maxime mali petant et concupiscant, ad
bonos pervenire; difficilest enim persuadere hominibus *τὸ καλὸν
δι' αὑτὸ αἱρετὸν* esse; *ἡδονὴν* vero et *ἀταραξίαν* virtute, iustitia,
τῷ καλῷ parari et verum et probabile est; ipse enim Epicurus, a
quo omnes Catii et Amafinii, mali verborum interpretes, profici-
scuntur, dicit: *οὐκ ἔστιν ἡδέως ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν.*
3 itaque et Pansa, qui *ἡδονὴν* sequitur, virtutem retinet, et ei, qui a
vobis *φιλήδονοι* vocantur, sunt *φιλόκαλοι* et *φιλοδίκαιοι* omnesque
virtutes et colunt et retinent. itaque Sulla, cuius iudicium probare
debemus, cum dissentire philosophos videret, non quaesiit, quid
bonum esset, set omnia bona coemit: cuius ego mortem forti mer-
cules animo tuli; nec tamen Caesar diutius nos eum desiderare
patietur, nam habet damnatos, quos pro illo nobis restituat, nec
4 ipse sectorem desiderabit, cum filium viderit. nunc, ut ad rem p.
redeam, quid in Hispaniis geratur, rescribe: peream, nisi sollicitus
sum ac malo veterem et clementem dominum habere quam novum
et crudelem experiri. scis, Gnaeus quam sit fatuus; scis, quomodo
crudelitatem virtutem putet; scis, quam se semper a nobis derisum
putet: vereor, ne nos rustice gladio velit *ἀντιμυκτηρίσαι.* quid
fiat, si me diligis, rescribe: hui, quam velim scire, utrum sta

2. M. *D et ind. MH, om. MFH* ‖ 5. ueniet *H* ‖ Catiana] catina *ΨF* ‖ 7. esse *om. F* ‖ 8. ex urbe *FHD*, exur *M* ‖ 9. mehercule *FHD* ‖ nostrorum *M*, nostrum *FHD* ‖ 10. omnibus] hominibus *ΨF* ‖ 11. ea *MD*, *om. FH* ‖ 12. difficile est *FHD* ‖ 13. *ἀταραξίαν Victorius, αιαξιαr M. codicum FHD Graeca repraesentari inutile* ‖ 14. enim *Ψ*, uero *F* ‖ ipicurus *M* ‖ 16. dicit] *cf. Epicur. p.* 64, 72, 395 *ed. Us.* ‖ 17. et pansa *M*, pansa *FHD* ‖ qui *Ψ*, qui et *F* ‖ ei] ii *M*, hi *FHD* ‖ 20. quesiuit *FH* ‖ 21. set] sed *Orelli*, et *ΨF*, *del. alii, fort. recte* ‖ 21. 22. mehercules *FH*[2] *D* ‖ 24. sectorem *M*, sertorem *D*, sectatorem *FH* ‖ 25. quid *MD*, *om. FH* ‖ rescribere *FH* ‖ 26. ac malo *ex* a malo *M*[1] *ut vid.* ‖ 27. Gnaeus] cn. *ΨF* ‖ fatuus *MD*, facius *H*, facilius *F* ‖ 28. scis—29. putet *om. FH* ‖ derisum *M*, irrisum *D. cf. Senec. suas.* I 5 *p.* 5, 10 *Kiessl. p.* 524, 5 *Müll.:* 'nos quidem illum deridemus, sed timeo, ne ille nos gladio *ἀντιμυκτηρίσῃ*' ‖ 30. hui quam *M*, ut quam *FHD* ‖ sta *M* (*cf. ad* IV, 3 2), ista *FHD*

sollicito animo an soluto legas! sciam enim eodem tempore, quid me facere oporteat. ne longior sim, vale. me, ut facis, ama. si Caesar vicit, celeriter me exspecta.

XX. (324.)

M. CICERO S. D. C. TREBONIO.

'Oratorem' meum — sic enim inscripsi — Sabino tuo commen- 1
davi: natio me hominis impulit, ut rei recte putarem; nisi forte
candidatorum licentia hic quoque usus hoc subito cognomen arri-
puit; etsi modestus eius vultus sermoque constans habere quiddam
a Curibus videbatur; sed de Sabino satis. tu, mi Treboni, quoniam 2
ad amorem meum aliquantum † olim discedens addidisti, quo tole-
rabilius feramus igniculum desiderii tui, crebris nos litteris appellato,
atque ita, si idem fiet a nobis. quamquam duae causae sunt, cur
tu frequentior in isto officio esse debeas quam nos: primum, quod
olim solebant, qui Romae erant, ad provincialis amicos de re p.
scribere, nunc tu nobis scribas oportet — res enim p. istic est —;
deinde, quod nos aliis officiis tibi absenti satis facere possumus, tu
nobis nisi litteris non video qua re alia satis facere possis. sed 3
cetera scribes ad nos postea; nunc haec primo cupio cognoscere:
iter tuum cuiusmodi sit, ubi Brutum nostrum videris, quamdiu
simul fueris; deinde, cum processeris longius, de bellicis rebus, de
toto negotio, ut existimare possimus, quo statu simus: ego tantum
me scire putabo, quantum ex tuis litteris habebo cognitum. cura,
ut valeas meque ames amore illo tuo singulari.

XXI. (185.)

M. CICERO S. D. C. TREBONIO.

Et epistulam tuam legi libenter et librum libentissime; sed 1
tamen in ea voluptate hunc accepi dolorem, quod, cum incendisses
cupiditatem meam consuetudinis augendae nostrae — nam ad amo-
rem quidem nihil poterat accedere —, tum discedis a nobis meque

2. uale meque ς || 5. C. *om.* *FHD* || 6 *sq. cf. Bücheler mus. Rhen.* XXXVIII. 1883. *p.* 518 || 8. candidatorem *FH* || 10. a curibus *MD*, a curatoribus *FH* mi treboni *MD*, mittere boni *FH* || 11. meum *MD*, nostrum *FH* || aliquantum olim] a. olei *H. A. Koch* (*mus. Rhen.* XII *p.* 270) *et Krauss* ('*Cic. ep. em.*' *p.* 35), *recte puto* (*cf. Otto* '*Sprichw. d. Römer*' *p.* 253), aliquantulum *Manutius*, aliquantum, *deleto v.* olim, *alii* || 17. 18. tu nobis *MD*, tunc his *FH* || 18. alias satis *M* || 19. ad nos scribes *H* || primo *M*, prima *FHD*, *bene* || 20. ubi] utrum *H* || 23. scire me *H* || habeo *H*[1] *D* || 27. lubenter *FH* || libentissimi *M*, lubentissime *FH* || 28. incendisses *MD*, accendisses *FH* (*ex* accepisses *H*[1]) || 30. accedere *ex* accere *M*[1] *vel* *M*[c]

tanto desiderio adficis, ut unam mihi consolationem relinquas, fore
ut utriusque nostrum absentis desiderium crebris et longis epistulis
leniatur: quod ego non modo de me tibi spondere possum, sed de
te etiam mihi; nullam enim apud me reliquisti dubitationem, quan-
2 tum me amares. nam, ut illa omittam, quae civitate teste fecisti,
cum mecum inimicitias communicavisti, cum me contionibus tuis
defendisti, cum quaestor in mea atque in publica causa consulum
partes suscepisti, cum tribuno plebis quaestor non paruisti, cui
tuus praesertim conlega pareret, ut haec recentia, quae meminero
semper, obliviscar, quae tua sollicitudo de me in armis, quae laetitia
in reditu, quae cura, qui dolor, cum ad te curae et dolores mei
perferrentur, Brundisium denique te ad me venturum fuisse, nisi
subito in Hispaniam missus esses, — ut haec igitur omittam, quae
mihi tanti aestimanda sunt, quanti vitam aestimo et salutem meam,
liber iste, quem mihi misisti, quantam habet declarationem amoris
tui! primum, quod tibi facetum videtur, quicquid ego dixi, quod
alii fortasse non item; deinde, quod illa, sive faceta sunt sive sic,
fiunt narrante te venustissima; quin etiam, ante quam ad me venia-
3 tur, risus omnis paene consumitur. quod si in eis scribendis nihil
aliud nisi, quod necesse fuit, de uno me tamdiu cogitavisses, ferreus
essem, si te non amarem; cum vero ea, quae scriptura persecutus
es, sine summo amore cogitare non potueris, non possum existi-
mare plus quemquam a se ipso quam me a te amari: cui quidem
ego amori utinam ceteris rebus possem! amore certe respondebo,
4 quo tamen ipso tibi confido futurum satis. nunc ad epistulam venio,
cui copiose et suaviter scriptae nihil est quod multa respondeam:
primum enim ego illas Calvo litteras misi non plus quam has,
quas nunc legis, existimans exituras; aliter enim scribimus, quod
eos solos, quibus mittimus, aliter, quod multos lecturos putamus;
deinde ingenium eius melioribus extuli laudibus, quam tu id vere
potuisse fieri putas, primum quod ita iudicabam: acute movebatur;
genus quoddam sequebatur, in quo iudicio lapsus, quo valebat,
tamen adsequebatur, quod probaret; multae erant et reconditae

1. relinquas *D*, relinquar *MFH* ‖ 3. respondere *F* ‖ 7. mea *MD*, me *FH* ‖ in *M*, *sup. scr.* *D*[1], *om.* *FH* ‖ 8. 9. cui tuis *FH* (*in H utrumque voc. in ras.*) ‖ 11. cum *M*, quam *FHD*, *ut* quom *scribendum videatur* ‖ mei *MD*, *om.* *FH* ‖ 12. perferentur *FH* ‖ 14. tanti *M*, tanta *FHD* ‖ 15. missisti *M* ‖ quantam (quantum *M*) habet decl. *MD*, quantum decl. *FH* ‖ 17. alii] aliis *ς* sic] secus *alii* ‖ 19. eis] iis *M*, his *HD*, bis *F* ‖ 20. fui *M* ‖ de uno *bis scripta in M* ‖ cogitasses *H* ‖ 22. cogitare non potueris *MD*, cogitaris *FH* ‖ 24. ego *om.* *H* ‖ ceteris *FHD*, certis *M*, *quod defendit Lehmann p.* 41 ‖ 25. futurum] facturum *Manutius* ‖ 27. ego *MD*, *om.* *FH* ‖ Calvo] *cf. Meyer or. Rom. fr.*[2] *p.* 470 *sq.* ‖ 29. quibus amittimus *M* ‖ 30. melioribus] maioribus *Ernesti* ‖ id uere *ex* idere *M*[1] ‖ 33. probaret] probarat *Nipperdey* (*opusc. p.* 466)

litterae, vis non erat: ad eam igitur adhortabar; in excitando autem et in acuendo plurimum valet, si laudes eum, quem cohortere. habes de Calvo iudicium et consilium meum: consilium, quod hortandi causa laudavi; iudicium, quod de ingenio eius valde existimavi bene. reliquum est, tuam profectionem amore prosequar, reditum 5
spe exspectem, absentem memoria colam, omne desiderium litteris mittendis accipiendisque leniam. tu velim tua in me studia et officia multum tecum recordere; quae cum tibi liceat, mihi nefas sit oblivisci, non modo virum bonum me existimabis, verum etiam te a me amari plurimum iudicabis. vale.

XVI.

I. (145.)

TVLLIVS TIRONI SVO S. P. D. ET CICERO MEVS ET FRATER ET FRATRIS F.

Paulo facilius putavi posse me ferre desiderium tui, sed plane 1
non fero et, quamquam magni ad honorem nostrum interest quam

1. eam *MD*, eum *FH* ‖ adortabar *M* ‖ 2. laudas *D* ‖ cohortere *M*, cohortare *FH*, cohortaro *D* ‖ 5. est ⟨ut⟩ ς. *cf. Schmalz Z. f. d. Gymnasialw.* XXXV *p.* 133 ‖ amare *M* ‖ 6. absentem] *aut* absentiam *cum Lambino aut* absentem ⟨te⟩ *voluit Boot ('obs. crit.' p.* 26), *inutiliter* ‖ 7. uelim in me tua studia *H* ‖ 8. recordare *FHD* ‖ 10. uale. M. TVLLI CICERONIS EPISTVLARVM AD SENATVM ET CETEROS EXPL. INC. AD TIRON FELICITER *MH* ‖ 11. ***Libro sexto decimo in MH — D caret — hic praemissus est index (leviores quaedam H*** *discrepantiae omissae sunt*): AD TVLLIVM TIRONEM. 5. TVLLIVS ET CICERO ET Q. Q. TIRONI | VIDE QVANTA SIT ‖ 7. TVLLIVS ET CICERO S. D. | TIRONI SVO. SEPTIMVM ‖ 1. TVLLIVS TIRONI SVO SAL. PL. (*hoc v. om. H*) | PAVLO FACILIVS PVTAVI ‖ 2. TVLLIVS TIRONI SVO SAL. | NON QVEO AD TENE ‖ 3. TVLLIVS ET CICERO TIRONI SVO (*hoc v. om. H*) S. D. (*hoc v. om. H*) | ET Q. PATER ET FILIVS ‖ 4. TVLLIVS TIRONI SVO SAL. PL. DIC. | ET CICERO ET Q. FRATER ‖ 6. TVLLIVS ET CICERO ET Q. Q. TIRONI (*nota hoc v. perscriptum in H*) SAL. | TERTIAM AD TE HANC ‖ 8. Q. CICERO TIRONI S. D. | MAGNAE (mane *H*) BONIS EST ‖ 9. TVLLIVS ET CICERO TIRONI SVO SAL. | NOS A TE VT SCIS DISCESSIMVS ‖ 11. TVLLIVS ET CICERO TERENTIA | ETSI OPPORTVNITATEM (oportunitatem *H*) ‖ 12. TVLLIVS S. D. TIRONI SVO | QVO IN DISCRIMINE ‖ 10. TVLLIVS TIRONI SAL. | EGO VERO CVPIO TE ‖ 15. TVLLIVS TIRONI SAL. | AEGYPTA (agiptia *H*) AD ME VENIT ‖ 14. TVLLIVS TIRONI SAL. | ANDRICVS POSTRIDIE ‖ 13. TVLLIVS TIRONI SAL. | OMNIA A TE DATA MIHI ‖ 16. Q. M. FRATRI SAL. | DE TIRONE MI MARCE ‖ 17. TVLLIVS TIRONI SAL. | VIDEO QVID AGAS ‖ 18. TVLLIVS TIRONI SAL. | QVID IGITVR NON ‖ 19. TVLLIVS TIRONI SAL. | EXSPECTO TVAS LITTERAS ‖ 20. TVLLIVS TIRONI SAL. | SOLLICITAT ITA VIVAM ‖ 21. CICERO F. TIRONI SVO DVLCISSIMO S. (tironis dulcis *H*) | CVM VEHEMENTER ‖ 22. TVLLIVS TIRONI SVO SAL. | SPERE (spero *H*) EX TVIS LITTERIS ‖ 23. CICERO TIRONI SAL. | TV VERO CONFICE ‖ 24. TVLLIVS TIRONI

primum ad urbem me venire, tamen peccasse mihi videor, qui a te discesserim; sed, quia tua voluntas ea videbatur esse, ut prorsus nisi confirmato corpore nolles navigare, adprobavi tuum consilium, neque nunc muto, si tu in eadem es sententia; sin autem, postea quam cibum cepisti, videris tibi posse me consequi, tuum consilium est. Marionem ad te eo misi, ut aut tecum ad me quam primum
2 veniret aut, si tu morarere, statim ad me rediret. tu autem hoc tibi persuade, si commodo valetudinis tuae fieri possit, nihil me malle quam te esse mecum; si autem intelleges opus esse te Patris convalescendi causa paulum commorari, nihil me malle quam te valere. si statim navigas, nos Leucade consequere; sin te confirmare vis, et comites et tempestates et navem idoneam ut habeas, diligenter videbis. unum illud, mi Tiro, videto, si me amas, ne te Marionis adventus et hae litterae moveant: quod valetudini tuae maxime conducet, si feceris, maxime optemperaris voluntati meae.
3 haec pro tuo ingenio considera. nos ita te desideramus, ut amemus; amor, ut valentem videamus, hortatur, desiderium, ut quam primum: illud igitur potius. cura ergo potissimum, ut valeas: de tuis innumerabilibus in me officiis erit hoc gratissimum. III Non. Nov.

II. (146.)

TVLLIVS TIRONI SVO S.

1 Non queo ad te nec lubet scribere, quo animo sim adfectus: tantum scribo, et tibi et mihi maximae voluptati fore, si te firmum quam primum videro. tertio die abs te ad Alyziam accesseramus — is locus est citra Leucadem stadia CXX —; Leucade aut te

---

SAL. | ETSI MANE HARPALVM ‖ 25. CICERO F. TIRONI SVO SAL. | ETSI IVSTA ET IDONEA ‖ 26. ET Q. TIRONI SVO PLVR. SAL. | DIC VERBERAVI TE ‖ 27. *omittitur* ‖ 11. *epistularum ordo hic est in ΨF — idem atque in indice MH —*: 5. 7. 1. 2. 3. 4. 6. 8. 9. 11. 12. 10. 15. 14. 13. 16. 17. 18. *cet.* ‖ 12. TVLLIVS — D. ET *om. FH* | D. ET] DIC. ET *Baiter*, dicit *M*, d. *D* ‖ 14. paullo ς, *bene* ‖ 15. ad hon.] et hon. *ΨF* ‖ 2. tua uoluntas *M*, uoluntas tua *FH*, tua *D* ‖ 4. neque (⟨enim⟩ *H*) nunc muto] *cf. Landgraf ad Cic. p. Rosc. Am.* 95. factum *dubitanter add. Lorenz* (*ad Plaut. mil. gl.*[2] 1130) ‖ muto sit ui in eadem essentia sin *M* 5. cepisti *Ψ*, petisti *F* ‖ uideres *M* ‖ 7. tu morare restatim *M*, tu moraris statim *FHD* ‖ 7. 8. hoc tibi *FHD*, hoc tibi hoc *M unde* tibi hoc *alii* ‖ 9. sin autem *F* ‖ intelleges *MD* (*cf. C. F. W. Müller Cic. op.* II, 1 *ad p.* 71, 1), -gis *FH* (*hoc aut* -gas *voluit Wesenberg*) ‖ 10. nihil — 11. valere *om. FH* ‖ 11. consequeres inte *M*, consequeris sin te *FHD* ‖ 14. haec *F* ‖ 15. conduci *FH* ‖ maxime *M*, *om. FHD* ‖ obtemperabis *H* ‖ 16. 17. amemus] amamus *post Graevium* (*ep. syll. ed. Burm.* IV *p.* 586) *Busch* (*Z. f. d. Gymnasialw.* XX. 1866. *p.* 834), *iniuria* ‖ 18. igitur *Ψ*, ergo *F* ‖ 23. et mihi *MD*, *om. FH* ‖ maxime *FHD* ‖ firmum te *F* ‖ 24. quam plurimum *F*

ipsum aut tuas litteras a Marione putabam me accepturum. quantum me diligis, tantum fac ut valeas, vel quantum te a me scis diligi. Non. Nov. Alyzia.

III. (147.)

TVLLIVS ET CICERO TIRONI SVO S. D. ET Q. PATER ET FILIVS.

Nos apud Alyziam, ex quo loco tibi litteras ante dederamus, 1
unum diem commorati sumus, quod Quintus nos consecutus non
erat: is dies fuit Non. Nov. inde ante lucem proficiscentes ante
diem VIII Idus Nov. has litteras dedimus. tu, si nos omnes amas
et praecipue me, magistrum tuum, confirma te. ego valde suspenso 2
animo exspecto, primum te scilicet, deinde Marionem cum tuis
litteris. omnes cupimus, ego in primis, quam primum te videre,
sed, mi Tiro, valentem; quare nihil properaris: satis † cotidie videro,
si valebis. utilitatibus tuis possum carere: te valere tua causa
primum volo, tum mea, mi Tiro. vale.

IV. (148.)

TVLLIVS TIRONI SVO S. P. D. ET CICERO ET Q. FRATER ET Q. F.

Varie sum adfectus tuis litteris: valde priore pagina pertur- 1
batus, paulum altera recreatus: quare nunc quidem non dubito,
quin, quoad plane valeas, te neque navigationi neque viae committas:
satis te mature videro, si plane confirmatum videro. de medico et
tu bene existimari scribis et ego sic audio; sed plane curationes
eius non probo; ius enim dandum tibi non fuit, cum κακοστόμαχος
esses: sed tamen et ad illum scripsi accurate et ad Lysonem. ad 2
Curium vero, suavissimum hominem et summi officii summaeque
humanitatis, multa scripsi, in eis etiam, ut, si tibi videretur, te ad
se traferret: Lyso enim noster vereor ne neglegentior sit: primum,
quia omnes Graeci: deinde quod, cum a me litteras accepisset, mihi
nullas remisit: sed eum tu laudas: tu igitur, quid faciendum sit,

3. alizia *FHD* ‖ 5. ET Q. ⟨Q.⟩ *Orelli* ‖ 6. ET ⟨Q.⟩ FILIVS *Wesenberg* ‖ 7. aliziam *FHD* ‖ 8. unum *MD*, ut unum *FH* ‖ quinctus *M* ‖ 9. nonae nouembris nouembr. *F* | *ΨF*, *unde* nonae nouembres ς ‖ 11. magristrum *M* ‖ 14. satis cotidie] s. cito te *Ernesti*, s. propinquo te die *Koch* (*mus. Rhen.* XII *p.* 270) *et Krauss* (*'Cic. ep. em.' p.* 36), s., quo te die *Orelli* ‖ 19. ET Q. F. *MD*, *om.* *FH* ‖ 21. paullum ς ‖ 22. quoad *D ex corr.*, quod *MFHD*[1] ‖ 23. satis me, t *a m.* 1, *M* ‖ plane *M*. te *FHD* ‖ 25. cum] qum *M*, quem *FHD* ‖ 28. eis] his *ΨF*, iis *Wesenberg* ‖ 29. traferret *M*, transferret *FHD* ‖ 31. tu laudas tu *M*, tu laudasti *FHD*

iudicabis. illud, mi Tiro, te rogo, sumptu ne parcas ulla in re,
quod ad valetudinem opus sit: scripsi ad Curium, quod dixisses,
daret; medico ipsi puto aliquid dandum esse, quo sit studiosior.
3 innumerabilia tua sunt in me officia, domestica forensia, urbana pro-
vincialia, in re privata in publica, in studiis in litteris nostris:
omnia viceris, si, ut spero, te validum videro. ego puto te bellissime,
si recte erit, cum quaestore Mescinio decursurum: non inhumanus
est teque, ut mihi visus est, diligit. et, cum valetudini tuae diligen-
tissime consulueris, tum, mi Tiro, consulito navigationi: nulla in
4 re iam te festinare volo; nihil laboro nisi ut salvus sis. sic habeto,
mi Tiro, neminem esse, qui me amet, quin idem te amet, et cum
tua et mea maxime interest te valere, tum multis est curae. ad-
huc, dum mihi nullo loco desse vis, numquam te confirmare potu-
isti: nunc te nihil impedit; omnia depone, corpori servi. quantam
diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri a te
iudicabo. vale, mi Tiro, vale, vale et salve. Lepta tibi salutem
dicit et omnes. vale. VII Id. Nov. Leucade.

V. (149.)

TVLLIVS ET CICERO ET Q. Q. TIRONI HVMANISSIMO ET OPTIMO S. P. D.

1 Vide, quanta sit in te suavitas: duas horas Thyrrei fuimus;
Xenomenes hospes tam te diligit, quasi vixerit tecum; is omnia
pollicitus est, quae tibi essent opus; facturum puto. mihi placebat,
si firmior esses, ut te Leucadem deportaret, ut ibi te plane con-
firmares: videbis, quid Curio, quid Lysoni, quid medico placeat.
volebam ad te Marionem remittere, quem, cum meliuscule tibi esset,
ad me mitteres; sed cogitavi unas litteras Marionem adferre posse,
2 me autem crebras exspectare. poteris igitur et facies, si me diligis,
ut cotidie sit Acastus in portu: multi erunt, quibus recte litteras
dare possis, qui ad me libenter perferant; equidem Patras euntem

3. aliquid dandum *M*, dandum aliquid *FHD* ‖ 8. et *iniuria suspectum Wesenbergio. cf. Lehmann p.* 63 ‖ 11. quin *FHD*, qui *M* ‖ et cum *FHD*, ut cum *M.* et *del. Wesenberg* ‖ 13. deesse *FHD* ‖ 14. corpori seruire corpori serui *M* ‖ 15. contuleris *MD*, tuleris *FH* ‖ me *FHD*, a me *M* ‖ 19. tyroni *M* ‖ HVMANISSIMO — 20. D. *om. F* ‖ 21. duas *D*H^2, duras *MF*H^1 ‖ thyrrei *FD*, thirrei *M*H^2, thirei H^1. *Θύρρειον Graece: bull. de corr. hell.* X. 1886. *p.* 174, *Oberhummer 'Akarnanien' p.* 36 ‖ 22. Xenomenes] *v. Oberhummer p.* 297 ‖ quasi] quam si M^r ‖ 23. essent opus *M*, opus essent *FHD* ‖ placebat *M*H^2*D*, putabat *F*H^1 ‖ 24. deportaret *MD*, adportaret *FH* ‖ ut ibi *FHD*, ut ubi *M.* ubi *Baiter* ‖ 26. mittere *H* ‖ 27. mitteres *M*, remitteres *FHD* ‖ 28. igitur ⟨facere⟩ et *Wesenberg.* poteris -- igitur et facies *interpungit Lehmann* (*p.* 34) ‖ 30. lubenter *FHD* ‖ patranseuntem *M*

neminem praetermittam. ego omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo: nihil potest illo fieri humanius, nihil nostri amantius: ei te totum trade. malo te paullo post valentem quam statim inbecillum videre: cura igitur nihil aliud nisi ut valeas; cetera ego curabo. etiam atque etiam vale. Leucade proficiscens VII Id. Nov.

VI. (150.)

TVLLIVS ET CICERO ET Q. Q. TIRONI S. P. D.

Tertiam ad te hanc epistulam scripsi eodem die, magis insti- 1
tuti mei tenendi causa, quia nactus eram, cui darem, quam quo
haberem, quid scriberem. igitur illa: quantum me diligis, tantum
adhibe in te diligentiae; ad tua innumerabilia in me officia adde
hoc, quod mihi erit gratissimum omnium; cum valetudinis rationem,
ut spero, habueris, habeto etiam navigationis; in Italiam euntibus 2
omnibus ad me litteras dabis, ut ego euntem Patras neminem
praetermitto; cura, cura te, mi Tiro: quoniam non contigit, ut simul
navigares, nihil est, quod festines, nec quicquam cures, nisi ut valeas.
etiam atque etiam vale. VII Idus Nov. Actio vesperi.

VII. (151.)

TVLLIVS ET CICERO S. D. TIRONI SVO.

Septimum iam diem Corcyrae tenebamur, Quintus autem pater et filius Buthroti: solliciti eramus de tua valetudine mirum in modum; nec mirabamur nihil a te litterarum, eis enim ventis istim navigatur, qui si essent, nos Corcyrae non sederemus. cura igitur te et confirma et, cum commode et per valetudinem et per anni tempus navigare poteris, ad nos amantissimos tui veni: nemo nos amat, qui te non diligat; carus omnibus exspectatusque venies. cura ut valeas. etiam atque etiam, Tiro noster, vale. XV K. Dec. Corcyra.

---

2. illo fieri humanius *MD*, illo (hoc illo *F*) humanius fieri *FH* ‖ 3. *pr.* te *om.* *M* ‖ paulo *Ψ* ‖ 4. ut ualeas *FHD*, ut tua ualeas *M unde* ut tu valeas *alii* 5. leucadem (-dē *H*) *FH* ‖ VII id. nou. *M*, *om.* *FHD* ‖ 8. eodem *MD*, sed si eodem *FH* ‖ 10. quid] quod *alii* ‖ 15. *alterum* cura *del.* *Wesenberg* ‖ 16. nec ⟨quod⟩ quicquam *Lambinus* ‖ curas *F* ‖ 20. quintus *D*, q *vel* q' *MFH* 21. bruthoti *FH* ‖ 22. eis] iis *M*, his *FHD* ‖ istim *M*, istinc *FHD* ‖ 23. qui si *MFH*, qui si non *D*, qui nisi *Graevius* (*ep. syll. ed. Burmann* IV *p.* 340), qui ni *R. Kühner* (*gr. Lat.*[2] II *p.* 947) ‖ corcire *M*, cortyre *FH* ‖ 25. 26. nos amat nemo *M*, *transposuit* M^1 *vel* M^c ‖ 26. diligit *H* ‖ 27. cura ut ualeas. Q. etiam atque etiam uale. A. v. k. Nou. *FH* ‖ Kal. Dec. *Manutius*, k. nou. *praeter FH etiam MD*, Kal. *Wesenberg*

VIII. (158.)

Q. CICERO TIRONI S. D.

1 Magnae nobis est sollicitudini valetudo tua; nam, tametsi, qui veniunt, *ἀκίνδυνα μέν, χρονιώτερα δὲ* nuntiant, tamen in magna consolatione ingens inest sollicitudo, † si diutius a nobis futurus es is, cuius usum et suavitatem desiderando sentimus. ac tamen, quamquam videre te tota cogitatione cupio, tamen te penitus rogo, ne te tam longae navigationi et viae per hiemem nisi bene firmum
2 committas neve naviges nisi explorate. vix in ipsis tectis et oppidis frigus infirma valetudine vitatur, nedum in mari et via sit facile abesse ab iniuria temporis.

ψῦχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον,

inquit Euripides: cui tu quantum credas, nescio; ego certe singulos eius versus singula [eius] testimonia puto. effice, si me diligis, ut valeas et ut ad nos firmus ac valens quam primum venias. ama nos et vale. Quintus f. tibi salutem dicit.

IX. (152.)

TVLLIVS ET CICERO TIRONI SVO S. P. D.

1 Nos a te, ut scis, discessimus a. d. IIII Non. Nov. Leucadem venimus a. d. VIII Id. Nov., a. d. VII Actium; ibi propter tempestatem a. d. VI Idus morati sumus. inde a. d. V Id. Corcyram bellissime navigavimus. Corcyrae fuimus usque ad a. d. XVI K. Dec., tempestatibus retenti. a. d. XV K. in portum Corcyraeorum ad Cassiopen stadia CXX processimus; ibi retenti ventis sumus usque ad a. d. VIIII K. — interea, qui cupide profecti sunt, multi naufragia
2 fecerunt —. nos eo die cenati solvimus; inde austro lenissimo,

---

2. tironi *Ψ*, tironi suo *F* ‖ 3. nobis *MFH²D*, bonis *ind. MH*, *om. H¹* ‖ 4. magna//, 1 *litt. eras.*, *M* ‖ 5. a nobis *FHD*, |nobis *M* ‖ 5. 6. futurus es (*in H ult.* s *corr. a m.* 1, *ut vid.*) is *ΨF*. diutius a (*alii hoc v. om.*) nobis afuturus est is ς. diutius nobis defuturus est is *Bücheler* (*Q. Cic. rel. p.* 65) *et Wesenberg* ‖ 6. ac tamen *Wesenberg*, attamen *ΨF* ‖ 9. exploratae *M* ‖ 12. ψῦχος] *Eur. fr.* 906 *N.²* ‖ 13. inquid *M* ‖ 14. singula eius *M*, singula *FHD*, *recte puto.* singula *ἀληθείας Orelli*, singula dei alicuius *H. A. Koch* (*'coni. Tull.' p.* 33), singula et iusta *Krauss* (*'Cic. ep. em.' p.* 36), singula veritatis *Klotz* ‖ 16. Quintus] q. *Ψ*, Quintus—dicit *om. F* ‖ dicit sal. *HD* ‖ 18. P. D. *om. FD* ‖ 18. 19. D. Nos] dic. nos *H*, dignos *M* ‖ 19. a. d.] ad *M*. *et sic aliquotiens postea* ‖ 20. Actium] actum *ΨF* ‖ 21. inde *MD*, *om. FH* ‖ 22. nauigauimus *MD*, nauigamus *FH* ‖ usque ad a. d. (ad ad *H¹*, ad *H²*) *MH¹*, usque ad *FD*. *hinc corrigenda Wölfflini disputatio 'Arch. f. lat. Lexicogr.'* IV *p.* 62 ‖ 23. 24. Cassiopen] cassiodem *FHD*, cassodem *M* (cassiodem *Mʳ*) ‖ 24. 25. retenti uens sum ususque ad a. d. *M*, retenti uentis sumus usque a. d. *D*, retenti (retente, i *a m.* 1, *H*) uento sumus usque ad *FH* ‖ 25. multi *MD*, multa *FH*

caelo sereno nocte illa et die postero in Italiam ad Hydruntem ludibundi pervenimus, eodemque vento postridie — id erat a. d. VII K. Dec. — hora IIII Brundisium venimus, eodemque tempore simul nobiscum in oppidum introiit Terentia, quae te facit plurimi. a. d. V K. Dec. servus Cn. Plancii Brundisii tandem aliquando mihi a te exspectatissimas litteras reddidit datas Idibus Nov., quae me molestia valde levarunt, utinam omnino liberassent! sed tamen Asclapo medicus plane confirmat propediem te valentem fore. nunc 3 quid ego te horter, ut omnem diligentiam adhibeas ad convalescendum? tuam prudentiam, temperantiam, amorem erga me novi; scio te omnia facturum, ut nobiscum quam primum sis; sed tamen ita velim, ut ne quid properes. symphoniam Lysonis vellem vitasses, ne in quartam hebdomada incideres; sed, quoniam pudori tuo maluisti opsequi quam valetudini, reliqua cura. Curio misi, ut medico honos haberetur et tibi daret, quod opus esset; me, cui iussisset, curaturum. ecum et mulum Brundisii tibi reliqui. Romae vereor ne ex K. Ian. magni tumultus sint: nos agemus omnia modice. relicum est, ut te hoc rogem et a te petam, ne temere naviges — 4 solent nautae festinare quaestus sui causa —, cautus sis, mi Tiro — mare magnum et difficile tibi restat —, si poteris, cum Mescinio — caute is solet navigare —, si minus, cum honesto aliquo homine, cuius auctoritate navicularius moveatur. in hoc omnem diligentiam si adhibueris teque nobis incolumen steteris, omnia a te habebo. etiam atque etiam, noster Tiro, vale. medico, Curio, Lysoni de te scripsi diligentissime. vale salve.

X. (57.)

TVLLIVS TIRONI S.

Ego vero cupio te ad me venire, sed etiam timeo: gravissime 1 aegrotasti, inedia et purgationibus et vi ipsius morbi consumptus es; graves solent offensiones esse ex gravibus morbis, si quae culpa

1. nocte illa et die postero *M*, nocte illa et die postera *D*, nocte et die illa et die postera *FH* || 2. ludibundi *ex* iud. H^1, iudibundi *F* || 4. facit *ex* fecit M^c *vel* M^r (fecit *P*) || 5. tandem *FHD*, tantendem *M* || 8. asdapo medicus *F*, asdapometicus *H* || 9. quid] quidem *ΨF* || horter *MD*, hortor *FH* athibeas *M* || 12. vellem *Schütz*, uelim *ΨF* || 13. hebdomada *M*, ebdomadam *FHD* || incideres] incederes *ΨF* || 14. ueletudini *M* || 15. 16. me cui iussisset curaturum ecum *M*, me tui iussisset curaturum metum *D*, metui inssisset curaturum metum (medicum *sup.* metum H^2) *H*, metui iussisset curatum metum *F* || 18. reliquum *FHD* || ut te hoc *MD*, ut hoc te *FH* || 22. 23. hoc o. d. si *MD*, hoc si o. d. *FH* || 23. steteris *M* (*cf. Neue* II^2 *p.* 460 *sq.*), praestiteris *FHD*, stiteris *Victorius* || 24. uale *MD*, sal. *FH* || 25. uale salue *MD*, uale sal. *H*, uale *F*. vale ⟨et⟩ salve *Wesenberg*

commissa est; iam ad id biduum, quod fueris in via, dum in Cumanum venis, accedent continuo ad reditum dies quinque. ego in Formiano a. d. III K. esse volo: ibi te ut firmum offendam, mi
2 Tiro, effice. litterulae meae sive nostrae tui desiderio oblanguerunt; hac tamen epistula, quam Acastus attulit, oculos paulum sustulerunt. Pompeius erat apud me, cum haec scribebam, hilare et lubenter: ei cupienti audire nostra dixi sine te omnia mea muta esse. tu Musis nostris para ut operas reddas: nostra ad diem dictam fient; docui enim te, fides ἔτυμον quod haberet. fac, plane ut valeas. nos adsumus. vale. XIIII K.

XI. (154.)

TVLLIVS ET CICERO, TERENTIA, TVLLIA, Q. Q. TIRONI S. P. D.

1 Etsi opportunitatem operae tuae omnibus locis desidero, tamen non tam mea quam tua causa doleo te non valere; sed, quoniam in quartanam conversa vis est morbi — sic enim scribit Curius —, spero te diligentia adhibita iam firmiorem fore: modo fac, id quod est humanitatis tuae, ne quid aliud cures hoc tempore, nisi ut quam commodissime convalescas. non ignoro, quantum ex desiderio labores; sed erunt omnia facilia, si valebis: festinare te nolo, ne nauseae
2 molestiam suscipias aeger et periculose hieme naviges. ego ad urbem accessi pr. Non. Ian. obviam mihi sic est proditum, ut nihil possit fieri ornatius; sed incidi in ipsam flammam civilis discordiae vel potius belli, cui cum cuperem mederi et, ut arbitror, possem, cupiditates certorum hominum — nam ex utraque parte sunt, qui pugnare cupiant — impedimento mihi fuerunt. omnino et ipse Caesar, amicus noster, minacis ad senatum et acerbas litteras miserat et erat adhuc impudens, qui exercitum et provinciam invito senatu teneret, et Curio meus illum incitabat; Antonius quidem noster et Q. Cassius nulla vi expulsi ad Caesarem cum Curione

---

1. ad illud b. *H* ‖ 2. venis] veneris ς, venies *Kayser, inutiliter* ‖ 3. III *MFH*, IIII *D* ‖ 4. effece *M* ‖ 5. hac *ex* hęc, *ut vid.*, *H* [2], hanc *F* ‖ epistolam *F* ‖ oculus *M* ‖ paullum ς ‖ 6. Pompeius] Pomponius *Manutius, haud recte. cf. Körner ann. phil.* 1891 *p.* 131 ‖ erat apud me *M*, apud me erat *FHD* ‖ 8. 9. operas reddas (*non* reddes) nostra ad diem dicta fient *M*, operas nostras reddas ad diem dicta fient *FHD* ‖ 9. etymon *FH* ‖ 10. kal. feb. *D* ‖ 12. tulliaque q. tironi *FH* ‖ 16. uis est *MD*, est uis *FH* ‖ scribit *M*, scripsit *FHD* ‖ 17. iam *C. F. W. Müller*, etiam *ΨF* ‖ 20. nolo *MD*, *et H sed fort. ex* uolo, uolo *F* 23. possit] posset *et* potuerit ς ‖ in ipsam flammam c. d.] *cf. Stegmann philol. Rundschau* 1883 *p.* 1298. *ceterum* civilis *om. FH* ‖ 25. certorum *MD*, ceterorum *FH* ‖ 26. fuerunt mihi omnino *D* ‖ 28. provinciam] provincias *Boot* ('*obs. crit.*' *p.* 26)

profecti erant, postea quam senatus consulibus, pr., tr. pl. et nobis, 3 qui pro cos. sumus, negotium dederat, ut curaremus, ne quid res p. detrimenti caperet: numquam maiore in periculo civitas fuit, numquam improbi cives habuerunt paratiorem ducem. omnino ex hac quoque parte diligentissime comparatur: id fit auctoritate et studio Pompei nostri, qui Caesarem sero coepit timere. nobis inter has turbas senatus tamen frequens flagitavit triumphum; sed Lentulus consul, quo maius suum beneficium faceret, simul atque expedisset, quae essent necessaria de re p., dixit se relaturum. nos agimus nihil cupide eoque est nostra pluris auctoritas. Italiae regiones discriptae sunt, quam quisque partem tueretur: nos Capuam sumpsimus. haec te scire volui. tu etiam atque etiam cura, ut valeas litterasque ad me mittas, quotienscumque habebis, cui des. etiam atque etiam vale. d. pr. Idus Ian.

XII. (157.)

TVLLIVS S. D. TIRONI SVO.

Quo in discrimine versetur salus mea et bonorum omnium at- 1
que universae rei p., ex quo scire potes, quod domos nostras et patriam ipsam vel diripiendam vel inflammandam reliquimus: in eum locum res deductast, ut, nisi qui deus vel casus aliquis subvenerit,
salvi esse nequeamus. equidem, ut veni ad urbem, non destiti 2
omnia et sentire et dicere et facere, quae ad concordiam pertinerent; sed mirus invaserat furor non solum improbis, sed etiam is, qui boni habentur, ut pugnare cuperent me clamante nihil esse bello civili miserius. itaque, cum Caesar amentia quadam raperetur et oblitus nominis atque honorum suorum Ariminum, Pisaurum, Anconam, Arretium occupavisset, urbem reliquimus: quam sapienter
aut quam fortiter, nihil attinet disputari; quo quidem in casu simus, 3
vides. feruntur omnino condiciones ab illo, ut Pompeius eat in Hispaniam, dilectus, qui sunt habiti, et praesidia nostra dimittantur;

---

2. proconsules *ΨF* ‖ 10. est nostra pluris *MD*, est pluris nostra *FH* 11. discriptae M^1, descriptae M^c (*vel* M^r) *FHD*. *cf. ad* XII, 1, 1 ‖ capuam *FHD*, capiam *M* ‖ 12. te *et* tu *om. F* ‖ 14. d.] dat *M*, datur *FH*, *om. D* ‖ 17. salus *FHD*, saluus *M* ‖ 18. uniuersae rei p. ex eo *M*, uniuersae ·l· senatus et rei p. ex eo *H*, uniuersae senatus et r. p. ex eo *F*, unius ex eo *D* ‖ domus *F* ‖ 20. deducta est *FHD* ‖ ut ⟨utrique⟩ *Lehmann* (*p.* 124), *iniuria puto* | qui deus *HD*, quideus *ex* quideius *radendo M*, quis deus *F* ‖ aliquis] aliqui *Baiter* ‖ subuenerit *MD*, subueniret *FH* ‖ 21. equidem *MD*, etquidem *FH* | destiti *FHD*, destituti *M* ‖ 23. is *M*, his *FHD* ‖ 24. habebantur *H* ‖ 26. 27. Anconam] Anconem *Wesenberg. at cf. Mommsen C. I. L.* IX *p.* 572 ‖ 27. aretium *D*, aritium *H*, artium *F* ‖ 29. eat MH^2D, erat FH^1 ‖ 30. dilectus *MD*, delectus *FH*

se ulteriorem Galliam Domitio, citeriorem Considio Noniano — his enim optigerunt — traditurum; ad consulatus petitionem se venturum, neque se iam velle apsente se rationem haberi suam; se praesentem trinum nundinum petiturum. accepimus condiciones, sed ita, ut removeat praesidia ex eis locis, quae occupavit, ut sine
4 metu de his ipsis condicionibus Romae senatus haberi possit. id ille si fecerit, spes est pacis, non honestae — leges enim inponuntur —, sed quidvis est melius quam sic esse, ut sumus; sin autem ille suis condicionibus stare noluerit, bellum paratum est, eiusmodi tamen, quod sustinere ille non possit, praesertim cum a suis condicionibus ipse fugerit; tantummodo ut eum intercludamus, ne ad urbem possit accedere, quod sperabamus fieri posse; dilectus enim magnos habebamus putabamusque illum metuere, si ad urbem ire coepisset, ne Gallias amitteret, quas ambas habet inimicissimas praeter Transpadanos, ex Hispaniaque sex legiones et magna auxilia Afranio et Petreio ducibus habet a tergo: videtur, si insaniet, posse opprimi, modo ut urbe salva. maximam autem plagam accepit, quod is, qui summam auctoritatem in illius exercitu habebat, T. Labienus, socius sceleris esse noluit: reliquit illum et nobiscum
5 ⟨est⟩, multique idem facturi esse dicuntur. ego adhuc orae maritimae praesum a Formiis: nullum maius negotium suscipere volui, quo plus apud illum meae litterae cohortationesque ad pacem valerent; sin autem erit bellum, video me castris et certis legionibus praefuturum. habeo etiam illam molestiam, quod Dolabella noster aput Caesarem est. haec tibi nota esse volui, quae cave ne te
6 perturbent et impediant valetudinem tuam. ego A. Varroni, quem quom amantissimum mei cognovi, tum etiam valde tui studiosum, diligentissime te commendavi, ut et valetudinis tuae rationem haberet et navigationis et totum te susciperet ac tueretur: quem omnia facturum confido; recepit enim et mecum locutus est suavissime. tu, quoniam eo tempore mecum esse non potuisti, quo

1. se *MD*, sed *FH* ‖ 3. 4. se praesentem trium (*sic*) nundinum *M*, se praesentem trinundinum *D*, sed praesente trinundinum *FH* ‖ 4. accepimus *MD*, accipimus *FH* ‖ 5. eis] his *ΨF*, iis ς ‖ 6. his] iis *Wesenberg* ‖ 7. honeste *MH* ‖ 9. stare] istare *M*, ista re *D*, instare *FH* ‖ 12. fieri posse dilectus *M*, posse fieri dil. *D*, posse fieri del. *FH* ‖ 13. putabamus quae *M* ‖ 15. hispaniaque sex *MD*, hispania tres *FH* ‖ 16. petreio *ex* preio *M*[1] ‖ a tergo uidetur si insaniet (uidetur sun sani et *D*) *MD*, at ergo (g̊) uidetur si insaniet *H*, at ergo si uidetur insaniet *F* ‖ 17. ut *MD*, *om.* *FH* ‖ 19. 20. est *a ΨF omissum alii post* nobiscum, *alii post* et *inserunt* ‖ 20. horae *FH* ‖ 22. cohortationisque *FH* ‖ 23. me /, 1 *litt. er.*, *M* ‖ 24. quod *FHD*, quem *M* ‖ 25. apud *FHD* ‖ esse nota *H* ‖ 26. ego auarroni *M*, ergo auarroni *FHD*. *de ipso homine v. Mommsen Berl. Sitz.-Ber.* 1892 *p.* 849 ‖ 27. quom] quam *M*, cum *FHD* ‖ mei *M*, ei *FH*, *om.* *D* ‖ ualde tui *M*, tui ualde *FHD*

ego maxime operam et fidelitatem desideravi tuam, cave festines aut committas, ut aut aeger aut hieme naviges: numquam sero te venisse putabo, si salvus veneris. adhuc neminem videram, qui te postea vidisset quam M. Volusius, a quo tuas litteras accepi: quod non mirabar; neque enim meas puto ad te litteras tanta hieme perferri. sed da operam, ut valeas et, si valebis, cum recte navigari poterit, tum naviges. Cicero meus in Formiano erat, Terentia et Tullia Romae. cura, ut valeas. IIII K. Febr. Capua.

XIII. (54.)

TVLLIVS TIRONI S.

Omnia a te data mihi putabo, si te valentem videro. summa cura exspectabam adventum Menandri, quem ad te miseram. cura, si me diligis, ut valeas et, cum te bene confirmaris, ad nos venias. vale. IIII Id. Apr.

XIV. (55.)

TVLLIVS TIRONI S.

Andricus postridie ad me venit, quam exspectaram; itaque 1
habui noctem plenam timoris ac miseriae. tuis litteris nihilo sum factus certior, quomodo te haberes, sed tamen sum recreatus. ego omni delectatione litterisque omnibus careo, quas ante, quam te videro, attingere non possum. medico mercedis quantum poscet promitti iubeto: id scripsi ad Ummium. audio te animo angi et 2
medicum dicere ex eo te laborare: si me diligis, excita ex somno tuas litteras humanitatemque, propter quam mihi es carissimus; nunc opus est te animo valere, ut corpore possis: id cum tua, tum mea causa facias, a te peto. Acastum retine, quo commodius tibi ministretur. conserva te mihi: dies promissorum adest, quem etiam repraesentabo, si adveneris. etiam atque etiam vale. III Idus h. VI.

---

2. numquid *F*. nūqm *H* (q : qui) ‖ 7. poterit *MD*, non poterit *FH* 10. 11. tironi sal. ut omnia *M* ‖ 12. Menandri] Andrici *Engelbronner* ‖ 14. IV id. apr. ς *quod cum Körnero tenui*, VII id. apr. *MFH*, *om. D* ‖ 16. tironi suo sal. *F* ‖ 17. Andricus] Menandrus ς *et Manutius* ‖ exspectaram *D*, -em *MFH* 18. miseriae *FH*, miserius *M*, miseriis *D* | nihilo sum *M*, nullo sum *FD*, nullo modo sum *H* ‖ 22. ummium *MH*, dummium *F*, numium *D*. Ummidium *Lallemand, fort. recte.* Manium *Manutius* ‖ 24. es mihi *F* ‖ 28. III idus h VI *M*, III idus VI. NON. *F*, III ĪD ĪV (?) *H in quo* nale · ĪV *in mg.*, VII id. apr. *D*

XV. (56.)

TVLLIVS TIRONI S.

1 Aegypta ad me venit pr. Idus Apr. is etsi mihi nuntiavit te plane febri carere et belle habere, tamen, quod negavit te potuisse ad me scribere, curam mi attulit, et eo magis, quod Hermia, quem eodem die venire oportuerat, non venerat. incredibili sum sollicitudine de tua valetudine; qua si me liberaris, ego te omni cura liberabo: plura scriberem, si iam putarem lubenter te legere posse. ingenium tuum, quod ego maximi facio, confer ad te mihi tibique conservandum: cura te etiam atque etiam diligenter. vale.

2 scripta iam epistula Hermia venit. accepi tuam epistulam vacillantibus litterulis; nec mirum, tam gravi morbo. ego ad te Aegyptam misi, quod nec inhumanus est et te visus est mihi diligere, ut is tecum esset, et cum eo cocum, quo uterere. vale.

XVI. (58.)

QVINTVS MARCO FRATRI S.

1 De Tirone, mi Marce, ita te meumque Ciceronem et meam Tulliolam tuumque filium videam, ut mihi gratissimum fecisti, cum eum indignum illa fortuna ac nobis amicum quam servum esse maluisti: mihi crede, tuis et illius litteris perlectis exsilui gaudio

2 et tibi et ago gratias et gratulor; si enim mihi Statii fidelitas est tantae voluptati, quanti esse in isto haec eadem bona debent additis litteris, sermonibus, humanitate, quae sunt his ipsis commodis potiora! amo te omnibus equidem de maximis causis, verum etiam propter hanc, vel quod mihi sic, ut debuisti, nuntiasti: te totum in litteris vidi. Sabini pueris et promisi omnia et faciam.

---

3. aegypia *F* ‖ 5. mihi ς ‖ 7. liberabis ego *F* ‖ 9. ingeni/um, 1 *litt.* (t ?) *er.*, *FH* ‖ ego *om.* *F* ‖ 10. conseruandum *MD*, confirmandum *FH* ‖ 11. scripta iam epistula *M*, scripsi iam epistolam *FH*, scripsi epistulam *D* ‖ 13. aegypiam *F* ‖ et te uisus est *M*, *om.* *FHD* (*praeterea plerique contaminati*) ‖ 14. cocum *MD*, cum *H*, *om.* *F* ‖ 16. q. m. *ΨF* ‖ 17. meam] tuam *Wesenberg* ‖ 18. cum *MD*[1], quod *FH*. *D*[2] *in mg.*: al. quam ‖ 19. ac nobis *ΨF*, *quod cum Bechero* (*Woch. f. kl. Philol.* 1889 *p.* 1225) *sanum puto.* ⟨iudicasti⟩ ac nobis *omisso* eum *coni. Bücheler* (*Q. Cic. rel. p.* 64), ac ⟨conditione⟩ nobis *aut* ⟨libertum⟩ ac nobis *Wesenberg*, ac ⟨nomine⟩ nobis *Lehmann* (*p.* 21), nobis ς ‖ 20. perspectis *FH* ‖ gaudeo *M* ‖ 21. fidelitas ⟨et frugalitas⟩ *Lambinus*, f. ⟨et utilitas⟩ *Boot* (*'obs. crit.' p.* 27) ‖ 22. esse *MD*, est *FH* ‖ debent *bis scriptum in M* 23. sermonibus] et serm. *ΨF quo servato* ⟨et⟩ humanitate *scripsit Wesenberg* commodis *MD*, *om.* *FH* ‖ 24. de maximis *MFH*, maximis de *D* ‖ 25. totum te *D*

XVII. (303.)

TVLLIVS TIRONI S.

Video, quid agas: tuas quoque epistulas vis referri in volumina. sed heus tu, qui *κανὼν* esse meorum scriptorum soles, unde illud tam *ἄκυρον*, 'valetudini fideliter inserviendo'. unde in istum locum 'fideliter' venit? cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multae: nam et doctrina et domus et ars et ager etiam 'fidelis' dici potest, ut sit, quomodo Theophrasto placet, verecunda tralatio. sed haec coram. Demetrius venit ad me † quo quidem comitatu *ἀφωμίλησα* satis scis etueum videlicet non potuisti videre; cras aderit: videbis igitur; nam ego hinc perendie mane cogito. valetudo tua me valde sollicitat, sed inservi et fac omnia: tum te mecum esse, tum mihi cumulatissime satis facere putato. Cuspio quod operam dedisti, mihi gratum est; valde enim eius causa volo. vale. 1

(The section number 2 stands in the right margin beside the line "placet, verecunda tralatio. sed haec coram. Demetrius venit ad".)

XVIII. (189.)

TVLLIVS TIRONI S.

Quid igitur? non sic oportet? equidem censeo sic; addendum etiam 'SVO'. sed, si placet, invidia vitetur, quam quidem ego saepe contempsi. tibi *διαφόρησιν* gaudeo profuisse; si vero etiam Tusculanum, dei bonei! quanto mihi illud erit amabilius! sed, si me amas, quod quidem aut facis aut perbelle simulas, quod tamen in modum procedit, sed, ut est, indulge valetudini tuae, cui quidem tu adhuc, dum mihi deservis, servisti non satis. ea quid postulet, non ignoras: *πέψιν, ἀκοπίαν, περίπατον σύμμετρον, τρῖψιν, εὐλυσίαν κοιλίας*. fac bellus revertare: non modo te, sed etiam Tusculanum 1

·l· regula

3. 4. in uolumnia *M* ‖ 4. *κανὼν*] ·ka· non *M*, kanon (kanou *H*) *FH*, non omen *D* ‖ 8. theoprasto *MFH* ‖ 9. translatio *FHD* ‖ 10. ΑΦΩΜΙΛΠCΑ *in archetypo fuisse videtur* ‖ satis scis etueum *M*, satis scite tu eum *FHD*. ⟨a⟩ quo quidem c. *ἀφ.* satis scite. tu eum *Wesenberg*. *transponi verba voluit Schütz*: ad me venit, quo quidem comitatu, satis scis. *ἀφωμίλησα*. tu eum. *in re prorsus incerta — ipsum quoque verbum Graecum valde displicet — M scripturam retinui* ‖ 11. nam — 12. cogito *om.* *D* ‖ 11. hinc *M*, *om.* *FH* ‖ 12. mane *M*, manere *FH* ‖ 13. tum te *M*, tu te *FH*, tum et *D* ‖ tum mihi] tu mihi *M*, tum et mihi *D*, mi tu *FH* ‖ 13. 14. satis f. putato *MD*, te satis f. puto *FH* ‖ 19. uitetur *MD*[2], uidetur *FH*, uincetur *D*[1] ‖ saepe *MFH*, semper *D*, *fort. recte* ‖ 21. dei bonei *M*, deilionei *FH*, dii boni *D* ‖ quanto erit mihi amabilius *D* ‖ 22. 23. ⟨mirum⟩ in modum *Lambinus*, ⟨incredibilem⟩ in m. *Wesenberg* ‖ 23. ut est *tenui — tenuit etiam I. F. Gronovius 'observ.' p. 364 ed. Pl.* —, utut est *Manutius*, utcunque est *Wesenberg* ‖ 24. tu *MD*, *om.* *FH* ‖ dum *ex* tum *M*[1] ‖ 25. *τριψιν* *FHD*, *τρψιν* *M* *unde τέρψιν alii*

2 nostrum plus amem. Parhedrum excita, ut hortum ipse conducat:
sic holitorem ipsum commovebis. Helico nequissimus HS ∞ dabat
nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa: iste
nos tanta inpensa derideat? calface hominem, ut ego Mothonem;
3 itaque abutor coronis. de Crabra quid agatur, etsi nunc quidem
etiam nimium est aquae, tamen velim scire. horologium mittam
et libros, si erit sudum. sed tu nullosne tecum libellos? an pangis
aliquid Sophocleum? fac opus appareat. A. Ligurius, Caesaris
familiaris, mortuus est, bonus homo et nobis amicus. te quando
exspectemus, fac ut sciam. cura te diligenter. vale.

XIX. (305.)

TVLLIVS TIRONI SVO S.

Exspecto tuas litteras de multis rebus, te ipsum multo magis. Demetrium redde nostrum et aliud, si quid potest boni. de Aufidiano nomine nihil te hortor; scio tibi curae esse; sed confice. et, si ob eam rem moraris, accipio causam; si id te non tenet, advola. litteras tuas valde exspecto. vale.

XX. (190.)

TVLLIVS TIRONI S.

Sollicitat, ita vivam, me tua, mi Tiro, valetudo; sed confido, si diligentiam, quam instituisti, adhibueris, cito te firmum fore. libros compone; indicem, cum Metrodoro lubebit, quoniam eius arbitratu vivendum est. cum holitore, ut videtur. tu potes Kalendis spectare gladiatores, postridie redire, et ita censeo; verum, ut videbitur. cura te, si me amas, diligenter. vale.

1. nostrum ⟨ut⟩ plus *Orelli*. non modo ⟨ut⟩ te, sed etiam ⟨ut⟩ T. *Boot* (*'obs. crit.' p.* 27) ‖ Paredrum *Wesenberg* ‖ excita ut *M*, excitaui *FHD* ‖ 2. holitorem *FHD*, -rum *M*. olitorem ς ‖ Helico] salaco ς, *fort. recte. cf. Schütz ad h. l.* ‖ 3. nullo aprico (apico *H*) horto] nullo apiario, nulla cohorte *Schütz*, nullo apricatorio *Orelli*. *videtur sane latere corruptela* ‖ emisario *M* ‖ 3. 4. casa iste nos tanta inpensa *MD*, causa iste nos impensa *F*, causa nos iste impensa *H* ‖ 4. Mothonem (in athonem *H*) | m. othonem *et* mathonem ς ‖ 5. abutor] abundo *Boot l. c. illud tamen a Wielandio recte explicatum esse puto* ‖ de Crabra] *cf. Dessau C. I. L.* XIV *p.* 254 ‖ 8. fac opus *MD*, fac opus ut *FH*. *cf. Bücheler Q. Cic. rel. p.* 54 ‖ a. ligurius *D*, aliguribus *MFH* ‖ 12. SVO *MFH*, *om. D et ind. MH* ‖ 14. potest *M*, potes/, 1 *litt. er.*, *H*, potes *FD* ‖ 15. nihil *MD*, *om. FH* ‖ 19. suo sal. *F* ‖ 23. olitore ς ‖ 25. si me amas *MD*, si amas | si amas *H*, si amas *F*

XXI. (336.)

CICERO F. TIRONI SVO DVLCISSIMO S.

Cum vehementer tabellarios exspectarem cotidie, aliquando 1
venerunt post diem quadragensimum et sextum, quam a vobis discesserant: quorum mihi fuit adventus exoptatissimus; nam, cum maximam cepissem laetitiam ex humanissimi et carissimi patris epistula, tum vero iucundissimae tuae litterae cumulum mihi gaudii attulerunt. itaque me iam non paenitebat intercapedinem scribendi fecisse, sed potius laetabar; fructum enim magnum humanitatis tuae capiebam ex silentio mearum litterarum. vementer igitur gaudeo te meam sine dubitatione accepisse excusationem. gratos tibi 2
optatosque esse, qui de me rumores adferuntur, non dubito, mi dulcissime Tiro, praestaboque et enitar, ut in dies magis magisque haec nascens de me duplicetur opinio: quare, quod polliceris, te bucinatorem fore existimationis meae, firmo id constantique animo facias licet; tantum enim mihi dolorem cruciatumque attulerunt errata aetatis meae, ut non solum animus a factis, sed aures quoque a commemoratione abhorreant: cuius te sollicitudinis et doloris participem fuisse notum exploratumque est mihi; nec id mirum; nam cum omnia mea causa velles mihi successa, tum etiam tua, socium enim te meorum commodorum semper esse volui. quoniam 3
igitur tum ex me doluisti, nunc ut duplicetur tuum ex me gaudium, praestabo. Cratippo me scito non ut discipulum, sed ut filium esse coniunctissimum; nam cum audio illum lubenter, tum etiam propriam eius suavitatem vementer amplector: sum totos dies cum eo noctisque saepenumero partem; exoro enim, ut mecum quam saepissime cenet. hac introducta consuetudine saepe inscientibus nobis

2. Cicero f. *MD et ind. MH*, Cicero *F*, Tullius *H* ‖ 4. et *iniuria suspectum Baitero. cf. Neue* II² *p.* 163 ‖ uobis *MH²D*, nobis *FH¹* ‖ 5. mihi *sup. vs. F¹* exoptatissimus *FHD*, adoptatissimus *M unde* optatissimus ς ‖ 6. ex] et *ΨF* 7. epistula *M*, -lam *FHD* ‖ litterae tuae *F* ‖ 8. me iam *M*, etiam *FHD* 10. litterarum mearum *F* ‖ uehementer *FHD* ‖ 11. grates *FH* ‖ 12. qui de me *MD*, quidam *FH* ‖ 14. polliceris te *MD*, pollicetur iste *FH* ‖ 15. bucinatorem *M*, buccinatorem *D*, buninatorem *H*, bunninatorem *F* ‖ costantique *M* 20. mea causa *M*, causa mea *FHD* ‖ mihi successa] mihi successe *L. Schwabe (ann. phil.* 1870 *p.* 392), *del. Lambinus. at illud neque a sententia supervacaneum neque a parte grammatica — in Cicerone filio praesertim — magis mirum quam* custodibus discessis *Coelii Antipatri*, sole occaso *Q. Claudii aliaque id genus. cf. Kühner gr. Lat.* II *p.* 71 *sq.* ‖ etiam/// tua, 2 *litt. er., M* ‖ 22. tum *ex* tu *H²* ‖ duplicetur *FHD*, dupliciter *M* ‖ 23. cratippo *MD*, gratis *FH estque id expunctum ante* cratippo *in D a m.* 1 ‖ 24. nam cum audio *Lambinus*, nam cum et audio *MD*, nam cum et gaudio *F*, nam et cum gaudio *H*, nam et audio ς ‖ 25. suauitatem uementer (uehementer *D*) *MD*, uanitatem *FH* ‖ 26. noctisque *ex* noctesque *D¹*, noctesque *M*

et cenantibus obrepit sublataque severitate philosophiae humanissime nobiscum iocatur. quare da operam, ut hunc talem, tam iucundum,
4 tam excellentem virum videas quam primum. nam quid ego de Bruttio dicam? quem nullo tempore a me patior discedere, cuius cum frugi severaque est vita, tum etiam iucundissima convictio; non est enim seiunctus iocus a philologia et cotidiana συζητήσει. huic ego locum in proximo conduxi et, ut possum, ex meis angustiis
5 illius sustento tenuitatem. praeterea declamitare Graece apud Cassium institui; Latine autem apud Bruttium exerceri volo. utor familiaribus et cotidianis convictoribus, quos secum Mitylenis Cratippus adduxit, hominibus et doctis et illi probatissimis. multum etiam mecum est Epicrates, princeps Atheniensium, et Leonides et
6 horum ceteri similes. τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς τάδε. de Georgia autem quod mihi scribis, erat quidem ille in cotidiana declamatione utilis, sed omnia postposui, dummodo praeceptis patris parerem, διαρρήδην enim scripserat, ut eum dimitterem statim: tergiversari nolui, ne mea nimia σπουδὴ suspicionem ei aliquam importaret, deinde illud etiam mihi succurrebat, grave esse me de iudicio patris
7 iudicare; tuum tamen studium et consilium gratum acceptumque est mihi. excusationem angustiarum tui temporis accipio; scio enim, quam soleas esse occupatus. emisse te praedium vehementer gaudeo feliciterque tibi rem istam evenire cupio — hoc loco me tibi gratulari noli mirari; eodem enim fere loco tu quoque emisse te fecisti me certiorem —; habes: deponendae tibi sunt urbanitates, rusticus Romanus factus es. quomodo ego mihi nunc ante oculos tuum iucundissimum conspectum propono? videor enim videre ementem te rusticas res, cum vilico loquentem, in lacinia servantem ex mensa secunda semina. sed, quod ad rem pertinet, me tum tibi

---

1. caenantibus *h. l. M* ‖ 1. 2. nobiscum humanissime *D* ‖ 4. bruttio *M*, brutio *D*. bruto *F*, butio *H* ‖ 5. conuictio *M*, coniunctio *FHD* ‖ 6. iocus] locus *ΨF* ‖ philologia] *φιλολογίᾳ Orelli, fort. recte* ‖ *σιυζητησει in archetypo fuisse videtur* ‖ 7. huic ergo l. *F* ‖ 8. graece *MD*, gr̄. *H*, dr̄. (: dicitur) *F* ‖ 9. bruttium *M*, brutium *HD*, brucium *F* ‖ 10. cotianis *M* ‖ mitylenis *M*, mutilenis *D*, mitilenes *FH*, mytilenis ς. *cf. ad* IV, 7, 4 ‖ 13. de Gorgia] *cf. Blass* '*d. griech. Beredsamk. von Alex. bis Aug.*' (*Berol.* 1865) *p.* 97 *sq.* ‖ 14. erat ille quidem in *Wesenberg* ‖ 17. ne me animi *ασπουδη in archetypo fuisse videtur* ‖ 18. patris *D*, patres *MFH* ‖ 22. 23. me tibi *FHD*, meti *M* ‖ 24. habes] *eodem modo absolute* habendi *v. de bonis usurpant Cic. p. Rosc. Am.* 132, *in Verr.* V, 18, 45, *Curius* (*ep.* VII, 29, 1), *Liv.* XXVI, 34, 10. *improbabilis altera explicatio qua vocem in gladiatoribus vulneratis usurpari solitam* (*cf. Gronov.* '*observ.*' *p.* 327) *h. quoque l. exstare alii putant, falsae coniecturae* (*velut Zichen* '*ephemer. Tull.*' *diss. Bonn.* 1887 *sent. contr.* 4 *coni.* suaves, *alii alia, v. Wesenberg*) ‖ tibi sunt *M*, sunt tibi *FHD* ‖ 25. Romanus] germanus *O. Ribbeck* (*Abhdl. d. sächs. Ges. d. Wiss.* XXIII. 1888. *p.* 43, 3) ‖ 26. enim] mihi *Wesenberg* ‖ 27. ementem te *M*, mente te *FHD* ‖ uilico *M*, uillico *FHD*

defuisse aeque ac tu doleo; sed noli dubitare, mi Tiro, quin te sublevaturus sim, si modo fortuna me, praesertim cum sciam communem nobis emptum esse istum fundum. de mandatis, quod tibi 8
curae fuit, est mihi gratum; sed peto a te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Graecus; multum mihi enim eripitur operae in exscribendis hypomnematis. tu velim in primis cures, ut valeas, ut una συμφιλολογεῖν possimus. Anterum tibi commendo. vale.

XXII. (301.)

TVLLIVS TIRONI SVO S.

Spero ex tuis litteris tibi melius esse, cupio certe; cui quidem 1
rei omni ratione cura ut inservias et cave suspiceris contra meam voluntatem te facere, quod non sis mecum: mecum es, si te curas; quare malo te valetudini tuae servire quam meis oculis et auribus; etsi enim et audio te et video lubenter, tamen hoc multo erit, si valebis, iucundius. ego hic cesso, quia ipse nihil scribo, lego autem libentissime; tu istic, si quid librarii mea manu non intellegent, monstrabis: una omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facile legere soleo, de quadrimo Catone. de triclinio cura, ut facis: Tertia aderit, modo ne Publius rogatus sit. Demetrius iste 2
numquam omnino Phalereus fuit, sed nunc plane Billienus est; itaque te do vicarium: tu eum observabis; etsi —; verumtamen de illis —: nosti cetera. sed tamen, si quem cum eo sermonem habueris, scribes ad me, ut mihi nascatur epistulae argumentum et ut tuas quam longissimas litteras legam. cura, mi Tiro, ut valeas: hoc gratius mihi facere nihil potes. vale.

---

3. de mandatis *D*, demandastis *MFH* ‖ 4. est mihi *om.* *H*[1] ‖ 5. mihi enim *M*, enim mihi *FHD* ‖ 6. deripitur *Lambinus*, eripietur *Kayser* ‖ 7. *συνφιλολογειν in archetypo fuisse videtur* ‖ possimus *M*, possumus *FHD* ‖ anterum *H*, antherum *MFD* ‖ 10. Suo S. *M et ind.* *MH*, sal. *FH*, *om.* *D* ‖ 12. inseruias *MD*, seruias *H*, seruas *F* ‖ caue ne s. *FH* ‖ suspiceres *M* ‖ 13. uolu͏̍ptatem (n superscr.), n *a m.* 1, *M* ‖ 15. enim *Ψ*, etiam *F* ‖ et audio te et uideo te lubenter *H* ‖ tamen hoc multo erit tamen si *M* ‖ 17. lubentissime *FHD* ‖ 19. quadrimo *M*, quadriuio *D*, qua primo *FH*. de quadrivio Catonis *O. E. Schmidt*, *qui alludi putat ad Catonis orationem ap. Cic. de fin.* III 5—22 ‖ 20. facis *MD*, facias *FH* ‖ ne *om.* *H*[1] ‖ 21. billienus *MD*, biblienus *FH*. Bibienus *et* Bellienus *alii. cf. ad* VIII, 15, 2 ‖ 22. te *om.* *H* ‖ 22. 23. o. etsi uerumtamen de illis *MD*, o. et soterum tamen de illis *F*, o. *spat.* 12—15 *litt.* tamen de illis *H*. *obscura cum sit sententia, ambigua est distinctio* ‖ 23. si quidem cum *H* ‖ 23. 24. habueris sermonem *FH* ‖ 26. facere nihil *M*, nihil facere *FHD*

XXIII. (330.)

CICERO TIRONI S.

1 Tu vero confice professionem, si potes; etsi haec pecunia ex eo genere est, ut professione non egeat; verumtamen —. Balbus ad me scripsit tanta se ἐπιφορᾷ oppressum, ut loqui non possit. Antonius de lege quid egerit —. liceat modo rusticari! ad Bithy-
2 nicum scripsi. de Servilio tu videris, qui senectutem non contemnis; etsi Atticus noster, quia quondam me commoveri πανικοῖς intellexit, idem semper putat nec videt, quibus praesidiis philosophiae saeptus sim, et ercle, quod timidus ipse est, θορυβοποιεῖ. ego tamen Antonii inveteratam sine ulla offensione amicitiam retinere sane volo scribamque ad eum, sed non ante, quam te videro. nec tamen te avoco a syngrapha: γόνυ κνήμης. † cras expecto Leptam et n. ad cuius rutam puleio mihi tui sermonis utendum est. vale.

XXIV. (346.)

TVLLIVS TIRONI S.

1 Etsi mane Harpalum miseram, tamen, cum haberem, cui recte darem litteras, etsi novi nihil erat, eisdem de rebus volui ad te saepius scribere, non quin confiderem diligentiae tuae, sed rei me magnitudo movebat. mihi 'prora et puppis', ut Graecorum proverbium est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes nostras explicares. Ofillio et Aurelio utique satis fiat. a Flamma, si non potes omne, partem aliquam velim extorqueas, in primisque, ut expedita sit pensio K. Ian. de attributione conficies, de repraesentatione videbis.
2 de domesticis † eius hactenus; de publicis omnia mihi certa: quid

---

5. *ἐπιφορᾷ Orelli*, epiphora *MFH*, epiphana *D* ‖ possit] posset *Wesenberg* ‖ 6. de lege *FHD*, de legem *M*. *est lex tribunicia de provinciis consularibus, quae paucis post scriptam hanc epistulam diebus perlata est (cf. O. E. Schmidt ann. phil. suppl.* XIII *p.* 707 *sq.*). de legg. IIII *Orelli*, de lege en *Lehmann* (*p.* 92) *cum Manutio ad legem de Siculorum civitate* (*cf. ad Att.* XIV, 12, 1) *verba referens*, de legationibus quid egerit ⟨non curo⟩ (*vel sim.*) *Wesenberg* [*pro* quid egerit *videtur scribendum* quod e.: *cf. Lehmann 'de Cic. ad Att. ep.' p.* 197 *sq.*] ‖ 7. 8. contemnis, ⟨ego contemno;⟩ etsi *Kayser* (contemnis; ⟨at ego contemno;⟩ etsi *Wesenberg* ‖ 8. etsi *Ψ*, ut si *F* ‖ noster *MD*, nunc *FH* ‖ 10. ercle *M*, hercle *FHD* ‖ 12. *alt.* te *om. F* ‖ 13. expecto *FHD*, excepto *M* ‖ et n. (: et enim) *MFH*, et enim *plene D*. eum *Manutius*, et eum *aut* et *, *ut nomen interciderit, Wesenberg, del. Schütz* ‖ 14. cuius *MFH*, eius *D* ‖ puleio *FHD*, pleio *M*. *ceterum cf. Ambros. ep.* 4, 1 *t.* II *p.* 889 *Migne*: 'quasi quodam tui alloquii puleio refotus' ‖ 17. harpulum *H*, arpulum *F* ‖ 18. darem *FHD*, da *M* ‖ eisdem] hisdem *ΨF*, iisdem ς ‖ de *om. M* ‖ 19. saepius *MD*, *om. FH* ‖ diligenti tuae *M* ‖ 20. prora] *Otto 'Sprichw. d. R.' p.* 288 ‖ 22. ofillio (*v. C. I. L.* I 602. 1228) *MD*, offillio *FH*, ofilio ς. *cf. adn. crit. ad* VII, 21 ‖ omnem *F* ‖ 24. Ian.] Iun. *Schütz*, *deleri voluit Wesenberg. at v. Ruete 'Corr. Cic.' p.* 35 *sq.* ‖ conficias *D* ‖ 25. eius *M*, *om. FHD*. rebus ς, *fort. recte*

Octavianus, quid Antonius, quae hominum opinio, quid futurum putes. ego vix teneor, quin accurram. sed st! litteras tuas exspecto. et scito Balbum tum fuisse Aquini, cum tibi est dictum, et postridie Hirtium: puto utrumque ad aquas; sed quod egerint —. Dolabellae procuratores fac ut admoneantur: appellabis etiam Papiam. vale.

XXV. (343.)

CICERO F. TIRONI SVO S.

Etsi iusta et idonea usus es excusatione intermissionis litterarum tuarum, tamen, id ne saepius facias, rogo; nam, etsi de re p. rumoribus et nuntiis certior fio et de sua in me voluntate semper ad me perscribit pater, tamen de quavis minima re scripta a te ad me epistula semper fuit gratissima. quare cum in primis tuas desiderem litteras, noli committere, ut excusatione potius expleas officium scribendi quam assiduitate epistularum. vale.

XXVI. (347.)

QVINTVS TIRONI SVO P. S. D.

Verberavi te cogitationis tacito dumtaxat convicio, quod fasci- 1
culus alter ad me iam sine tuis litteris perlatus est. non potes effugere huius culpae poenam te patrono: Marcus est adhibendus, isque diu et multis lucubrationibus commentata oratione vide ut probare possit te non peccasse. plane te rogo: sicut olim matrem 2
nostram facere memini, quae lagonas etiam inanis opsignabat, ne dicerentur inanes aliquae fuisse, quae furtim essent exsiccatae, sic tu, etiamsi, quod scribas, non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quaesivisse videaris; valde enim mi semper et vera et dulcia tuis epistulis nuntiantur. ama nos et vale.

---

1. octauianus *FH*, octauius *MD*. *cf. O. E. Schmidt ann. phil.* 1884 *p.* 631 ‖ 2. st *Manutius* (*cf. Boot ad Cic. ad Att.* II, 1, 10), si *M*, *om. FHD*. scilicet ς ‖ 3. qum *M* ‖ 4. hirtium *MD*, hyium *F*, *om. cum spat.* 6—7 *litt. H* ‖ quod] quid ς. *cf. ad ep.* 23, 1 ‖ 9. intermissionis ς, -one *ΨF*. ⟨de⟩ intermissione *alii* ‖ 10 ne id *H* ‖ 11. nuntiis certior fio *MD*, nuntiis fio *H*, nuncius fio *F* ‖ 12. perscribis *FH* ‖ minime *FH* ‖ 14. desiderarem *H* ‖ 17. QVINTVS] Q. *ΨF*, Q. CICERO *Wesenberg* ‖ P. S. D.] plur. s. d. *M*, plur. sal. dic. *ind. MH*, s. p. d. *D*, sal. dic. *H*, salutem *F* ‖ 19. 20. 'huius culpae non effugies penam' *cod. Cusan.* (*cf. ad* XV, 6, 1) *p.* 111 *et* 118 *ed. Kl.* ‖ 20. poenam *FHD*, ponam *M* ‖ poenam. de patrono Marcus *alii* ‖ 21. lugubrationibus *MF*, *sed in M* gu *in ras. ex corr.* ‖ commentata *M*, commendata *FHD* ‖ 23. lagonas *M*, lagoenas *HD*, laogenas *F* ‖ 25. quod *Ψ*, quid *F* ‖ 26. mihi ς

XXVII. (354.)

Q. CICERO TIRONI SVO S. P. D.

1 Mirificam mi verberationem cessationis epistula dedisti; nam,
quae parcius frater perscripserat, verecundia videlicet et properatione,
ea tu sine adsentatione, ut erant, ad me scripsisti, et maxime de
cos. designatis, quos ego penitus novi libidinum et languoris
effeminatissimi animi plenos; qui nisi a gubernaculis recesserint,
2 maximum ab universo naufragio periculum est. incredibilest, quae
ego illos scio oppositis Gallorum castris in aestivis fecisse, quos
ille latro, nisi aliquid firmius fuerit, societate vitiorum deleniet.
res est aut tribuniciis aut privatis consiliis munienda; nam isti duo
vix sunt digni, quibus alteri Caesenam, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas. te, ut dixi, fero oculis. ego vos a. d.
III K. videbo tuosque oculos, etiamsi te veniens in medio foro
videro, dissaviabor. me ama. vale.

2. Q. *M*, *om. FHD* ‖ 3. mihi ς ‖ epistola ⟨tua⟩ *Wesenberg* ‖ 5. tu *om. F* ‖ adsentione *M* ‖ 5. 6. de cos. *M*, de consulibus *D*, quos *FH* ‖ 6. libinum *M* ‖ 7. animi *om. D* ‖ 8. incredibile est *FHD* ‖ 9 scio *MD*, *om. FH*. sciam *Wesenberg* ‖ 10. firmus *FH* ‖ deleniet *M* deliniet *FHD* ‖ 11. tribunicis *M* ‖ 12. cossutianarum *M*, quos sutianarum *FHD* ‖ 13. fero ⟨in⟩ oculis *Ernesti, bene. cf. Otto 'Sprichw. d. R.' p.* 249 ‖ 15. dissuaviabor ς *et Wesenberg* ‖ me ama et uale *D* ‖ M. (*hoc v. eras.*) TVLLI CICERONIS EPISTVLARVM (*reliqua abscisa sunt*) *M* (Marci Tullii epistularum ad Tironem explicit *P*), M. Tullii Ciceronis epistularum liber ad Tironem explicit. Incipit eiusdem ad Augustum Octauianum feliciter *H*

TABVLAE CHRONOLOGICAE

EPISTVLARVM.

CONFECERVNT

AEMILIVS KOERNER ET OTTO EDVARDVS SCHMIDT.

OTTO EDVARDVS SCHMIDT LVDOVICO MENDELSSOHN S. D. P.

Hortanti tibi, vir doctissime atque humanissime, ut Ciceronis epistulis, quarum editionem philologi iam diu abs te cupidissime exspectant, tabulam chronologicam adicerem, eo libentius obsecutus sum, quod et ipse in commentariolo ante hos septem annos in Fleckeisenii Annalibus edito[1]) multum de priorum editorum in temporibus, quibus singulae epistulae essent conscriptae, definiendis incuria, ne dicam neglegentia, questus eram eodemque loco, qua de causa et quo modo novo editori epistularum ordo historica ratione ad temporis ordinem seriemque rerum referendus esset, copiosius exposueram. Quae cum monerem, tot tantaque a viris doctis praesidia mihi ad quaestiones illas chronologicas atque historicas diiudicandas praesto esse videbantur, ut totam illam epistularum *συναγωγήν*, quae Tullii nomine nobis servata est, recte distinctam recteque ad tempora digestam antiquitatis studiosis brevi tempore me proponere posse sperarem.

Ac primum quidem opera cum Ludovico Gurlitt coniuncta Brutinarum epistularum, quarum adhuc nulla exstat editio hoc quidem nomine digna, exemplar componere institui. At in fragmentis deperditorum ad M. Brutum librorum VIII ex ceteris epistulis colligendis, id quod non nimii laboris esse putaveram, multorum annorum otium, quod quidem gymnasii praeceptoribus pusillum esse solet, me consumpsisse non sine aegritudine intellexi. Quamquam enim plurimae Tullianarum epistularum particulae a singulis viris doctis magno cum ingenii acumine atque sagacitate disquisitae atque ordinatae erant, tamen in horum opera et iudiciis ut acquiescerem non impetrare ab animo potui, quod sua quisque via ac ratione epistulas quasdam digesserat, totum vero epistularum corpus post Iohannem de Gruber (1836) nemo eadem arte et ratione complexus erat. Quamobrem paene per septem annos laboravi, ut universam Tullianarum epistularum *συναγωγὴν* quasi unam texturam diver-

1) Fleck. Ann. 1881 p. 331 sq.

sissimis filis nodisque multiplicibus compositam tractare atque perspicere discerem. Quo labore paene perfunctus tibi, vir doctissime, tabulam chronologicam epistularum ab anno 51 a. Chr. usque ad Ciceronis exitum datarum tamquam laboris mei specimen mitto. Epistulas autem illas circiter septuaginta, quae ante eum annum scriptae sunt quarumque disquisitionem ad finem nondum perduxi, Aemilius Koerner familiaris meus accurate disposuit tabulamque chronologicam a se confectam, qua est liberalitate, cum mea coniunxit. Sunt autem tria, de quibus te, antequam tabula utaris, praemonitum velim. Ac primum quidem abs te petimus, ne mireris, quod causas atque rationes, quibus permoti singulos dies epistulis singulis adscripsimus, non apposuimus. Erat enim nobis persuasum huiusmodi argumentationibus nihil profici, nisi pluribus verbis exprimerentur, quam modus tuae editioni concessus permitteret. Itaque Aemilius Koerner argumentationem suam Fleckeisenio nostro Annalibus inserendam tradet, ego autem librum, quo commentarius historico-chronologicus totius epistularum corporis continetur, brevi tempore editurus sum. Deinde, vir doctissime, quo es iudicio, non arrogantiae aut levitati tribues, si famosum illud corpus earum, quae 'incerto anno' ab editoribus inscribuntur epistularum in nostris tabulis non inveneris. Nobis enim erat propositum, ut in nostro indice unicuique epistulae locus inveniretur, ubi si minus certe stetit, tamen stare potuit. Magis enim interesse censuimus eas epistulas, quae parum ansae darent ad tempus definiendum, ambiguo saltem loco quam omnino nullo inseri. Ceterum eas locorum et temporum significationes, quas incerta quadam suspicione augurati magis quam ratiocinati sumus, interrogandi signo notavimus. Postremum abs te veniam petimus, quod in Tullii epistularum editione non Romano sed nostrati usi sumus Calendario. Fecimus hoc temporibus cedentes, quae etiam in litteris tantum valent, ut ne *φιλολογικωτάτοις* quidem nostrae aetatis Romanum calendarium ita in succo et sanguine esse soleat, ut dies Romanos adscriptos sine ratiocinatione recte sentire possint. Vale! Dabam Dresda 31. Oct. 1890.

TABVLAE CHRONOLOGICAE.

1.	XIII 76	IIII Viris et Decurionibus	Roma	anno u. c. 691 = a. Chr. n. 63 (?)

A. u. 692 = 62 a. Chr. n.

2.	V 1	Q. Metellus Celer Ciceroni	e Gallia citeriore	Ian. iam procedente
3.	V 2	Q. Metello Celeri	Roma	ex. Ian. vel in. Febr.
4.	V 7	Cn. Pompeio	,,	Apr.
5.	V 5	C. Antonio	,,	ex. m. Nov. vel in. Dec.
6.	V 6	P. Sestio	,,	nonnullis diebus post 10. Dec.
7.	VII 23	M. Fadio Gallo	,,	exeunte anno 62 vel paullo post (?)

Ante a. u. 696 = 58 a. Chr. n.

8.	XIII 42	L. Culleolo	Roma	
9.	XIII 41	L. Culleolo	Roma	nonnullis mensibus post ep. XIII 42
10.	XIII 43	Gallio	,,	
11.	XIII 44	,,	,,	nonnullis mensibus post ep. XIII 43
12.	XIII 74	Q. Philippo	,,	eodem tempore quo ep. XIII 44
13.	XIII 45	Appuleio	,,	eodem fere anno quo priores tres
14.	XIII 46	Appuleio	,,	eodem fere anno quo priores tres
15.	XIII 73	Q. Philippo	,,	anno post ep. XIII 74

A. u. 696 = 58 a. Chr. n.

16.	XIV 4	Terentiae et Tulliae et Ciceroni	Brundisio	29. Apr.
17.	XIV 2	Terentiae et Tulliae et Ciceroni	Thessalonica	5. Oct.
18.	XIV 1	Terentiae et Tulliae et Ciceroni	(§§ 1—6 scr. Thessalonicae c. medio m. Nov.) Dyrrhachio	25. Nov.
19.	XIV 3	Terentiae et Tulliae et Ciceroni	,,	29. Nov.

A. u. 697 = 57 a. Chr. n.

20.	V 4	Q. Metello	Dyrrhachio	medio fere mense Ian.
21.	V 17	P. Sittio	Roma	haud ita multo post reditum
22.	XIII 51	P. Caesio	Roma (?)	ante a. 56 (?)

A. u. 698 = 56 a. Chr. n.

23.	I 1	P. Lentulo	Roma	13. Ian.
24.	I 2	,, ,,	,,	15. Ian.
25.	I 3	,, ,,	,,	eodem tempore
26.	I 4	,, ,,	,,	15. Ian.
27.	I 5[a]	,, ,,	,,	inter 2. et 6. Febr.
28.	I 5[b]	,, ,,	,,	haud ita multo post 8. Febr.
29.	I 6	,, ,,	,,	post 15. Febr.
30.	V 12	L. Lucceio	Antio, ut videtur	Iun.
31.	I 7	P. Lentulo	Roma	ex. Quint.
32.	V 3	Q. Metellus Nepos Ciceroni	ex Hispania citeriore	procedente iam anno
33.	XIII 6	Q. Valerio Orcae	Roma	procedente iam anno
34.	XIII 6[a]	Q. Valerio Orcae	Roma	procedente iam anno
35.	XIII 60	C. Munatio	,,	aliquo tempore post reditum

A. u. 699 = 55 a. Chr. n.

36.	I 8	P. Lentulo	Roma	ineunte anno
37.	VII 1	M. Mario	,,	Oct.
38.	XIII 40	Q. Anchario	,,	ex. anno 55 vel consequenti.

A. u. 700 = 54 a. Chr. n.

39.	VII 5	Caesari	Roma	Apr.
40.	VII 6	Trebatio	e Cumano vel Pompeiano	Mai.
41.	VII 7	,,	Roma	ex. Iun.
42.	VII 8	,,	,,	ex. Quint.
43.	V 8	M. Licinio Crasso	,,	ca. ex. Sext.
44.	VII 9	Trebatio	,,	ex. Sept (28.?)
45.	VII 17	,,	,,	exeunte Oct. (21.?)
46.	VII 16	,,	,,	ex. Nov.
47.	I 9	P. Lentulo	,,	m. Dec. procedente
48.	VII 10	Trebatio	,,	ex. Dec.
49.	I 10	L. Valerio	,,	exeunte anno, ut videtur

A. u. 701 = 53 a. Chr. n.

50.	VII 11	Trebatio	e Tusculano (?)	Ian. iam procedente
51.	VII 12	,,	Roma	Febr.
52.	VII 13	,,	,,	4. Mart.
53.	VII 18	,,	e Pomptino	8. Apr.
54.	XVI 13	Tironi	e Cumano (?)	10. Apr.
55.	XVI 14	,,	,, ,,	11. Apr.
56.	XVI 15	,,	,, ,,	12. Apr.
57.	XVI 10	,,	e Cumano	17. Apr.
58.	XVI 16	Quintus M. Fratri	e Gallia transalpina	exeunte m. Maio
59.	VII 15	Trebatio	Roma	Iun.
60.	VII 14	,,	,,	mense fere Quint.

61.	II 1	C. Curioni	Roma	non longe inter se distantes intervallo anno usque ad mensem Quint. procedente
62.	II 2	„ „	„	
63.	II 3	„ „	„	
64.	II 4	„ „	„	
65.	II 5	„ „	„	
66.	II 6	„ „	„	
67.	III 1	Appio	„	ex. anno 53 vel in. 52

A. u. 702 = 52 a. Chr. n.

68.	V 16	Titio	Roma ?	eodem fere tempore quo ep. V 18
69.	V 18	T. Fadio	„	post medium m. Martium
70.	VII 27	Gallo	„	spatio quodam interiecto
71.	XIII 2	Memmio	„	Apr. vel paullo post
72.	XIII 3	„	„	post m. Apr. 52 vel in. 51
73.	XIII 75	T. Titio	Roma	post m. Sept. 52 vel in. 51

A. u. 703 = 51 a. Chr. n.

74.	VII 2	Mario	Roma	ineunte anno
75.	III 2	Appio Claudio Pulchro	„	c. Mart.
76.	III 3	„ „ „	Brundisio	inter 22. et 31. Mai.
77.	VIII 1	Caelius Ciceroni	Roma	24. Mai. vel paullo post
78.	III 4	Appio Claudio Pulchro	Brundisio	4. vel 5. Iun.
79.	VIII 2	Caelius Ciceroni	Roma	mense Iun.
80.	VIII 3	„ „	„	c. 10. Iun.
81.	XIII 1	Memmio	Athenis	inter 25. Iun. et 6. Iul.
82.	II 8	Caelio	Athenis proficiscens	6. Iul.
83.	III 5	Appio Claudio Pulchro	Trallibus	27. Iul.
84.	VIII 4	Caelius Ciceroni	Roma	1. Aug.
85.	VIII 5	„ „	„	inter 1. et 13. Aug.
86.	XV 3	Catoni	ex castris prope Iconium	28. Aug.[1]
87.	III 6	Appio Pulchro	ex itinere Cybistra versus	29. Aug.[2]
88.	VIII 9	Caelius Ciceroni	Roma	2. Sept.
89.	XV 7	Marcello Cos. desig.	ex itinere Cybistra versus	inter 28. Aug. (3. Sept. vel paullo post: L. M.) et 18. Sept.
90.	XV 8	Marcello collegae		
91.	XV 9	Marcello Cos.		
92.	XV 12	L. Paulo Cos. desig.		
93.	XV 1	Cos. Pr. Tr. Pl. Senatui	ex finibus Lycaoniae et Cappadociae	18. Sept.
94.	XV 2	„ „ „ „ „	ex castris ad Cybistra	21. vel 22. Sept.
95.	VIII 8	Caelius Ciceroni	Roma	ineunte Oct.
96.	III 8	Appio Pulchro	ex castris in agro Mopsuhestiae	8. Oct.
97.	XV 14	C. Cassio Proq.	ex castris ad Aras Alexandri	medio Oct.

1) Equidem hanc ep. a. d. III Non. Sept. vel paullo post datam puto. cf. adn. crit. L. M.
2) Cf. adn. praec.: eodem fere tempore. L. M.

98.	II 9	Caelio	ex castris ad Pindenissum	Oct. exeunte vel Nov. ineunte
99.	II 10	,,	ex castris ad Pindenissum	14. Nov.
100.	VIII 10	Caelius Ciceroni	Roma	17. Nov.
101.	II 7	Curioni	ex castris ad Pindenissum expugnatam	19. Dec.
102.	XV 4	Catoni	Tarso	exeunte anno 51 vel ineunte 50
103.	XV 10	C. Marcello Cos.		
104.	XV 13	L. Paulo Cos.		
105.	XIII 55	Thermo Propr.	Tarso (?)	exeunte anno 51 vel ineunte 50 (?)
106.	XIII 53	,, ,,		
107	XIII 56	,, ,,		
108.	XIII 61	Silio Propr.		
109.	XIII 62	,, ,,		
110.	XIII 64	,, ,,		
111.	XIII 65	,, ,,		
112.	XIII 47	,, (Propr.?)		
113.	XIII 9	Crassipedi		

A. u. 704 = 50 a. Chr. n.

114.	III 7	Appio Pulchro	Laodicea	c. 11. Febr.
115.	IX 25	Paeto	,,	post 11. Febr.
116.	II 14	Caelio		
117.	XIII 58	Titio Rufo (?)		
118.	XIII 59	Curtio Peducaeano		
119.	XIII 63	Silio Propr. (?)		
120.	VII 32	Volumnio (?)		
121.	XIII 54	Thermo Propr.		
122.	III 9	Appio Pulchro	,,	20. Febr. vel paullo post
123.	VIII 6	Caelius Ciceroni	Roma	ante exeuntem Febr.
124.	XIII 57	Thermo Propr.	Laodicea	ineunte Apr.
125.	II 11	Caelio	,,	4. Apr. (Megalensibus)
126.	III 10	Appio Pulchro	,,	Apr.
127.	VIII 11	Caelius Ciceroni	Roma	exeunte Apr. vel ineunte Mai., VIII 7 diei spatio a VIII 11 distat
128.	VIII 7	,, ,,	,,	
129.	XV 5	Cato Ciceroni	,,	
130.	II 13	Caelio	Laodicea	inter 1. et 7. Mai.
131.	II 18	Thermo Propr.	Laodicea in Ciliciam proficiscens	7. Mai. aut paullo ante
132.	VIII 13	Caelius Ciceroni	Roma	Maio vel ineunte Iun.
133.	III 11	Appio Pulchro	ex castris ad Pyramum flumen	c. 10. Iun.
134.	II 12	Caelio	ex castris in Cilicia	paullo ante 26. Iun.
135.	II 19	Coelio Caldo Quaest.	ex castris in Cilicia	21. Iun.
136.	II 17	Sallustio Proquaest.	Tarso	17. Iul. vel paullo post
137.	XV 6	Catoni	,,	paullo ante 30. Iul.
138.	XV 11	C. Marcello Cos.		
139.	III 12	Appio Pulchro	Sida	3. vel 4. Aug.
140.	II 15	Caelio		
141.	III 13	Appio Pulchro	Rhodo	c. 10. Aug.
142.	VIII 12	Caelius Ciceroni	Roma	c. 20. Sept.
143.	VIII 14	,, ,,	,,	c. 24. Sept.

144.	XIV 5	Terentiae	Athenis	16. Oct.
145.	XVI 1	Tironi	ex itinere Patris Alyziam	3. Nov.
146.	XVI 2	,,	Alyzia Acarnaniae	5. Nov.
147.	XVI 3	,,	Alyzia proficiscens	6. Nov.
148.	XVI 4	,,	Leucade	7. Nov.
149.	XVI 5	,,	Leucade proficiscens	7. Nov.
150.	XVI 6	,,	Actio	7. Nov. vesperi
151.	XVI 7	,,	Corcyra	16. Nov.
152.	XVI 9	,,	Brundisio	26. Nov.

A. u. 705 = 49 a. Chr. n.

153.	V 20	Mescinio Rufo	ad Urbem	paullo post 1. Ian.
154.	XVI 11	Tironi	,, ,,	12. Ian.
155.	XIV 18	Terentiae	Formiis	22. Ian.
156.	XIV 14	,,	Menturnis	23. Ian.
157.	XVI 12	Tironi	Capua	27. Ian.
158.	XVI 8	,,	ex Formiano vel quadam villa Campaniae	exeunte Ian. vel Febr.
159.	VIII 15	Caelius Ciceroni	?	c. 9. Mart.
160.	IV 1	Servio Sulpicio	ex Laterio vel Arcano Quinti Ciceronis	inter 3. et 6. Apr.
161.	VIII 16	Caelius Ciceroni = ad Att. X 9 A	Intimilio	16. Apr.
162.	IV 2	Servio Sulpicio	ex Cumano	28. Apr.
163.	V 19	Mescinio Rufo	,, ,,	c. 28. Apr.
164.	II 16	Caelio	,, ,,	4. Mai.
165.	XIV 7	Terentiae	ex portu Caietano nave conscensa	7. Iun.

A. u. 706 = 48 a. Chr. n.

166.	VIII 17	Caelius Ciceroni	Roma	ex. Ian. vel mense Febr.
167.	IX 9	Dolabella Ciceroni	ex Caesaris castris	c. ineun. Iun.
168.	XIV 6	Terentiae	Dyrrhachio	15. Iul.
169.	XIV 12	,,	Brundisio	4. Nov.
170.	XIV 19	,,	,,	27. Nov.
171.	XIV 9	,,	,,	17. Dec.
172.	XIV 17	,,	,,	18. Dec.

A. u. 707 = 47 a. Chr. n.

173.	XIV 16	Terentiae	Brundisio	4. Ian.
174.	XIV 8	,,	,,	2. Iun. vespere
175.	XIV 21	,,	,,	paullo post 3. Iun.
176.	XIV 11	,,	,,	14. Iun.
177.	XIV 15	,,	,,	19. Iun.
178.	XIV 10	,,	,,	9. Iul.
179.	XIV 13	,,	,,	10. Iul.
180.	XIV 24	,,	,,	11. Aug.

1) XIV 5 fin cum Grubero et Sternkopfio legendum censeo: 'Athenis a. d. xvii Kal. Novemb.' O. E. S.

181.	XIV 23	Terentiae	Brundisio	12. Aug.
182.	XV 15	C. Cassio	,,	c. medio Aug.
183.	XIV 22	Terentiae	,,	1. Sept.
184.	XIV 20	,,	de Venusino	1. Oct.
185.	XV 21	Trebonio	Roma	non ante med. Oct.
186.	XIII 48	Sextilio Rufo quaestori	,, (?)	autumno anni 47
187.	IX 1	Varroni	,,	sub finem anni 47 vel ineunte anno 46
188.	XIII 29	L. Planco	,,	
189.	XVI 18	Tironi	,,	inter med. Oct. 47 et Caesarem occisum
190.	XVI 20	,,	,,	
191.	XIII 49	Curio proconsuli	,,	

A. u. 708 = 46 a. Chr. n.

192.	XIII 78	Allieno proconsuli	Roma	ineunte anno
193.	XIII 79	,, ,,		
194.	IV 14	Plancio	,,	inter Ian. et Apr., IV 15 mensis spatio post IV 14 scripta est
195.	IV 15	,,		
196.	XIII 10	M. Bruto	,,	ineunte anno
197.	XIII 11	,, ,,		
198.	XIII 12	,, ,,		
199.	XIII 13	,, ,,		
200.	XIII 14	,, ,,		
201.	XII 20	Cornificio	,,	vere, ante 5. Iun.
202.	V 21	Mescinio Rufo	,,	ineunte vel medio Apr.
203.	IX 3	Varroni	,,	paullo ante nuntium de victoria Caesaris ad Thapsum reportata, i. e. sub 20. Apr.
204.	IX 2	,,	,,	paullo post 20. Apr.
205.	VI 22	Domitio	,,	Maio
206.	IX 7	Varroni	,,	exeunte Maio
207.	IX 5	,,	,,	Iun. ineunte
208.	IX 4	,,	e Tusculano	inter 6. et 10. Iun.
209.	IX 6	,,	Roma	inter 20. et 25. Iun.
210.	IX 16	Paeto	e Tusculano	non post med. Iul.
211.	VII 33	Volumnio	,, ,,	c. medio Iul.
212.	IX 18	Paeto	,, ,,	c. 20. Iul.
213.	IX 20	,,	Roma	ineunte Aug.
214.	VII 28	Curio		
215.	IV 13	Nigidio Figulo		
216.	VI 13	Ligario		
217.	IV 8	M. Marcello		
218.	VI 10	Trebiano	,,	Aug. (?)
219.	IX 19	Paeto	,,	a medio Aug. ad Sept. ineuntem
220.	IX 17	,,		
221.	VII 3	Mario [1])		
222.	IV 7	M. Marcello		
223.	IV 9	,, ,,		
224.	XII 17	Cornificio	,,	c. medio Sept.
225.	XIII 68	Servilio		
226.	XIII 52	Regi		
227.	XII 18	Cornificio	,,	exeunte Sept. vel ineunte Oct.
228.	IV 4	Servio Sulpicio		
229.	VI 6	Caecinae		
230.	IV 11	Marcellus Ciceroni	Mytilenis	c. medio Oct.

1) VII 3, 1 cum Wesenbergio legendum esse censeo: 'nam a. d. IIII Idus Maias' etc. cf. ad Att. X 16, 4. O. E. S.

231.	IV 10	Marcello	Roma	ineunte Nov. vel paullo ante medium Nov.
232.	IV 3	Ser. Sulpicio	,,	ante 26. Nov.
233.	VI 14	Ligario	,,	26. Nov.
234.	VI 12	Ampio Balbo	,,	sub finem Nov.
235.	IX 15	Paeto	,,	mens. interc. prior. (Oct.)*)
236.	XIII 77	P. Sulpicio Rufo	,,	mens. interc. prior. (Oct.)
237.	IX 21	Paeto	(?)	post Ciceronis Ligarianam mense interc. pr. (Oct.) habitam (?)
238.	IX 26	,,	Roma	mens. interc. priore exeunte vel posteriore ineunte (Oct. ex. vel Nov. in.)
239.	VII 26	Fadio Gallo	e Tusculano	mens. interc. post. (6. vel 7. Nov.)
240.	VII 4	Mario [1])	e Cumano	mens. interc. post. (18. Nov.)
241.	IX 23	Paeto	,, ,,	mens. interc. post. (19. Nov.)
242.	VI 1	Torquato	Roma	inter mens. interc. post. exeunt. et med. Dec.
243.	VI 8	Caecinae	,,	Dec. ineunte
244.	VI 9	Furfanio		
245.	XII 19	Cornificio	,,	Dec.
246.	VI 7	Caecina Ciceroni	e Sicilia	c. medio Dec.
247.	XV 18	C. Cassio	Roma	
248.	VI 5	Caecinae	,,	sub finem Dec.
249.	IX 10	Dolabellae	,,	paullo ante 30. Dec.
250.	XV 17	C. Cassio	,,	30. Dec. vel paullo post
251.	XIII 17	Ser. Sulpicio		
252.	XIII 18	,, ,,		
253.	XIII 19	,, ,,		
254.	XIII 20	,, ,,		
255.	XIII 21	,, ,,		
256.	XIII 22	,, ,,		
257.	XIII 23	,, ,,		
258.	XIII 24	,, ,,		
259.	XIII 25	,, ,,		anno 46; quibus mensibus singulae epistulae scriptae sint, diiudicari non potest
260.	XIII 26	,, ,,		
261.	XIII 27	,, ,,	,, (?)	
262.	XIII 28	,, ,,		
263.	XIII 28[a]	,, ,,		
264.	XIII 67	Servilio		
265.	XIII 69	,,		
266.	XIII 70	,,		
267.	XIII 71	,,		
268.	XIII 72	,,		
269.	XIII 30	M.' Acilio Glabrioni proconsuli		

*) Cum nec, quot diebus uterque mensis intercalaris contineatur nec quomodo singuli horum mensium dies numerati sint, traditum sit, mensem anni correcti et, ubi fieri poterat, diem calendarii emendati apposui atque uncis seclusi. O. E. S.

1) VII 4 in. cum Schichio legendum censeo: ‘a. d. XIIII Kal. ⟨sc. Dec.⟩ in Cumanum veni’, cf. IX 23; ad Att. XII 1, 1 etc. O. E. S.

270.	XIII 31	M.' Acilio Glabrioni proconsuli	Roma (?)	anno 46; quibus mensibus singulae epistulae scriptae sint, diiudicari non potest
271.	XIII 32	M.' Acilio Glabrioni proconsuli		
272.	XIII 33	M.' Acilio Glabrioni proconsuli		
273.	XIII 34	M.' Acilio Glabrioni proconsuli		
274.	XIII 35	M.' Acilio Glabrioni proconsuli		
275.	XIII 36	M.' Acilio Glabrioni proconsuli		
276.	XIII 37	M.' Acilio Glabrioni proconsuli		
277.	XIII 38	M.' Acilio Glabrioni proconsuli		
278.	XIII 39	M.' Acilio Glabrioni proconsuli		

A. u. 709 = 45 a. Chr. n.

279.	XIII 15	Caesari	Roma	exeunte anno 46 vel ineunte 45
280.	XIII 16	„		
281.	IX 13	Dolabellae		
282.	VI 3	Torquato	„	ineunte Ian.
283.	XV 16	C. Cassio	„	ante medium Ian.
284.	VI 4	Torquato		
285.	VI 21	Toranio		
286.	XV 19	C. Cassius Ciceroni	Brundisio	Ian. exeunte
287.	VI 18	Leptae	Roma	
288.	XIII 66	Servilio	„	Ian. exeunte vel Febr.
289.	IV 5	Ser. Sulpicius Ciceroni	Athenis	c. medio Mart.
290.	V 13	Lucceio	Astura aut ex Attici Ficuleano	Mart. aut Apr.
291.	IV 6	Ser. Sulpicio	ex Attici Ficuleano	sub med. Apr.
292.	VI 2	Torquato	ex Attici Ficuleano	ante 20. Apr.
293.	IX 11	Dolabellae	ex Attici Ficuleano	paullo post 20. Apr.
294.	V 14	Lucceius Ciceroni	Roma	9. Mai.
295.	V 15	Lucceio	Astura	inter 10. et 12. Mai.
296.	IV 12	Ser. Sulpicius Ciceroni	Athenis	31. Mai.
297.	VI 11	Trebiano	e Tusculano	ante 17. Iun.
298.	IX 22	Paeto	„ „	Iun. vel Iul.
299.	V 9	Vatinius Ciceroni	ex castris, Narona	11. Iul.
300.	IX 8	Varroni	e Tusculano	11. vel 12. Iul.
301.	XVI 22	Tironi	Astura	27. Iul.
302.	VI 19	Leptae	„	inter 26. et 28. Iul.
303.	XVI 17	Tironi	„	29. Iul. vesperi
304.	VI 20	Toranio [1])	„ (?)	sub finem Iul.
305.	XVI 19	Tironi	e Tusculano	paullo post ineuntem Aug.
306.	VII 24	Fadio Gallo	„ „	c. 20. Aug.
307.	VII 25	„ „	„ „	c. 24. Aug.

1) VI 20, 2 legendum censeo: 'quod si recipiet ille se ad tempus, aderis; sin — quoniam multa accidere possunt — aliqua res eum vel impediet vel morabitur' etc. O. E. S.

308.	XIII 4	Valerio Orcae	Roma	non ante med. Oct.
309.	XIII 5	,, ,,		
310.	XIII 7	Cluvio		
311.	XIII 8	Rutilio		
312.	V 11	Vatinio	,,	sub finem Oct
313.	VII 29	Curius Ciceroni	Patris	29. Oct.
314.	V 10a	Vatinius Ciceroni	Narona	5. Dec.
315.	IX 12	Dolabellae	e Puteolano	c. 19. Dec.

A. u. 710 = 44 a. Chr. n.

316.	VII 30	Curio	Roma	1. Ian. vel paullo post
317.	XIII 50	Acilio		
318.	V 10a	Vatinius Ciceroni	Narona	inter medium et exeuntem Ian.
319.	VII 31	Curio	Roma	non ante medium Febr.
320.	XII 21	Cornificio	,,	ineunte vere (?)
321.	VI 15	Basilo	,,	15. Mart.
322.	XI 1	D. Brutus Bruto suo et Cassio	,,	17. Mart. mane
323.	VI 16	Bithynicus Ciceroni	e Sicilia	sub finem Mart.
324.	XV 20	Trebonio	Roma	ante 5. Apr.
325.	VI 17	Bithynico	ex quadam villa Latii	sub medium Apr.
326.	IX 14	Dolabellae	e Pompeiano	3. Mai.
327.	XII 1	C. Cassio		
328.	XI 2	M. Brutus et C. Cassius Antonio	Lanuvio	inter 21. et 31. Mai.
329.	XII 16	Trebonius Ciceroni	Athenis	25. Mai.
330.	XVI 23	Tironi	e Tusculano	28. Mai.
331.	VII 21	Trebatio	,, ,,	inter 25. et 29. Iun.
332.	VII 22	,,	,, ,, (?)	inter 16. et 30. Iun. (?)
333.	XI 29	Oppio	?	Iun. exeunte vel Iul. ineunte
334.	VII 20	Trebatio	Velia profecturus	20. Iul.
335.	VII 19	,,	Regio	28. Iul.
336.	XVI 21	Cicero filius Tironi	Athenis	inter Iul. exeuntem et Oct. exeuntem
337.	XI 3	Brutus et Cassius Antonio	Neapoli	4. Aug.
338.	XI 27	Matio	e Tusculano	inter 23. et 30. Aug.
339.	XI 28	Matius Ciceroni	Roma	
340.	X 1	Planco	,,	paullo post 19. Sept.
341.	X 2	,,	,,	inter 19. Sept. et 5. Oct.
342.	XII 2	Cassio		
343.	XVI 25	Cicero filius Tironi	Athenis	inter medium Sept. et medium Oct.
344.	XII 3	Cassio	Roma	inter 2. et 6. Oct.
345.	XII 23	Cornificio	,,	paullo post 9. Oct.
346.	XVI 24	Tironi	ex Arpinati	paullo post 11. Nov.
347.	XVI 26	Q. Cicero Tironi	rure (?)	autumno (?)
348.	XI 4	D. Brutus Ciceroni	ex Gallia citeriore	inter med. Oct. et exeuntem Nov.
349.	XI 5	D. Bruto	Roma	paullo post 9. Dec.
350.	X 3	Planco	,,	paullo post 10. Dec.
351.	XI 6	D. Bruto	,,	20. Dec.
352.	XI 7	,, ,,		
353.	XII 22	Cornificio	,,	paullo post 20. Dec.
354.	XVI 27	Q. Cicero Tironi	rure (?)	paullo ante 30. Dec.
355.	X 4	Plancus Ciceroni	ex Gallia transrhodanica	exeunte Dec.

A. u. 711 = 43 a. Chr. n.

356.	X 5	Planco	Roma	medio Ian.
357.	XI 8	D. Bruto	,,	c. 24. Ian.
358.	XII 24	Cornificio		
359.	X 28	Trebonio	,,	2. Febr. vel paullo post
360.	XII 4	Cassio		
361.	IX 24	Paeto	,,	ante medium Febr.
362.	XII 5	Cassio	,,	inter medium et exeunt. Febr.
363.	XII 26	Cornificio	,,	vere
364.	XII 27	,,		
365.	XII 29	,,		
366.	XII 11	Cassius Ciceroni	ex castris, Taricheis	7. Mart.
367.	XII 7	Cassio	Roma	7. vel 8. Mart.
368.	X 31	Asinius Pollio Ciceroni	Corduba	16. Mart.
369.	X 7	Plancus Ciceroni	ex Gallia transrhodanica	paullo post med. Mart.
370.	X 8	Plancus Senatui Populo Plebique Romanae	ex Gallia transrhodanica	
371.	XII 25 (§ 1—5	Cornificio [1])	Roma	19. Mart.
372.	X 6	Planco	,,	20. Mart. vesperi
373.	X 27	Lepido		
374.	XII 28	Cornificio	,,	paullo post 20. Mart.
375.	X 10	Planco	,,	30. Mart.
376.	XII 6	Cassio	,,	inter Mart. exeunt. et 7. Apr.
377.	X 12	Planco	,,	11. Apr.
378.	X 30	Galba Ciceroni [2])	ex castris ad Mutinam	15. Apr.
379.	X 9	Plancus Ciceroni	ex Gallia Narbonensi (prope Viennam)	26. vel 27. Apr.
380.	XI 9	D. Brutus Ciceroni	ex castris, Regii	29. Apr.
381.	X 11	Plancus Ciceroni	ex finibus Allobrogum	sub finem Apr.
382.	XI 13b	D. Brutus Ciceroni	ex castris, Parmae	c. 30. Apr.
383.	XI 16	D. Bruto	Roma	inter Apr. exeunt. et Iul. ineunt.
384.	XI 17	,, ,,		
385.	X 14	Planco [3])	,,	5. Mai.

1) Cf. num. 403.

2) Ex Ovidii fast. IV, 621 sq. et 674 sq. constare videtur ad Forum Gallorum a. d. xviii K. Maias = 14. Apr. pugnatum esse, a. d. xvii K. Maias Hirtium, Pansam, Octavianum imperatores esse appellatos, cf. Cic. Phil. XIV, 36 sq. C. I. L. X, 8375 (feriale Cumanum: [xviii K. Mai. eo die Caesar primum vicit. Suppli]catio Victoriae Augustae. [xvii K. Mai eo die Caesar primum imperator app]ellatus est. Supplicatio Felicitati imperi. Mommsen Herm. XVII p. 635 sq. — Itaque Galba initio epistulae X 30: 'a. d. xviii K. Maias', in fine ep. quae die post pugnam data est: 'a. d. xvii K. Mai. ex castris' scripsisse videtur. O. E. S. (tenui tamen scripturam codicum illic, Manutii xvi hic. L. M.)

3) Huius et nonnullarum aliarum epist. sequ. dies nova ratiocinatione computandi erant, ex quo mihi persuasi proelium Mutinense non 27. Apr., ut antea Drumannum secutus putaveram, sed 21. Apr. esse commissum, id quod primus L. Lange in Antiqu. Rom. III p. 533 sq. statuit, nuper E. Schelle sagaciter comprobavit [in Progr. scholae Annae Dresd. 1891], iam vero ipse novis argumentis comprobaturus et explanaturus sum in Fleckeisenii annalibus [1892 p. 321 sq.].

386.	XI 10	D. Brutus Ciceroni	Dertona	5. Mai.
387.	XI 11	,, ,, ,,	ex castris in finibus Statiellensium	6. Mai.
388.	XII 12	Cassius Ciceroni	ex castris (Syria)	7. Mai.
389.	XI 13 (§ 1—4)	D. Brutus Ciceroni [1])	ex castris (Pollentia)	c. 10. Mai.
390.	X 13	Planco	Roma	c. 11. Mai.
391.	X 15	Plancus Ciceroni	ex Gallia Narbonensi cis Isaram	c. 12. Mai.
392.	XI 12	D. Bruto	Roma	c. 13. Mai.
393.	X 21 (§ 1—6)	Plancus Ciceroni [2])	rediturus ad Isaram	14. Mai.
394.	X 21ª (§ 7)	,, ,,	ex itinere ad Isaram	c. 14. Mai.
395.	XI 18	D. Bruto [3])	Roma	16. (vel 19.) Mai.
396.	X 18	Plancus Ciceroni	ex itinere ab Isara Forum Voconii ad Lepidum	18. Mai.
397.	X 17	,, ,,	ex itinere ad Lepidum	19. vel 20. Mai.
398.	XI 19	D. Brutus Ciceroni	Vercellis	21. Mai.
399.	X 34 (§ 1—2)	Lepidus Ciceroni	ex castris ad Pontem Argenteum	paullo ante 22. Mai.
400.	X 34ª (§ 3—4)	,, ,,	ex castris ad Pontem Argenteum	22. Mai.
401.	XI 20	D. Brutus Ciceroni	Eporedia	24. Mai.
402.	XI 23	,, ,, ,,	,,	25. Mai.
403.	XII 25ª (§ 6 et 7)	Cornificio [4])	Roma	c. 25. Mai.
404.	X 25	Furnio	,,	c. 26. Mai.
405.	X 19	Planco	,,	c. 26. Mai.
406.	X 20	,,	,,	29. Mai.
407.	XI 14	D. Bruto	,,	29. Mai.

Ut ratiocinationes meae recte intellegi possint haec praemoneo: ex mea sententia D. Brutum 22. Apr. cum Octaviano collocutum, 23. mane vel nocte superiore Pansam Bononiae mortuum, M. Antonium 22. Apr., D. Brutum 24. Mutina esse profectum, D. Brutum 25. Apr. Regium venisse ibique exercitus admodum debilitati fameque exhausti recreandi causa ad 29. mane esse moratum, M. Antonium 3. Mai. Vadis cum Ventidio sese coniunxisse, L. Antonium cum equitibus et paucis cohortibus praemissum 8. Mai. Forum Iulii, M. Antonium eodem 15., Ventidium 17. Mai. venisse, Romae nuntium de victoria Mutinensi 26. Apr. percrebruisse eodemque die Antonianos hostes in senatu iudicatos, 27. Apr. (cf. ad Brut. I, 5, 1) de iis bello persequendis sententias dictas esse.
O. E. S.

1) XI 13 duarum epistularum fragmentis contineri, quorum alterum ab initio textus usque ad § 4 verba 'puto consistere' pertinet, alterum a vocibus 'in spem venerant' etc. usque ad finem, L. Gurlitt recte exposuit in Fleckeisenii annal. 1880 p. 611 sq. Alterum fragmentum a me XI 13ª notatum vide sub num. 418. O. E. S.

2) X 21 § 7 ab epistula X 21 disiunxi et X 21ª notavi cf. num. 394. O. E. S.

3) Huius epistulae dies non longe a die epistulae XI 12 distare videtur. Itaque pro 'xiiii K. Iun.' in fine ep. XI 18 legendum esse videtur: 'xvii K. Iun.', nisi forte statuendum est epistulam XI 10 et ceteras, quibus XI 12 respondet, tardius quam solebant Romam esse relatas. O. E. S.

4) Cf. num. 371.

408.	X 35	Lepidus Senatui Populo Plebique Romanae	a Ponte Argenteo	30. Mai [1])
409.	X 33	Asinius Pollio Ciceroni	Corduba	Maio ex. vel Iun. in.
410.	XII 14	Lentulus Ciceroni [2])	Perga	2. Iun.
411.	XII 15	Lentulus Senatui Populo Plebique Romanae	Perga	2. Iun.
412.	XI 26	D. Brutus Ciceroni	ex castris in itinere ad Plancum	3. Iun.
413.	XI 21	D. Bruto	Roma	4. Iun. (vesperi?)
414.	X 16	Planco	,,	4. Iun.
415.	X 23	Plancus Ciceroni	Cularone ex finibus Allobrogum	6. Iun.
416.	XI 24	D. Bruto	Roma	6. Iun.
417.	X 32	Asinius Pollio Ciceroni	Corduba	8. Iun.
418.	XI 13a	Plancus et D. Brutus Senatui Populo Plebique Romanae [3])	Cularone ex finibus Allobrogum	c. 9. Iun. vel paullo post
419.	XII 8	Cassio	Roma	9. Iun. vel paullo post
420.	XII 30	Cornificio	,,	paullo post 9. Iun.
421.	XII 13	Cassius Ciceroni	Cypro a Crommyacride	13. Iun.
422.	XII 9	Cassio	Roma	inter 16. et 29. Iun.
423.	XI 25	D. Bruto	,,	18. Iun.
424.	X 22	Planco	,,	inter 24. et 29. Iun.
425.	XI 15	D. Bruto	,,	inter 24. et 29. Iun.
426.	X 26	Furnio	,,	inter 24. et 29. Iun.
427.	XII 10	Cassio	,,	30. Iun. vel paullo post
428.	XI 22	D. Bruto	,,	c. 6. Iul.
429.	X 29	Appio	,,	6. Iul.
430.	X 24	Plancus Ciceroni [4])	ex castris	28. Iul.

1) Nisi forte, quod M. Antonius et Lepidus a. d. IIII K. Iun. [cf. X, 23, 2] castra coniunxerunt, scribendum est in fin. ep. X 35: 'd. IIII K. Iun. a Ponto Argenteo.' O. E. S.

2) Tenui tamen IIII K. Iun.: 29. Mai. L. M.

3) Cf. ad num. 389.

4) X 24, 6 legendum esse videtur: 'ad cogitationem consulatus quinquemestris', cf. quae de hoc loco scripsi in Fleckeisenii ann. 1890 p. 129 adn. 17. O. E. S.